RICCIVS IN TERE

TOMVS PRIMVS




I.
198. d.




RICCIVS IN TERE
TOMVS PRIMV


RICCIVS IN TERE
TOMVS PRIMV
I.
198. d.

ICCIVS IN TERE



TOMVS PRIMV




RICCIVS IN TERE





IN P. TERENTII
COMOEDIAS SEX

NOVVS
COMMENTARIVS,

Ex publicis præle-
CTIONIBVS DOC-
TISSIMORVM VIRORVM,
QVI OLIM IN CELEBERRIMA
Academia VVitebergensi floruerunt, In
usum Scholasticæ Iuuentutis ma-
gno studio & labore
collectus,

Et nunc primum æditus
A
M. STEPHANO RICCIO.

TOMVS PRIMVS
Continet argumenta, Grammatica annotationes, & scholia textus in Andriam & Eunuchum.

Cum Gratia & Priuilegio Illustriss. Electoris Saxoniæ ad Decennium.

M. D. LXVIII.

RICCIVS IN TERET

TOMVS PRIMVS

912123C
N. 344 3281



Dar Kuratorj. Okr. Szk. Pozn.
Z księgozb. Gimn. im. M. Magd.
w Poznaniu. 1930.

IN P. TERENTII
COMOEDIAS SEX

NOVVS
COMMENTARIVS,

Ex publicis præle-
CTIONIBVS DOC-
TISSIMORVM VIRORVM,
QVI OLIM IN CELEBERRIMA
Academia VVitebergensi floruerunt, In
usum Scholasticæ Iuuentutis ma-
gno studio & labore
collectus,

Et nunc primum æditus
A
M. STEPHANO RICCIO.

TOMVS PRIMVS
Continet argumenta, Grammati-
cas annotationes, & scholia
textus in Andriam &
Eunuchum.

Cum Gratia & Priuilegio Illustriss. Electoris
Saxoniæ ad Decennium.

M. D. LXVIII.

I 198. a.
p. 197
Collegii Posnaniensis Societ. Jesu ex dono R. D. Thomae Kłotno Proposito Szamotuł 1663.

S.D. 2791.I
912125
BIBLIOT. UNIWERSYT. POZNAŃ
1931.784

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO ALBERTO FRIDERICO, MARCHIONI Brandeburgensi, Borussiæ, Stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum & Vandalorum Duci, Burggrauio Noribergensi & Principi Rugiæ &c. Principi ac Domino suo clementissimo, S.P.D.



Vlta ab hominibus Græcis ingenio & eloquentia præstantibus sapienter institua sunt, Sed hoc inprimis, quod legis particulam congruentem cum Decalogo,

quatenus de externa disciplina præcipit, Tragicis & Comicis scriptis illustrarunt. Etsi enim de aliorum poëmatum dignitate nihil decerpo: tamen res ipsa declarat, homines & Tragicis spectaculis acerrimè commoueri, & Comicis actionibus præcipuè delectari. Nemo enim tam ferreus est, qui sine consternatione animi Thebanam Tragœdiam legere aut spectare possit, in qua pater Oedipus hiatu terræ absorbetur, & filij de regno inter se dimicantes, mutuis uulneribus interficiuntur, & mater Iocasta iacens inter filios uulneratos, sibijpsi mortem consciscit. Quis autem hunc hominem dixerit, qui cum effictos nostros mores in personis Comicis, expressamq;

preſſamq; imaginem noſtram uitæ quotidianæ uideat, nullam tamen uim delectandi Comœdijs tribuat? Et quoniam in hanc commemorationem ingreſſus ſum, quædam paulò altius de Tragœdijs & Comœdijs repetenda uidentur.

Non diu retinent homines lucem doctrinæ de Mediatore & de iuſticia fidei, niſi diuinitus ſeruetur. Quare cum poſteri Iaphet, inter quos etiam eſt Iauan, à quo Græcos ortos eſſe nomen gentis Ionice teſtatur, promiſsionem de Mediatore amiſiſſent, nihil niſi legis doctrinam de externis & ciuilibus officijs retinuerunt quam alij aliter explicarunt. Nam alij Scriptores recitant integras hiſtorias, & his

prudenter intertexunt sententias & admonitiones uitæ utiles, ut Homerus historiam Trojanam narrat, & pingit imagines uariarum personarum, consiliorum & mirabilium euentuum in uita, quæ imagines sunt exempla & commonefactiones de multis magnis rebus. Alij, ut Hesiodus, Phocylides, Theognis nuda ac breuia quædam præcepta de moribus proponunt. Sunt autem alij, ut Aeschylus, Euripides, Sophocles, qui uitæ regulas cum illustribus exemplis coniungunt, ut homines perterrefactos tristissimis ruinis potentium regum et principum ad Iusticiam & modestiam flectant. Horum scripta appellantur Tragœdiæ, quæ nihil

aliud

aliud sunt quam conciones legis de horibilibus pœnis, quibus atrocia scelera, non modo uulgi, sed etiam summorum hominum diuinitus puniuntur.

Quemadmodum enim Ixion apud inferos rotæ implicatus sæpe hunc uersum repetit: Discite iusticiam moniti & non temnere diuos: Ita Tragœdiæ magno splendore uerborum concionantur de timore Dei, & de cultu Iusticiæ ac pietatis, & has conciones exemplis horribilium delictorum & pœnarum illustrant, ut discant homines pœnas non casu accidere, sed diuinia prouidentia regi, & ordine diuinitus sancito scelerum comites esse.

Magna est autem similitudo

Tragœdiæ & ueteris Comœdiæ. Vt enim in Tragœdijs describuntur præcipites casus non quidem uulgi, sed potentissimorum regum & principum: Sic in ueteri Comœdia nominatim taxantur gubernatores. Huius Comœdiæ facetissimus Poëta fuit Aristophanes, qui in fabula, quam Equites nominauit, Cleonem Tyrannicum Gubernatorem & bonis omnibus inimicum sic exagitauit, ut propter hoc factum accusatus à Cleone talentis quinq; mulctatus sit, ut ipse in Acharnensibus queritur. Sic Eupolis cum nominatim reprehendisset Alcibiadem, mersus est in mare acclamante Alcibiade, qui tum Imperator erat: Tu me in Scena sæpe mersisti

Eupo-

Eupoli, ego te in mari. Huius exemplo territi Poëtæ, transtulerunt Comœdias ad priuatos homines, & fictis personis usi sunt. Ita abolita ueteri Comœdia reperta est noua, cuius princeps fuit Menander, qui cum Alexandro Macedone uixit, Atq; hæc quidem in Græcia origo fuit Comœdiarum. Romæ uerò primam Comœdiam Latinis uersibus fecit Liuius Andronicus Salinatoris libertus anno ab Vrbe condita quingentesimo decimo quarto, Appio Claudio Cæci filio, Sempronio Tuditano Consulibus. Secuti sunt hunc Næuius, Plautus, Ennius, Terentius & alij permulti, qui Comœdias scripsere. Dixi breuiter quo consilio Tragœ-

diæ & Comœdiæ à Græcis & Latinis scriptæ sint. Reliquum est, ut de utilitate lectionis Comœdiarum pauca dicam. Sunt autem primum legendæ Comœdiæ propter elegantiam sermonis. Etsi enim in Tragœdijs sonus orationis grandior est: tamen non semper tonat & fulminat Orator, sed sæpius utitur genere sermonis remisso & moderato. Præclarè ergo Cicero in Bruto, Volo, inquit, ut in scena, sic etiam in foro, non eos modo laudari, qui celeri motu & difficili utamur, sed eos etiam quos statarios appellant, quorum sit illa simplex in agendo ueritas non molesta.

Quid quod Cicero ipse in grauissimis caussis non raro uti-

tur

tur mollissimo genere dicendi? Non enim uideo quid intersit inter illa Terentiana: Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi, & hæc Ciceroniana: Milo cum in senatu fuisset, domum uenit, calceos & uestimenta mutauit, paulisper dum se uxor (ut fit) comparat, commoratus est, deinde profectus est, & quæ sequuntur. Ac si uerè uolumus iudicare reperiemus difficiliorem esse callidam simplicitatis imitationem, quã grandiloquentiam affectatam. Cum enim natura sumus superbi, nemo est quem nõ possis in sermone cernere tumidum & inflatum. At pressè & tenuiter loqui Comœdiarũ modo tantum habet difficultatis, ut uerissime ab Horatio dictum sit:

Speret

Speret idem, sudet multum, frustraq; laboret. Amemus igitur in docendo, in epistolis & colloquijs Terentianam & Plautinam illam iucunditatem inaffectatam, ut ipsæ finxisse sermonem Gratiæ uideantur.

Deinde legantur Comœdiæ Plautinæ & Terentianæ propter moderationem affectuum. Vt enim Pythagoræi soliti sunt mentes suas à cogitationum intentione cantu fidibusq; ad tranquillitatem traducere: Sic lectio Comœdiarum maximam uim habet ad moderandos animorum impetus. Nam id quod propriè uocatur ἠθικὸν in Comœdijs extat atque eminet. Quantum uerò decus sit hæc moderatio in moribus, exemplum Sci-

pionis

pionis maximè declarat. Cesſit enim Tribunitijs criminationibus, ne ſi durius aduerſaretur excitaret ciuile incendium, cum haberet exercitus in poteſtate, ac facilimè poſſet illos Sycophantas compeſcere.

Etſi autem à Philoſophis rerum doctrina petenda eſt: tamen non contemnendæ ſunt grauiſsimæ theſes, quæ prudenter Comœdijs intertexuntur. Humaniſsima uox eſt ſenis illius in Comœdia: Non habeo neceſſe omnia pro meo iure agere. Hanc uocem inculcemus nobis in omni conſuetudine uitæ, & trãquillitatis publicæ cauſa plurima ſiue incommoda ſiue uitia, ſiue iniurias, non ſolum amicis, ſed etiam hoſtibus cõdonemus.

Cum

Cum igitur utilissima sit Comœdiarum lectio, bono studio collegi Argumenta & scholia, quibus Comœdiæ Terentianæ à clarissimo uiro D. Philippo Melanthone & alijs quibusdam doctis uiris illustratæ sunt. Has micas minimè aspernandas ad Celsitudinem Tuam Illustriss. Princeps propter duas causas mitto, Primum, quia iudico ætati tuæ maximè congruere lectionem Poëmatum inprimisq; Comœdiarum. Vt enim reliquis gradibus ætatum grauiora studia congruunt, sic flos ætatis succo liberali poëmatum alendus est. Deinde quia non alia ratione declarare possum animi mei reuerentiam & subiectionem cum erga patrem Illustrissimum

simum Celsitudinis Tuæ, omnium studiosorum communem Mecœnatem, tum erga Cel. T. cuius ingenium uerè heroicum omnium doctorum uoce & literis celebratur. Hanc significationem subiectissimi studij ut Cel. T. benignè, non grauatè accipiat, qua par est reuerentia peto.

Oro etiam Filium Dei, ut Cel. T. unà cum Illustrissimis parentibus & Inclyta familia Marchionum Brandenburgensium diu florentem & incolumem conseruet. Datæ Osterfeldiæ Calendis Ianuarij. M. D. LXVI.

Illustr. C. T. addictiss.

M. Stephanus Riccius.

CATALOGVS ARTIFICVM, QVI AD HVNC COMMENTARIVM in omnes Terentij Comœdias ἐπιβάλλομ μίζῳ contulerunt.

1. Philippus Melanthon.
2. Ioannes Riuius.
3. Iacobus Milichius.
4. Caſparus Cruciger Senior.
5. Ambroſius Bernt Iuterbocenſis.
6. Ioannes Stigelius.
7. Andreas Miſenus Senior.

AD PVEROS IOANNES RIVIVS IN COMMENDATIONEM TERENTII.

Si tibi Rhomuleæ sermo Vernaculus Vrbis,
Ingeniosé puer, cultaq; uerba placent,
Aut si corruptam praua stribiligine linguam,
Corrigere & castæ Vis nitideq; loqui,
Barbariemq; omnem & spurcas dediscere uoces,
In quis nec splendor nec lepor ullus inest,
Si iuuat & placidis excultum moribus olim,
Vitam prudenter instituisse tuam,
Cuiuis ut tecum libeat conuiuere, neu sit,
Posit qui mores carpere iure tuos
Vt cunctis adsit quædam quoq; gratia factis,
Festiuis scateant & tua dicta iocis,
Hunc age peruigili studio lege, quæso, Poëtam,
Quem tulit auspicio Punica terra bono,
Quem merito iactat tellus Oenotria uatem,
Attica ut ipsa suum iactat Aristophanem,
Qui neq; facundo concedit iure Menandro,
Cuiq; adeo facile Comica palma datur,
Hinc linguæ disces cultissima uerba latinæ,
Sermonis Veneres, deliciasq; meras.
Vndiq; nam tersa est oratio, pura, uenusta,
Munda, polita, nitens, splendida, compta, grauis.
Hinc quoq; ciuilis rationem discere uitæ,
Exuta morum rusticitate, licet.

Ne uel inurbanus, uel ſis numerandus in illis,
Qui non, uita, ſciunt, quo ſit agenda modo,
Quorum conuictum quis non cane peius & angui,
Fugerit, agreſte aut oderit ingenium?
Hinc licet & didiciſſe, ſuos educere natos
Qua deceat cura, qua ratione patres.
Hinc humanarum mira experientia rerum,
Vndeq; percipitur miraq; calliditas.
Atq; incredibilis tenero prudentia ab æuo,
Aſtus & ante annos, arteq; iudicium,
Vſus ad hæc ingens, neq; non ſolertia uelox,
Quæ ſunt quæque ſuis cuncta petenda locis.
Hinc etiam, quo te minus impendiſſe legendo,
Huic operam uati pœnituiſſe queat.
Quid quamq; ætatem deceat, ſexumq; doceris,
Quæq; ſimul iuuenum, quæq; ſenum uicia.
Quidue adeo pulchrũ, quid honeſtum atq; utile, quidue
Turpe, auerſandum, quæ bona, quæue mala.
Quid rectum aut prauum, laudi quid deniq; detur
Quid uicio, deceat quid facere aut fugere,
Si ſapis hinc igitur uitæ præcepta regendæ,
Atq; exempla tibi, fac imitanda petas,
Hoc ſæpe in ſpeculo te contemplare, ſalubres
Hinc monitus hauri, menteq; conde memor,
Hinc uitam emenda, prauos hinc corrige mores,
Ex uſu quid ſit, hinc quoq; diſce, tuo,
Quàm ſint fallaces ſerui, quamq; improba ſemper
Fraudeq; & omnigenis fœmina plena dolis,
Quàm miſer, infœlix, ſtultuſq;, & ineptus amator
Quamq; & mentis inops & rationis egens,

Quam

Quàm uarij euentus rerum, casusq; inopini,
Quam uix succedant, quæ bene cæpta putes.
Hæc discas, morumq; grauem uitæq; magistrum
Amplectare lubens, me monitore, puer.
Hic pulchre, docteq; animum tibi fingit & ora,
Quæ uitanda simul, quæue sequenda docet,
Excolit emuncto linguam sermone tenellam,
Et facit, eloquium sit sine labe tuum,
Præceptis etiam formar rude pectus honestis,
Et uitæ rectam monstrat ubiq; uiam.
Huic te chare puer formandum trade, ducemq;
Si sapis, hunc studijs dilige, quæso, tuis.

FINIS.

ALIVD.

EPIGRAMMA AD IVVENTVTEM SCHOLASTICAM.

MAgna creatarum est & dulcis gratia rerum,
Vndiq; quæ mundi læta coronat opes.
His etenim ad uitam præsens, quibus indiget usus,
Munera suppeditat cura paterna Dei.
Maior at illius, si spectes, gratia doni est,
Sermo quod è docto lucidus ore fluit.
Hoc solo à nobis ratione carentia distant
Bruta, quibus non est uox data, nec ratio.
Vt tamen est uere locuples thesaurus & ingens,
Dic quotus est, munus qui probet esse DEI?
Quo magis est hominis præstanti nomine dignum,
Assiduo studio tantum aluisse decus.
At tibi iam præsto linguæ formator & oris,
Cultus Aser docta uoce magister adest.
Illius in labris quia sessitat Attica Pitho,
Et dedit huic proprié uerba latina loqui.
Doctiloquus tocies digitis attriuit ERASMVS,
Aurea facundi scripta legendo Viri.
Huius ut exemplo incumbas studiosa Iuuentus,
Dignum erat officio cura, laborq; tuo.
Iam quoq; quo posis, si sunt, quæ obscura uidentur,
Dum legis absq; mora lecta tenere puer.
En filum datur & scriptarum linea rerum,
Quo certum teneas non remoratus iter.
Hoc fruere & Riccij sit gratia prompta labori
Cuius quo frueris munere, munus habes. Qui

Qui negat esse homini decus ingens sermo disertus,
Non homo, sed bruti nomine dignus erat.

PHILIP. MELANCH. DE TERENTIO.

Comica debetur merito tibi palma Terenti,
Tanta etiam paruis gratia rebus inest.

HERMANNVS TVLICHIVS DE EODEM.

Nil salibus Plauti, nil gratius arte Terenti,
Inuenies, soccus si tibi forte placet.

D. HIERONYMVS.

Humanos nosse mores & effingere finis est Terentij.

ERASMVS.

Optimus dicendi magister Terentius, Quare semper est euoluendus.

PHILIP. MELAN.

Terentij genus dicendi est simplex, uenustum, dulce, plenum humanitatis ac leporis.

QVINTIL.

Comœdiæ plurimum ad Eloquentiam conferunt,

in quibus elegantia & quidam uelut Atticismus inueniri potest. lib. 1. C. XIIII. & lib. 10. Terentio propter sermonis elegantiam inter Comicos palmam tribuit.

PRAEFATIO IN TERENTIVM, PHILIP. MELAN.

Satis constat Terentio nihil esse festiuius & magis proprium, qui & grauitate & arte reliquos Comicos apud Latinos facile uincit. Huic nihil omnino deest, sed omnia, quæ prestanda sunt Comico, perstitit. Habet is multa egregia exempla ciuilium morum & humanorum casuum, Vnde iudicium certum peti potest de rebus humanis. Nam qui diligenter expenderit hos casus, & personarum officia, & consilia, de rebus humanis prudentius & ipse iudicare discet. Deinde præter illa exempla conducunt etiam Comœdiæ ad emendate loquendum & ad parandum uberiorem dicendi facultatem. Nam in hoc uno authore uidere est mirabilem copiam in aliqua re explicanda. Item diligentem dispositionem argumentorum, Tum etiam in sententijs ac salibus tanta est uenustas, ut lectæ non semel placeant, sed quo magis leguntur, eò uenustiores apparent. Proinde studiosos adolescentes non pœniteat ullius operæ in Terentio sæpius audiendo. Nam hic author omnino dignus est, ut in eo discendo ac ediscendo plurimum studij ponatur, & tum uere placebit Terentius, ubi sæpissime hunc & audierint & relegerint studiosi.

DE

DE DVPLICI COMOEDIA.

Vetus Comœdia erat carmen quoddam non dissimile Tragœdiæ, quo liberius taxabantur uitia hominum, Et habuit non tantum ficta argumenta, sed interdum etiam res gestas, quæ cum eorum, qui gesserant nomine decantabantur. Ibi cum plerique ex Poëtis pro libidine multos etiam bonos ledere cæpissent, penitus sublatum est hoc carminis genus. NOVA *Comœdia arte quadam argumenta inuenit de fictis personis, quibus tamen tanquam de ueris admonerentur spectatores ciuilium morum, Item humanorum consiliorum & euentuum.*

DE DIFFERENTIA COMOEDIE ET TRAGOEDIAE.

Comœdia differt à Tragœdia, quod in Tragœdia tractantur negocia principium & equitum. In Comœdia uero res quodammodo ciuiles ac domesticæ. Tum quod in Tragœdia fugienda uita, in Comœdia capessenda exprimitur. Tum etiam quod omnis Comœdia de fictis est argumentis. Tragœdia sæpe ab historica fide petitur. Postremo, quod Tragœdiæ habeant læta principia & tristes exitus. Comœdiæ autem tristia principia, & lætos exitus.

DE NOMINE COMOEDIAE.

Quia Comœdia conficta est non modo, ut uarietate

casuum & consiliorum delectet auditorem, sed & ut rerum humanarum nos admoneat, Quæ quam sint incertæ & fluxæ, nemini est obscurum, fit autem, ut qui apud se diligenter expenderint, & hos casus & personarum officia & consilia, de rebus humanis ipsi prudentius quoq; iudicent. Errant ij, qui putant animi iudicium rectius Iurisconsultorum disputationibus, aut Philosophorum libris formari quam hoc genere literarum. Nomen autem Comœdiæ proprie significat carmen conuiuale, propterea, quod prius q̃ ars accesßit & Theatrorum consuetudo, paßim in conuiuijs iocoso carmine uicia ciuium à Iuuentute taxata sunt. Videtur autem factum nomen ἀπὸ τοῦ κώμου, h. e. à commessatione & ἀπὸ τῆς ᾠδῆς hoc est, à carmine, Vt sit Comœdia carmen continens iocum conuiualem. Tragœdia à τρυγὸς h. e. fœces & ᾠδὴ h. e. carmen. Hinc Tragœdia dicitur, quod illiti fecibus primum, post personati canebant.

DE VTILITATE COMOEDIARVM.

Ex lectione Comœdiarum Terentij primum petenda est quædam quasi tabula Apellis, in qua demonstrantur uariæ picturæ & consiliorum & euentuum humanorum, Tum etiam officiorum, quæ in unam quanq; personam seu ætatem maxime cadunt. Deinde ex illis ipsis Comœdijs petuntur propria uerba, & figuræ latini sermonis.

Tres

TRES SVNT OMNIS FABVLAE PARTES.

Πρότασις est primus ille tumultus iam quasi glisscens. Recensetur etiam in Protasi pars quædam argumenti, Vt sciat spectator, quo res pertineat. ἐπίτασις altera pars est, in qua turba feruidissima est & in qua res in summum discrimen adducitur, Vt fere neq; consilijs, neq; auxilio locus sit. κατάστροφη subita rerum omnium commutatio est, quando turbæ omnes sedantur, & fit lætus rei exitus, Vnde Lucianus eleganter exitum, euentumq; negocij, Catastrophen appellat in commentario de mercede seruientibus, ἐπὶ πᾶσι δὴ ἡ ὡς αὐτοῖς ἡ κατάστροφή, τὸ δράγματος γίνεται .i. post omnia, quæ deniq; illis Catastrophe fabulæ contingit, h. e. quis exitus seruitij. Eras. in Prouerb. Catastrophe Fabulæ.

DE HYPOTHESI ANDRIAE.

Cum Comœdia omnis sit pictura quædam communium morum, adeoq; officiorum, quæ in unam quanq; personam & ætatem cadit, Tum hæc Terentij Fabula imprimis ad morum disciplinam accommodata est. Est enim quædam commendatio uirtutis in Pamphilo, cuius in hoc argumento primæ sunt partes, adeoq; imago quædam proposita est moderati adolescentis, plus etiam, quam uel ætas uel amor sapere uideatur, cum fingit eum nihil impotenti animo uel

temere audere, sed in ancipiti periculo tamen consilium adhibere, & in utramq; partem de officio suo cogitare & expendere, ut pietas & fides requirebat. Nullius autem amplior laus est, & maior pulchritudo, quam mediocritas, præsertim in ista ætate, quæ quia plurimis & repentinis animi motibus & cupiditatibus mouetur, uix potest sui tenere modum, & propter rerum imperitiam minime sibi consulere.

ALIVD.

Cum Comœdia unicum morum, fortunæq; exemplum sit, pericula continet, quæ imprudentia nostra contracta discutiuntur uel casu uel ratione. Nam & uita periculis uarijs est obnoxia, & admirationem auditorum, quam Poëta captat, auget consiliorum, euentuumq; uarietas ac nouitas. Proinde in argumentis Comœdiarum primum omnium periculum obseruandum est. Deinde personæ, Nam prudentium & imprudentium exempla proponuntur, ut ex illis & nostros mores comparemus, & iudicium corrigamus, discamus quæ probanda sint, quæ improbanda.

DE GENERE ORATIONIS.

In Andria genus orationis Deliberatiuum est. Tota enim ferè fabula in eo consistit, polliceatur ne patri Pamphilus accepturum se uxorem, Dauus suadet & fallitur, ipse sibi dissuadet. Itaq; & dicendi exemplum habes hanc consultationem, ut alias multas narrationes

rationes & figuras prætereamus. Nam prima patris narratio admirationi est etiam Ciceroni in 2. de Oratore ad Q. fratrem.

VNDE FABVLAE TERENTIANAE SORTIVNTVR NOMINA?

Aut á nominibus propriis, eorum scilicet, quorum sunt præcipuæ partes, ut Phormio, Aut á nomine appellatiuo, ut Hecyra, Aut á loco, ut Andria, Aut á facto, ut Eunuchus. Aut ab euentu, ut Heautontimorumenus.

DE MORIBVS PERSONARVM.

In singulis fabulis sunt singulæ personæ obseruandæ, per quas exempla communium morum proponuntur, ut in Adelphis duos senes, Alterum comen, Alterum morosum & incommodum. Duos item adolescentes, Alterum liberaliter educatum, Alterum seruiliter, multo æquiorem eo, cui uidebatur indulgens pater omnia permittere. Sic in Andria duo sunt cordati senes, Simo & Chremes. Item duo sunt adolescentes. Pamphilus est mediocri ingenio, satis cordatus, pius & in patrem & in mulierculam. Sed ut ingenium Pamphili rectius perspiceretur, contulit cum eo Charinum furiosum & amentem adulescentem. Pamphilo autem (cuius primæ sunt in hac fabula) per omnia mediocritatem quandam omnium rerum tribuit.

ALIA

ALIA PROLEGOMENA, IN COMOEDIAS TERENtij Ioannis Stigelij. 1528. Vitebergæ.

Inter omne Poëtarum genus non immerito retinent *suam existimationem ac laudem* Comici. Nam *cum pleraq; Veterum Poëtarum scripta uel ad naturæ inquisitionem, uel ad historias uel ad Ethicen pertineant, illi ut rudes hominum animos á uitijs auocarent & ad uirtutem & honestatem inuitarent, hanc Philosophiæ partem de moribus, quam Philosophi ac legumlatores seuerioribus scriptis præcipiebant iucundis quibusdam ac fauorabilibus figmentis commendare ac animis hominum insinuare conati sunt. Vt admonerentur de ijs, quæ fieri in hac animorum uarietate solebant & propius quasi ea, quæ oculis cerni-*

Quid sit Comœdia

mus, intuerentur uitæ huius cursum ac rationem. Est enim Comœdia nihil aliud, *niſi Vitæ præsentis imago, & loqueus quædam pictura humanarum actionum & consiliorum, in qua agnoscat mores uitæ, regatq; suos. Hanc eruditi speculum uitæ eleganter appellarunt. Vt enim in speculo simul formæ pulchritudinem ac nævos agnoscimus, Ita in Comœdia quid imitandum, quid fugiendum, quid honestæ uitæ conueniens sit, pariter intelligimus.*

II.

Vnde dictum sit nomẽ Comœdiæ.

Nomen uero Comœdiæ ductum est ἀπὸ τοῦ κώμου h. e. á commessatione & ἀπὸ τῆς ᾠδῆς, h. e. á cantu. Initio enim Iuuentus solenni die conuenire

nire in Vicis ac commeſſari & conuiuari, hominum mores carmine taxare ſolebant. Hinc orta eſt uetus Comœdia, quod erat carmen ſimplex à choro in Tragœdijs adiuncto tibicine libere in uitia ciuium decantari ſolitum. Sed cum hoc genere carminis odium ſibi, qui hoc decantabant, conflarunt, nata eſt ab eruditis Comœdia Noua, quæ omnino choros omitteret, & in genere tam ſummi, quam infimi gradus homines taxaret, nec id nominatim, ſed ficticijs argumentis iucunditati pariter ac utilitati inſeruientibus. Comœdiæ autem differunt habitu & actu. Nam & Palliatæ à Græcis, Togatæ & prætextatæ à latinis argumentis nomen accipiunt, Vt Plautinæ, & Motoriæ dicuntur, quæ turbulentis motibus. Stataríæ, quæ geſtu tranquillo. Mixtæ, quæ partim turbulente, partim quiete aguntur.

III. Quot ſunt partes Comœdiæ.

Partes Comœdiæ quatuor ſunt. Prologus, ἀπὸ τοῦ προλογίζειν, quod præfari ſignificat. Eſt enim Prologus præfatio, qua aut argumentum fabulæ exponitur, aut Poëta uel actor commendatur. πρότασις, quæ primam partem fabulæ exponit. ἐπίτασις eſt exaggeratio turbarum, & quaſi periclitatio totius negotij. κατάστροφή eſt rei ad exitum conuerſio, & accipitur pro cuiuſq; rei exitu, ἀπὸ τοῦ καταστρέφω, h.e. inuerto, finem impono.

IIII. Quid ſit in omnibus authoribus conſideranda.

Porro cum in omnium authorum ſcriptis explicandis tria conſideranda ſunt, Videlicet, authoris conſilium, argumentum, & oratio, operæ præcium eſt, Vt de his ſiderandũ.

de his etiam admoneantur pueri. CONSILIVM

I. Consilium

itaq; Terentij in scribenda Andria haud dubie fuit, ut ob oculos poneret adolescentiæ naturam, ac imbecillitatem & naturalem affectum & στοργας parentũ erga liberos. Etsi enim introducitur hic Pamphilus, ut pius & cordatus adolescens, qui pietatis, quam parenti debebat, æque ac fidei, quam puellæ á se compressæ dederat, rationem habet, Tamen adeo amore uincitur, ut periclitari ferè potius uelit pietatem ergà patrem, quam erga amicam fidem. Pater autem quàm fideliter sollicitus est, ut ab amore peregrinæ puellæ suspectæ abstrahat filium. Oritur autem hic locus communis de obedientia liberorum erga parentes, & de parentum officio erga liberos. Pamphilus naturâ bonus est ac honestus, sed indulgentius educatus, idcirco facilius amore frangitur alieno á generis sui dignitate. Porrò status huius fabulæ est amor & periclitatio Pamphili. Huc enim spectant reliquæ ferè omnes circumstantiæ.

II. Argumentum.

ARGVMENTVM uero hoc modo se habet. Glycerium putabatur esse soror Chrysidis meretriculæ, ex Andro Athenas habitandi istic gratiâ profectæ. Sed reuera erat Chremetis ciuis Attici filia, quam olim naufragio apud Andrum eiectam adhuc paruam exceperat ac educauerat Chrysidis pater. Illius amore captus Pamphilus, cum (ut fit) eius consuetudine amanter uteretur, ita ei familiaris fuit, ut grauidam redderet, daretq; fidem, se illam in matrimonium ducturum. Pater posteaquam comperisset

amorem

amorem Pamphili, ut natura parentes optime consultum cupiunt liberis, init consilium de abstrahendo illo ab amore peregrinæ Glycerij. Itaq; cum antea ei conueniſſet cum Chremete, ut deſponderet Pamphilo filiam ſuam Philumenam, ſimulat ſe confecturum ipſi ſtatuto die nuptias, iubet paratum eſſe filium, cupiens nimirum explorare, quo animo eſſet affectus erga Chremetis filiam. Pamphilus uero, etſi impeditur amore erga Glycerium, Tamen perſuaſus conſilio Daui ſuſpicantis ſenem non moliri ſerio nuptias, promittit ſe patri obtemperaturum. Interea pater de uehementi Pamphili erga Glycerium amore certior factus iam non ſimulat, ſed ſerio urget ac maturat nuptias, conuenit Chremetem, diem impetrat, decernuntur nuptiæ, uocatur, ne deſit ſuo officio, Pamphilus. Hic conijcitur in ingens periculum Pamphilus, quem hinc amor erga Glycerium & data matrimonij fides, illinc pietas erga patrem ſollicitum habet, ut quo ſe uertat, quid conſilij capiat, non uideat. Etſi autem Dauus deterrere Chremetem à nuptijs conatur, uidebatur tamen parum effecturus, niſi periculo ſubueniſſet caſus, qui plus ſæpe efficaciæ habet, quam exacte initum conſilium. Interuenit quiſpiam ex Andro hoſpes, cui Critoni nomen, ea de cauſa, ut peteret bona defunctæ Chryſidis hæreditario iure ad ſe pertinentia. Is ſignis ac teſtimonio comprobat Glycerium ciuem eſſe Atticam, Chremetis filiam. Hic emerſus ex periculo Pamphilus præter opinionem ingenti cumulatur gaudio, placato mox patre coniugem accipit Glycerium

ac amo-

ac amore suo potitur ex animi sui sententia. Cæterum Philumena traditur Charino.

Restat adhuc, Vt de dictione Terentiana loquar, quæ in eo genere est, quod ab eruditis Atticum uocatur, elegantia ac dignitate ubiq; sui similis, atq; æqualis. Cum enim orationis uirtutes sint, perspicuitas, ornatus, & decorum, præcipue hæ uirtutes elucent ex sermone Terentij. Sunt enim eius narrationes apertæ ac dilucidæ proprijsq; maxime ac significantibus uerbis expositæ. Ideoq; merito dictus est á C. Cæsare & ipso proprietatis amantißimo, puri sermonis amator. Et magna laus est ut Fabius inquit lib: VIII. De ornatu, res, de quibus loquimur, clare & ut cerni uideantur, enunciare. Quo in genere non habet similem Terentius, nec tamen interim ornatus obliuiscitur. Nam ubi res poscit, orationem sententijs illustrat & adagijs, figurisq; magnificam reddit. Porro cum apud Poetas pragmaticos sæpe usu ueniat, ut in dicendi formulis magis obseruetur decorum personarum, quam natiuæ ac propriæ phrasis elegantia, Terentius adeo accurate rationem habet utriusq;, ut & puram sermonis elegantiam retineat, Plautumq;, cuius sermone Musas loqui potuisse Veteres dixere, longe superet, & τὸ πρέπον tum in rebus, tum in personis adeo feliciter ac prudenter obseruet, Vt merito ab eruditis etiam cum summa admiratione legatur. Itaq; non modo sæpe relegendæ sunt Terentianæ Comœdiæ, sed etiam ad Vnguem ediscendæ, & quasi concoquendæ á pueris ueram latini sermonis elegan-

3. Dictio Terentiana.

elegantiam consequi cupientibus. Quod cum ita sit, quod de Cicerone inquit Quintilianus, non immerito id quod de Terentio hic quoq; dici potest, Multum puer ille se profeciſſe sciat, cui Terentius ualde placebit.

ALIA PROLEGOMENA, IN COMOEDIAS TERENtij, M. Ambrosij Bernt. VViteberg. 1540.

DE VTILITATE TERENTII.

Qui Terentium utiliter legere, ac in eius lectione cum aliquo fructu uersari uult, obseruare debet, quo consilio Comœdias scripserit, quod haud dubie hoc fuit, ut multis exemplis propositis communium morum & casuum formaretur aliquo modo iudicium de rebus humanis & ut genere orationis, quod est absolutum & suauissimum in Comœdijs, facundia locupletaretur, Tum etiam, ut ad Oeconomiam orationis sæpe respicientes monerentur studiosi, ne peregrina in dicendo afferrent, sed apta & conuenientia causæ dicerent. Quia uero uel præcipue enarretur Terentius propter exempla latini sermonis, qui cum nobis non sit uernaculus, sed ex hoc & similibus bonis authoribus discitur, magna cura & sollicitudine legendus & audiendus est Terentius, in quo omnia, de quibus dicere instituit, perspicue, proprie & pure (Quæ tres

uirtutes in oratione sunt summæ) explicantur, In quibus uirtutibus ita regnat & dominatur Terentius, ut non modo nulli sit secundus, sed etiam neminem parem habeat. Estq; in hoc authore præter alia magna optimorum uerborum copia, qua instructi esse debent adolescentes, ut latine & non molestè loquantur, hoc est, ut res omnes sine ambiguitate efferant, ac meminisse debent Ciceronem in Epistolis ad Atticum uocare Terentium optimum latinitatis authorem, ac fuisse adeo studiosum Terentij, ut multis in locis eum citet. Sunt etiam in hoc authore formulæ seu phrases admodum elegantes, sine quibus latinus sermo, neq; proprius, neq; perspicuus esse potest. Adhæc proponuntur in hoc authore exempla figurarum, quæ lectorem mouent de recto figurarum usu, quæ cum non usurpantur parce, & in loco, totam orationem uiciosam & plane ineptam efficiunt. Habet præterea hic authoꝛ grauissimas sententias, quorum maximus in omni uita est usus, cum de rebus magnis admoneant & in auditorum animis aculeos relinquant.

Cum igetur constet huius Poëtæ orationem longe optimam esse, & puerorum captui imprimis accommodatam, præterea huic tribui laudem proprij sermonis, singuli eam, quantum possibile est, imitari debent, nec prius desinere cum toto animo intueri, quã simile aliquid affingant aut exprimant.

ALIA PRAEFACIO EIVSDEM. 1537.

Prodest inicio cogitare Adolescentes, quæ dignitas sit in Comœdijs Terentij, & quam habeant utilitatem

tatem. Quæ res etsi antea satis sit cognita tum ex Donato, tum ex aliorum eruditorum scriptis, Tamen utile est eadem sæpe repetere & inculcare. In tanta autem dignitate semper sunt habita scripta Terentij, ut huic authori inter Comicos omnes eruditi palmam tribuerint, quod non sine magno consilio feciſſe uidentur, sunt enim pleraquæ huius Poetæ dicta quasi quædam oracula, & ineſt (si quis diligenter conſideret) in ipſo sermone tanta ſimplicitas, proprietas, & diligens obſeruatio decori, ut nullum uideatur extare ſcriptum ſaltem in hoc genere abſolutius & ſuauius. Ordo præterea, qui ubiq; in oratione præcipuam habet laudem, ut ſingulis Comœdijs Terentij tanta cura obſeruatur, ut ſi ad Oeconomiam reſpexeris, nihil ſit dictum niſi ſuo loco, id quod experiundo ſtudioſi facile animaduertere poſſunt, modo cogitent ſecum de illa diligentia ac ſolicitudine, qua uſus est in ſingulis partibus Comœdiæ explicandis.

Porrò ſi quis argumenta ficta, animo uere cogitare uelit, et quantum ſinit ætas, ad aliquem uſum transferre, intelliget & magnam utilitatem & mirabilem uoluptatem ineſſe Comœdijs. Cæterum utilitates præcipuæ hæ ſunt. PRIMA utilitas est, quod multa proponuntur exempla, & ſententiæ, quæ alludunt ad patrem illam Philoſophiæ præſtantiſſimam de moribus, ita ut ſæpe integram diſputationem complectantur. Eſtq; hoc pulchrum in Comœdijs multa breuiter habere comprehenſa, quæ aliâs longa diſputatione explicari ſolent. ALTERA est utilitas,

latini sermonis proprietates, unde qui modo diligenter discunt Terentium, tanquam ex penu sumere possunt uerba, quibus cum magna laude in scribendo & loquendo utantur. Ideo uere hoc dicitur de Terentio, quod ex nullo alio scriptore melius disci possit Romani sermonis proprietas, nec esse alium authorem lectu iucundiorem, & puerorum ingenijs accommodatiorem. Proinde debent studiosi adolescentes hunc authorem præcipuo amore complecti, propterea quod sit utilissimus ad mores formandos & ad discendum sermonem.

SEQVVNTVR BREVES QVESTIVNCVLÆ, quæ valde prosunt ad recte intelligendas Comœdias.

1 QVID EST COMOEDIA? R. Comœdia est proprie Poëma continens imaginem humanorum consiliorum & euentuum. Hanc recte definit Cicero, esse imitationem uitæ, speculum consuetudinis, & imaginem ueritatis, pertinet autem ad Ethicen. De Comœdia sic Cicero in oratione pro Roscio Amerino, Etenim hæc conficta arbitror esse à Poëtis, ut effictos nostros mores in alienis personis expressamq; imaginem nostræ uitæ quotidianæ uideremus.

2. VNDE DICITVR COMOEDIA? R. Comœdiæ nomen factum est ἀπὸ τοῦ κώμου hoc est, à ioco conuiuali uel à commessatione & ᾠδὴ est carmen, q.d. carmen continens iocum conuiualem.

Nam

Nam in conuiuijs primum recitate sunt Comœdiæ, quanq; incultæ & incompositæ. Alij deducunt à κώμη id est, uicus & ᾠδή .i. cantus. Inicio enim iuuenes in pagis & uicis crebro conuenientes solebant questus causa cantare. Hæc fuit prima occasio Comœdiæ. Deinde cæperunt magis excoli & accuratius scribi, suntq; r uocatæ ex uillis in Theatrum.

3. QVID FVIT INICIO COMOEdia? R. Tantum fuit iocosum carmen, quo iuuentus utebatur in conuiuijs taxans liberius uitia ciuium, postea ars acceßit & Theatrorum consuetudo.

4. QVOMODO DIFFERVNT COMOEDIA ET TRAGOEDIA? R. Proprium discrimen hoc est, quod Comœdia contineat personas non magnas, & mediocris fortunæ. Item consilia & pericula, sed cum læto exitu. Tragœdia uero habet magnas personas, magna pericula, & funestos exitus.

5. QVOTTVPLEX COMOEDIA EST? R. Comœdiæ alia uetus, alia noua. Vetus non omnino fictum argumentum decantabat, sed certa uicia quorundam ciuium nominatim taxabat. Noua uero Comœdia utitur argumento omnino ficto, & fictis quoq; personis, ut extarent exempla morum & casuum humanorum.

6. IN QVEM finem sunt conficta argumenta fabularum in Comœdijs. R. Præcipue in hunc finem sunt excogitata, ut effictos nostros mores in alienis personis, expressamq; imaginem nostræ uitæ quo-

tidianæ uideremus. Item, ut illa proprietate orationis iuuentus facundiam locupletaret.

7. QVOT SVNT PARTES Comœdiæ? R. Quinq; Argumentum, Prologus, Protasis, Epitasis & Catastrophe. 1. Argumentum est oratio explicans totius Comœdiæ naturam. 2. Prologus est prælocutio fabulæ, & est triplex, συναλικὸς. h. e. commendatitius, in quo Poeta uel fabula commendatur. ἀναφορικὸς. hoc est, relatiuus quo referuntur maledicta aduersario. ὑποπλικὸς. hoc est, argumentatiuus, in quo fabulæ argumentum explicatur. 3. Protasis est primus actus fabulæ, quo pars argumenti explicatur, pars reticetur ad populi expectationem tenendam. 4. Epitasis est incrementum, processusq; turbarum, ac motus totius erroris. 5. Catastrophe est conuersio rerum ad iucundos exitus patefacta cunctis cognitione gestorum.

8. DE GENERIBVS seu speciebus uersuum Terentij. Manifestum est illos longe errare, qui negant Terentij Comœdias uersibus constare, in quibus etsi magna libertas & dissimulato quasi carmine plæraq; ad solutam orationem accedant, Tamen certam legem quæ in uersibus requiritur, obseruant. Hæc obseruatio multum habet utilitatis, si quis se assuefaciat ad dimensionem seu scansionem uersuum Terentij, quam qui negligunt, non bene consulunt suis studijs, & sæpe corrumpunt Poetæ sermonem.

9. DE GENERE Carminum in Terentio. Porrò genera carminum, quibus in suis fabulis utitur

Terentius,

Terentius, hæc sunt. Iambicum Trimetrum, quod sex pedibus constat & alio nomine dicitur, senarius uersus. Iambicum Tetrametrum, quod octo pedibus constat, Aliâs uocantur uersus quadrati & octonarij. Trochaicum Trimetrum, quod constat sex pedibus. Trochaicum Tetrametrum, quod constat octo pedibus. Monometrum, quod constat duobus pedibus. Item, Dimetrum, quod constat quatuor pedibus. Rarius utitur nimirum, in medio distinctionis causa.

10. DE STRVCTVRA Iambici uersus. Structura seu constitutio carminis Iambici uaria est. Simplex autem & generalis, quam tenere pueros satis est. (Reliqua enim usu assequentur) communiter recipit pedes, Iambum & Spondeum, sed Spondeum frequenter in locis imparibus. h. e. in prima, tertia, & quinta regione. Iambum uero in locis tam paribus, quam imparibus. Admittit & alios pedes, ut Anapestum, Tribrachum, Amphimacrum, & Dactylum.

11. DE Scansione. In scansione diligenter est obseruanda Synalœphe, Elipsis, Synæresis & Dyæresis. Synalœpha est detractio uocalis, quoties dictio in eam desinit, & sequens ab ea inchoatur. Elisis est detractio literæ, m, cum sua uocali, quando præcedens dictio in m desinit & sequitur uocalis. Eliditur quoq; s, tum in fine, tum in medio dictionis. Ita interdum eliditur litera l & n consonans in medio dictionis.

SCHOLIA IN PERIOCHAM ANDRIAE.

Volcatij Sedigiti meminit Plin. lib. 11. c. 42. & scribit fuisse illustrem in Poëtica. Item uide Gell. lib. 1c.

c. 24. C. Sulpitium Apollinarem sæpe citat Gell. eoq; usus est Romæ præceptore, id quod apparet ex Gell. lib. 20. c. 5. Hic Apollinaris docuit etiam Pertinacem Imperatorem latinas literas περιοχὴ & ὑπόθεσις idem est. Dicitur autem complexio, seu argumentum, seu compendiaria narratio, der inhalt eines Buchs. ἀπὸ τοῦ περὶ καὶ ἔχω. Pamphilus) Pamphilum ubiq; fingit Poëta prudentem & in summo periculo prudenter deliberantem. Charinum uero ubiq; temerarium & stultum. Creditam) hoc est, Quæ falso credebatur soror meretriculæ Chrysidis, Videlicet Creditam) .i. existimatam ab hominibus. Genere) .i. patria, natione. Plutarchus simili Phrasi usus est, ἀδελφοὶ κυμαῖοι τὸ γένος der Landart. Andriæ) .i. ex Andræ insula. Grauida facta) do er sie geschwengert hat. Dat fidem) id est, Pamphilus I. Fidem dare est promittere, Einem etwas vorheissen. Virg. Accipe, daq; fidem. II. Fidem firmare, III. Fidem præstare. IIII. Fidem seruare. halten, was du verheissen hast. V. Fidem habere est credere alicui, ut, non habeo tibi fidem, Ich gleube dir nicht. VI. Fidem soluere, est fidem non præstare, nicht glauben halten. VII. Fidem accipere est alterius promissum poscere, Etwas lassen zu sagen. Inde, Accipere in fidem, jm lassen hulden, ut, Princeps accipit in fidem ciues huius urbis, Ciues dant se in fidem, sie hulden. Homagium, die huldung. VIII. Fidem facere est rem aliquam docere, Gewis einen eines dinges berichten. IX. Infra in Heau: Mihi est apud hunc fides, Ich habe so

viel

viel glaubens bey jhm. h. e. Fidit mihi. Sic est infra in Phorm. Itané paruam fidem mihi esse. Et in Eun: Astringo meam fidem. Pater) .i. Simo. Desponderat) .i. Destinauerat, hatte jhm ein andere vortrawet. Comperire) etwas erfaren. Consilium capere, radtschlagen. Recusare, sich wegern. Vxorem ducere, ein weib nemen. Nubere puellarum est, ut, Anna nupsit Georgio. Consulere) cum datiuo significat consilium dare, einen Rat geben, Item, iuuare, prodesse & obsequi alicui, Einem dienstlich vnd behülfflich sein. Infra in Heau: ut illi consulas, h. e. ut illi prosis, ut illi obsequaris, sicut est in Andria. Nam dum studeo obsequi tibi, sic dicimus, Tu uis consultum meis studijs, hoc est, adiutas mea studia. Tu uis consultum esse meæ inopiæ. h. e. leuatam esse meam inopiam. Consulere autem cum accusatiuo, significat alterius consilium poscere, ut consulo te, Ich frage dich vmb rath. Simulat nuptias) Simulare est fingere aliquid esse, quod non est, ut tu simulas eruditionem, du stelleſt dich, als werestu gelert, vnd kanst doch nichts. Dissimulare est fingere aliquid non esse quod est, ut, tu dissimulas ebrietatem, du stelleſt dich, als werestu nicht truncken, vnd bist doch truncken. Repugnat) .i. non resistit patri, Er leget sich nicht wider den vater. Abdicat) .i. repellit, absaget, q. d. Er wil jhnen nicht zum Eyden haben. Hanc) .i. Glycerium. Aliam) .i. Philumenam.

DE INSCRIPTIONE ANDRIAE.

Acta) .i. recitata. Ludis Megalensibus) Inscriptio, quæ præfixa est argumentis Comœdiarum Terentij, hoc consilio potissimum facta esse uidetur, ut primum de consuetudine moneretur iuuentus, quæ fuit apud Romanos in exhibendis ludis. Deinde ut extaret certum quasi testimonium dignitatis Comœdiarum. Ludorum Megalensium meminit Liuius lic. 6. Decad. 4. & Ouid, 4. Fasto. de Cybele. Sic enim dicta est illa magna mater Idea, & de Scenis ludis in genere scribit Liuius lib. 7. Decad. 1. Item Valerius lib. 2. de institutis antiquis. Quatuor autem fuerunt ludi apud Romanos, uidelicet, Ludi Megalenses, qui fiebant in honorem magnæ matris Deæ Cybeles. 2. Ludi Apollinares, qui in honorem Apollinis bonarum artium tutoris fieri solebant. 3. Plebei, qui pro salute plebis exhibebantur. 4. Funebres, qui pro funere alicuius patricij uiri instruebantur. In his ludis agebantur Comœdiæ. Aedilibus Curulibus) Quatuor fuerunt ædiles, Duo dicti sunt Curules à solio eburnio, & hij regijs utebantur insignibus ornati purpura curam sacrificiorum & ludorum habentes, der kirchen pfleger oder kirch våter. Duo erant plebei, quos creauit plebs. Horum officium erat præesse annonæ, Bawmeister. ἀγορανόμοι. Aediles curules præter alia honesta munera, quæ obibant in repub. solebant etiam populo proponere fabulas spectandas. Dicti sunt Curules, quod sella curuli sederent, quoties aliquid pro officio agerent, & sella fuit tanquam ornamentum. Fuerunt & alij curules plebei, qui solebant reficere uias. Item

prouidere

prouidere, ut iusta essent pondera & mensuræ. Hinc Alciatus inquit ædiles curasse rem frumentariã, pondera & mensuras, & á pleriſq; uocari ἀγορανόμους. Modos fecit) .i. modulationes, hat dreyn gepfiffen. Porrò quia ludi Scenici fiebant carminibus & tibijs, hic mentio fit tibiarum, quæ omnia diuerso sono magnam uim habuerunt apud eos, qui spectabant & audiebant scenicos ludos. Quæ autem fuerit ratio, cum eius rei ferè nullum extet exemplum, neq; integra descriptio perfecte sciri potest, satis est hoc tenere, quod ad discrimina tibiarum pertinet, Dextras tibias uno fuisse foramine, Sinistras uero duobus & Tibias pares dictas esse ab æqualibus cauernis. Item modos uarios, quibus temperabantur cantica, fuisse factos á perito & quidem artifice artis Musices. Dextræ tibiæ, grobe Pfeiffen. Sinistræ, kleine pfeiffen. Acta est Andria Comœdia Anno urbis conditæ 5 9 8.

DISPOSITIO SEV ARGVMENTVM IOAN. STIG. in Prologum Andriæ.

Hic Prologus constat duabus partibus, accusatione uidelicet aduersarij & defensione Terentij. In exordio Actor captat auditorum beneuolentiam á commendatione Poëtæ, quod is maledicentia lacessitus cogatur respondere aduersario, cum consuetudo sit, ut in Prologis argumentum recitetur, & utitur hic artifi-

artificiosa reiectione culpæ in aduersarium inuidia onerans ac perstringens eius impudentiam & commendans Poëtæ modestiam. Defensio constat confutatione & commination e. Confutatio ducta est à generali sententia, qua reprehendit aduersarij dementiam & temeritatem, tum ab authoritate & exemplo prestantißimorum Poëtarum ueterum Ennij, Neuij ac Plauti. Admonet autem aduersarium, ut in posterum desistat à calumnijs, nisi uelit audire ea, quæ infamiam ipsi magis allatura sint, quam laudem. Postremo petit à spectatoribus, ut attente audiant hanc Comœdiam, & ipsi de dignitate Poëtæ ac scriptorum eius iudicium ferant.

ALIVD M. AMBRO. IN EVNDEM.

Prologus est generis Iudicialis, & pertinet ad statum qualitatis. Defenditur enim, quod recte & quidem exemplo optimorum authorum in suas fabulas transtulerit ex Græcis, quæ uisa sunt maxime conuenire. Estq; hæc summa Prologi, accusare ueterem Poëtam tripliciter. Primum, quod tantum maleuolentia sine aliquo iudicio maledicat. Secundo, quod uituperet nihil, nisi quod alij homines docti laude dignum esse iudicant. Tertio, quod sit singularis quidam dementia in aduersario, ut qui derideat exempla & authoritatem ueterum. Econtrà uero defenditur Terentius duplici ratione. Primum argumento sumpto ab

exemplo

exemplo prestantißimorum Poëtarum, qui singulari consilio & de industria sæpe multa ex Græcis authoribus in suas fabulas transtulerint. Deinde à iudicio & sententia ipsius Poëtæ, quod hoc unum studeat efficere, ut in suis Comœdijs exemplum sequatur Neuij, Plauti & Ennij. Continet autem tres locos, Exordium, Narrationem, & Epilogum. EXORDIVM sumptum est ab euentu & à persona aduersarij, à quo lacessitus non leuiter, necessario defendit se Terentius, Estq; tota culpa istius mutationis translata in aduersarium, uidelicet, quod nouo modo non argumenta narrentur in Prologis, sed tantum litigetur. Ita magna arte insinuat se in animos auditorum conciliatione beneuolentiæ & excusatione facti. NARRATIO duabus constat partibus, Prior pars habet breuem enumerationem eorum, quæ maxime reprehendi solent in Terentio Comœdijs ab aduersario. Altera habet defensionem, estq; imprimis eleganter amplificata interserta confutatione, quæ sumpta est à sententia generali, qua significat aduersarium, (Quia uult uideri omnia intelligere & plus quam alij sapere) plane nihil intelligere. Est etiam addita acerba ironia in collatione diligentiæ aduersarij & negligentiæ aliorum Comicorum, qui sunt in lingua latina præstantißimi. In Conclusione primum monet aduersarium, ne pergat maledicere. Deinde petit, ut spectatores nihil moti calumnijs & maledictis aduersarij attente audiant, & operam dent, quo perfecte cognoscere possint huius Comœdiæ uim ac dignitatem.

ALIVD

PROLEGOMENA.
ALIVD EIVSDEM.

Prologus est Generis Iudicialis pertinens ad statum qualitatis. Estq; hæc propositio, quod Terentius sine ullo uitio ac reprehensione ex Menandri Comœdijs in Andriam suam transtulerit. EXORDIVM sumptum est á Poetæ commendatione, h. e. á studio erga populum, & est addita excusatio per translationem, quare præter consuetudinem aliorum Comicorum in Prologis litiget, nempe, prouocatus ab aduersario. In NARRATIONE exponit, quid reprehendat aduersarius in Andria Terentij. Narrationi adduntur firmæ rationes, quibus reprehensionem aduersarij & falsam & iniquam esse ostendit, prima ratio habet sententiam generalem, quod Luscius Lauinius cum sui similibus uolens uideri ualde subtilis in iudicando, penitus nihil intelligat. Altera ratio est sumpta ab exemplo, quod ueterum Poetarum authoritate possit defendi Terentius. CONCLVSIO habet primum commination em, ne pergat ledere aduersarius. Deinde petitionem siue adhortationem, ut spectatores cognoscant integram fabulam. Ita enim futurum, ut optimum Poëma Terentij contra calumnias aduersarij maxime probent ac defendant.

ALIVD IOAN. RIVII IN EVNDEM. 1529.

Hic Prologus Poëtæ spectatorum benevolentiam

em, conciliat, aduersariumq; in inuidiam adducit & causam statim inicio, quamobrem in Prologis scribendis operam Poëta abutitur non narrando, quod alioqui factum oportuit, fabulæ argumentum, reddit. Lacessitum se, prouocatumq; cogi ait ad respondendum conuicijs, maledictisq; aduersarij, qui id unum, quod confunderet, contaminaretq; Terentius fabulas, uitio dabat. Vtitur hic statu absoluto & authoritate, exemploq; ueterum doctißimorum Poëtarum Neuij, Plauti Ennij, qui idem quod ipse fecit, factitarunt, se purgat atq; defendit. Postremo, ut faueant, Comœdiamq; hanc æquo animo spectent, petit.

ALIVD ἄλλο.

Prologus constat duobus locis, accusatione & defensione. In accusatione allegat occasionem criminandi hanc fabulam. Deinde confutat argumentum aduersariorum. Defensio sumitur à iudicio & exemplo doctorum hominum. Hæc est summa Prologi. Exordium sumptum est ab excusatione illius nouitatis in scribendo Prologo, addita translatione culpæ in aduersarios, cui additur confutatio. Conclusio habet admonitionem per comminationem, estq; addita petitio, ut hanc fabulam attente audiant.

PARAPHRASIS PROLOGI.

Nouum haud dubio uidebitur uobis, quod Poëta in Pro- Exordiũ.

in Prologis scribendis mutata ueterum consuetudine aduersario respondeat. Verum rem ipsam putantes nihil diffido, quin apud uos plane excusatus erit, qui nunquam aliud instituit, quam ut in faciendis Comœdijs id sequeretur, quod omnibus uobis probaretur. Sed ab aduersario iam sæpius lacessitus, cui uoluptas est optimum Poëma reprehendere & Poëtam á studio deterrere, existimauit & sibi & cæteris Poëtis honestum esse, principio confutare aduersarij maledicta.

Narratio. Et ut rem propius cognoscatis, quid maxime uituperent aduersarij, breuibus dabo. Ex duabus elegantissimis Comœdijs Menandri multa sumpsit Poëta, quæ uisa sunt conuenire in suam Andriam. Quod opus cum sit maximi laboris & requirit singularem industriam, aduersarijs adeo nullius existimationis esse uidetur, ut ob eam solam causam, quia ex Græca Comœdia multa sumpserit, dignam iudicent Comœdiam, quæ

Consultationes. ab omnibus condemnatur. Id uero iudicare hominum est, qui carent communi sensu ac iudicio, atq; in eo ipso, quod huius Poëtæ studium reprehendunt, ueteres Poëtas omnes simul damnant, quos cum huius instituti authores habeat, nihili facit omnium aduersariorum sententias. Sed ne quid acerbius dicam, uolo aduersa-

Epilogus. rios admonitos, ut cessent maledicere. Vos uero adhortor, ac rogo, ut nihil moti aduersariorum calumnijs pro uestra bonitate atq; æquanimitate cum silentio audiatis lepidam Terentij Comœdiam, ex qua iudicium & de reliquis facere potestis.

ALIA

ALIA PARAPHRASIS PROLOGI.

Quemadmodum omnes mortales non ſibi ſoli nati ſunt, ſed ut ſe mutuo adiuuent uel conſilio uel re, aut opera, aut ingenio, Ita etiam Poëtæ, qui quaſi Deorum aliquo dono atq; munere commendati nobis eſſe uidentur, alijs prodeſſe uoluerunt. Nam non tantum uerba, aut friuolas quasdam nugas ſecuti ſunt, ſed honeſtißima uitæ præcepta, optima exempla, quibus animi hominum ad uirtutem & ad omnes res præclaras incitarentur & à uitijs abſterrerentur, propoſuerunt. Idem preſtare uoluit noſter Poëta Terentius, cum inciperet ſcribere fabulas, & uoluit ab inſtituto decedere, ſed alijs ſua induſtria prodeſſe. Quod uero in argumento non ordinem & conſuetudinem obſeruet, id non illi, ſed alijs uitio dandum. Quamuis enim omnia eius conſilia ad publicam utilitatem ſpectent, Tamen ſunt, qui ea calumniantur. Quare cogitur deſerere ordinem, quem alij in Prologis ſcribendis obſeruant & aduerſario maleuolo Poëtæ Luſcio reſpondere. Ne autem uos ſpectatores diu detineam, paucis dicam, quid illi uitio tribuant. Menander Comicus & Græcus Poëta conſcripſit duas Comœdias, quarum alteram inſcripſit Andriam, alteram Perinthiam, qui unam illarum norit, is ambas nouerit. Argumentum enim eſt ferè idem, ſed genus dicendi eſt diuerſum. Ex illis fabulis Poëta quædam traduxit in ſuam Andriam, quibus ſuo loco poſſet uti, & ſuam fabulam illis ornare & illuſtrare. Hoc maleuoli Poëtæ

Locus communis eſt ſobrius eſſe ſapiendum. Odioſa eſt enim illa ſuperſticioſa diligẽtia.

calumniantur & dicunt, illum nihil aliud agere, quàm fabulas confundere. Sic fit ex nimia sapientia mera stultitia. Cum putant se multum intelligere, fit interim, ut nihil planè intelligant. Quod si hij Terentium maledictis lacessunt & calumniantur, calumniantur Nævium, Plautum, Ennium, Veteres illos egregios Poëtas qui idem fecerunt, quosq; ipse imitatur. Si illi non peccauerunt, certe nec ille peccauit, qui horum industriam in minimis etiam rebus mauult, quam illorum superstitiosam diligentiam imitari. Adhortor igitur eos, ut non pergant maledicere, alioqui audient, quæ non uolent. Vt enim salutant, ita resalutabuntur. Vos autem spectatores quæso, ut libenter & æquo animo hanc fabulam audiatis. Et cum intellexerimus uos æquo animo eam audiuisse & reliquas, quas posthac de integro scribet, uobis exhibebit Poëta, tanquam arbitris, qui potestatem habent uel exigendi, uel admittendi, spectentur.

ALIA PARAPHRASIS PROLOGI.

A natura & indolæ Poëtæ

Cum omnes Poëtæ maximas utilitates Reipub. adferant, nec solum delectent, sed etiam plurimũ prosint, Ita hic noster Poëta hoc sibi à puero proposuit, ut quàm plurimis prodesset, nemini noceret. Et animum quidem ad scribendas Comœdias appulit, ut in illis aliquas honestas uiuendi leges proponeret. Verum in scribendis Prologis necessitate compulsus est ab officio

ficio Poëtæ declinare. Nam cum huius esset instituti argumentum narrare in Prologis, ex quo colligerent spectatores, quid ex Comœdia expectare deberent, Prouocatus Luscij maledictis respondere coactus est. Quare cum de sua fama periclitaretur, operæ precium duxit, ut effrenatam illius ueteratoris audaciam æqua expostulatione retardaret. Quod si non sit uobis audire molestum, quæso, ut mihi aures benignas præbeatis, ut pernoscatis, quid sit, cur tantopere stomachetur, aut quod temere Poëtæ uitio det, quod potius laudi tribuendum erat. Menander Andriam & Perinthiam scripsit, quæ sanè ipso argumento inter se conueniunt, sermonis tantum uarietate differunt. Ex his Terentius fatetur se aliquid compilasse, atq; in suum usum transtulisse. Hoc ille ueterator uicium esse putat maximum, quod hic potius sibi laudi tribuendum putet. Nam quàm infirmum sit illud & planè ridiculum, quod dicunt Græcas Comœdias non esse contaminandas, uel apparet ex ueterum scriptorum authoritate. Ennius enim, Plautus, & alij quam plurimi multa ex fontibus Græcorum hauserunt, quorum authoritatem hic noster Poëta à uobis tanti fieri existimat, ut idem sibi, quod illi fecerunt, faciendum putet. Furtum esse clamitant, si ab alijs inuenta in usum communem trahantur, & aliquid excogitare ipsi uolunt. Odiosa est hæc immodica diligentia & plus ostentationis, quam utilitatis affert. Sobrium esse oportet, qui sapere uult, ac sanè quisq; de se modestius sentire debet, neq; nimis arroganter suas laudes predicare.

A persona aduersarij.

Propositio, cupio à uobis benigne audiri.

Narratio

Locus cõmunis,

Crede mihi, sapere est, nõ nimium sapere.

care. Nam cui non est inuisus propriarum laudum buccinator. Et plærunq; usu uenire solet, ut quia aliena spernat, sit indoctus & improbus & multa dicat & faciat, quæ plus communi utilitati officiunt, quam pro sunt. Neq; uero quicquam dici honestum potest, quod antea non sit dictum. Quod si propria hic nouus Poëta gignere malit, quam aliena, uerecunde discere, uideat ne nimia Philautia abutatur bonorum calculo. Quare Poëta uult uos oratos esse, ut æquo animo adesse uelitis, & rem non affectibus, sed æquitate perpendatis. Cognoscite igitur & propius excutite singula, quam iudicetis. Turpe enim est iuxta paræmiam, si αἰψηροὶ cognitionem anteuertant.

Clausula ab honesto.

PROLOGVS ANDRIAE CARmine Elegiaco redditus.

Dulcia quam primum modulari carmina uellet,
Nec non Pierios concelebrare choros,
Diuitis ingenij nouus hic prodesse Poëta,
Et studuit populo scripta placere sua.
Verum confutat ueteris maledicta Poëtæ,
Non uoluit libri commemorare statum.
Ergo mihi uestras aures prebete benignas
Discite, quid uitio liuida lingua dedit.
Andria & ipsa Perinthia Comica facta Menandro,
Hanc bene qui norit, cognita & illa sibi est.
Idem argumentum est, alijs oratio uerbis,
Et uaria formas induit arte nouas.
Ingenue quædam ex ipsis hausisse fatetur,
Inq; suos magna transtulit arte libros.

Hoc

Hoc damnant isti, nec talia facta docere,
Efficere ex Græcis pura latina putant.
Sed sapiendo nimis, sapientes esse negantur,
Namq; nocens res est transilijsse modum.
Næuius & Plautus simul Ennius anne Poëtæ
Non sunt, quod Latijs Græca dedere modis?
Quos sane authores se non negat esse secutum,
Nam factum hoc minime posse nocere putat,
Quorum scripta quidem potius neglecta probanda,
Quàm uano istorum scripta labore putat.
Sed moneo, ut posthac cessent maledicere nobis,
Ne tandem noceant hæc malefacta sibi.
Ore fauete omnes, æqua rem discite mente,
Vt quæ noscatis, spes erit inde boni.
Posthac quam faciet, spectanda Comœdia uobis
Sit prius, an plausa reijcienda manu.

PROLOGVS ANDRIAE ALITER commutatus, Autore D. Andrea Miseno.

Terentius Poëta noster, cum primum Comœdias scribere instituit, nihil aliud sibi tantopere præstandum arbitratus est, quod ut eiusmodi fabulas perscriberet, quibus studium ac beneuolentiam populi Romani, si exhibitæ placuissent, sibi posset demereri. Adeo uobis prius placere uoluit, quàm sibi. Verum adeo fefellit eum sua spes, ut res multo aliter cadat, quàm casuram esse arbitrabatur, siquidem & ne Prologos eiusmodi scribere potest, cuiusmodi scribere debebat.

Non enim fabulæ argumentum seu occasionem, id quod Plautus & alij Comici fecerunt, in Prologo recitare potuit, sed coactus aduersariorum improbitate & iniquitate, eos nunquam non lacessitus recriminari uel inuitus cogitur. Et audite amabo, quid nam sit, quod tantopere indigne factum esse clamitent. MENANder fecit fabulas duas Andriam & Perinthiam, quæ, quia in utraq; argumentum seu res propemodum similes sunt, ambæ facile intelligi possunt, utraq; bene cognita. Et tamen oratio & stylus, hoc est, uerba seu compositio, ac filum orationis sunt in utraq; dissimillima. Terentius igitur non negat ex Perinthia in hanc suam Andriam transcripsisse quædam commutata Græca oratione in optimam latinam, quæ uidelicet arbitrabatur suo argumento inseruire. Ibi uero quiritantur, ibi clamitant, se palmarium contra nostrum reperisse, disputantq; Poëtæ consilium tam stultum esse, ut nihil minus licuisse illi somnient, quàm optimas fabulas Græcas hoc modo, ut ipsi stulte putant, commisceri, corrumpi, ac contaminari. Insignem eruditionem scilicet, exactum de bonis scriptis iudicium. Mallem equidem, ut se intra suam pelliculam indocti isti iudices tamdiu continerent, donec repurgato iudicio, confirmataq; eruditione, de his rebus, quas nondum didicerunt, solide iudicarent, ne interim bis stulti fiant, dum intelligentes, optimos quosq; rodendo haberi uolunt. Nam qui aliud agunt homines harum rerum omnium imperiti, dum suis affectibus, suæ maleuolentiæ, qua ingenia illorum sunt suffusa, impudentissime

tissime indulgentes, Terentium nostrum reprehenduni, quàm quod optimos ac uetustissimos quosq; Poëtas, nempe, Ennium, Plautum, & Næuium, quos hic noster authores sui consilij habet, eosq; merito sequitur, accusant. Sed ut libere dicam, quod sentiam, adeo illorum temerario iudicio non cogitat pendere uelle, ut nihil dubitans affirmare ausit, se cum ueteribus illis, quos in faciendis fabulis imitatur, errare etiam & indiligentem uideri malle, quàm istis nouis & obscuris morosophis recte sentire. Proinde admonitos eos uolo, ut ab huiusmodi conuicijs, quæ in nostrum temere congerunt, posthac sibi temperent, ne & ipsi maledicendo aliquando male audiant. Iam oratos uos uolo, ut lingua atq; auribus placide nos audiendo, nihilq; obstrependo, nobis faueatis, ut hac fabula probe cognita tanquam Leonem ex unguibus æstimare, h. e. de ingenio Poëtæ uobis plura promittere tuto possitis, si quas de integro fabulas á se factas uobis est exhibiturus, admittendæ ne sint, an explodendæ, æqui iudices constituatis.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT Textum Prologi Andriæ.

Prologus) h. e. præfatio, prœmium, ein vorrede. Excusatio est necessitatis, Quamuis omnia mea consilia tantum publicam utilitatem spectent, sunt tamen, qui calumniantur eam, quibus respondetur. Captat autem beneuolentiã á uoluntate seu ab officio Poëtæ. Poëtæ enim iuxta Horatium & prodesse & de-

delectare debent. ἄλλως. Captat beneuolentiam à ſtudio populi & poſtea tranſit ad reſpondendum aduerſario. ἄλλως. Exordium, quo excuſat, quare in Prologis litiget, quia ſcilicet aduerſarius prouocarit. Poeta) .i. Terentius. Cum primum animum ad ſcribendum appulit) hoc eſt, cum primum inſtituit ſcribere Comœdias, cum adiunxit animum ad hæc ſtudia, cum ingenium ſuum addixit, do er ſich zum erſten vnterſtanden hat Comœdias zu ſchreiben, do er jm das hat fürgenommen. Cicero, applicauit, dixit. Appellere proprie ſignificat, anſchiffen oder zu landſchiffen. Per metaphoram ſignificat adiungere, ut, Appellere animum ad uxorem, h. e. adiungere ſeu applicare, ut Cicero dixit. Adiunge animum, infra in narratione, Sich auff etwas begeben. Scribendum) .i. Comœdias. Credidit) .i. exiſtimauit. Negocij dari) h. e. hoc tantum uoluit agere, Er hat ſich des allein befliſſen. Dari) das jhm das auffgeleget würde. Fabulas) pro fabulæ per ἀντίπτωσιν, cum caſus pro caſu ponitur. Placerent) .i. ut populus aliquem fructum inde auferre poſſet, uel, ut ſcripta probarentur à populo. Verum) Querela, ſe cogi neceſsitate, ut aduerſario reſpondeat omiſſo argumento. Multo aliter) .i. contra, quam ipſe putarat, quàm animo concœperat. Intelligit) .i. nunc tandem experitur. Nam) Racio. Operam abutitur) h. e. non poteſt ſeruare uſitatum morem in ſcribendis Prologis. Diomedes autem inquit, antiquos ſolitos fuiſſe dicere, utor hanc rem & hac re. Argumentum) Nam narrare argumentum

propri-

proprium est Prologi. Qui) .i. ut, Maleuolus) ein neidischer böser mensch, der jederman vbel &wil. Notat Lauinium. Sed qui) Commendatio Poëtæ á persona aduersarij. Respondeat). i. de necessitate. Maledictis) .i. calumnijs. Veteris) Dixit per contemptum. q.d. indoctissimi Poëtæ. Nunc) Locus attentionis & est transitio & conclusio exordij. Vicio dent) .i. quid reprehendant, aut desiderant in nostro Poëta. Vicio dare significat, einem etwas vbel außlegen, tadeln, oder straffen. Animum aduortite) .i. attendite animum, böret vleißig drauff. Veteris) Hoc uocabulum usurpatur, tanquam summum maledictum. Nunc) Attentionis & docilitatis.

Menander) Narratio est, qua exponit, quid ex Græcis Poëtis mutuatus sit in hanc suam Comœdiam. Menander fuit Comicus Græcus. Vtramuis). i. harum Comœdiarum, eine aus den zweyen. Norit) id est, intelligit. Ambas) .i. Andriam & Perinthiam, quasi dicat, omnem rem uno uerbo nouerit. Non ita dissimili) h. e. eodem argumento scriptæ sunt, sed tamen dißimili orationis genere, uel, argumenta fere sunt similia, sed uerba fuerunt alia, uel, argumentum ferè est idem, Sed genus dicendi est diuersum. Ita] .i. adeo, ualde. Factæ) id est á Menandro. Stylo) art, mit zweierley &weisse. Argumentum est in rebus. Oratio & Stylus est in uerbis & figuris dicendi. Conuenere) id est, illius argumenti, &was jhm gefallen hat. Andriam) .i. suam latinam. Perinthiam) .i. Menandri. Fatetur) .i. Terentius.

Vsum] Hoc uicium est Poëtæ obiectum. Pro suis) .i. tanquam suo aliquo inuento. Id) .i. Quod transtulerit multos locos ex Græca lingua in latinum sermonem. Isti) .i. aduersarij, maleuoli. Ad reprehensionem sumitur pronomen, Isti. Vituperant] .i. Calumniantur, sie taddeln es, sie legen es jm jum ergsten aus. Disputant) .i. argumentantur, damit bekümmern sie sich. Fabulas) .i. Comœdias. Contaminari) Contaminare proprie est polluere aliquid, aut lutosis manibus attingere, ein ding besudeln, verwüsten, vnrein machen, mit vnreinen henden etwas angreiffen, h. e. fædare aut maculare, postea per metaphoram dixit contaminare Poëta pro eo, quod est, Ex hac Comœdia aliquid sumere, ex illa aliquid & ita ex illis consulis & emendicatis nouam Comœdiam componere. Faciunt) γνώμη, für grosser klugheit werden sie zu narren. Næ) .i. certe, ualde, nimis. Græcum est, ναὶ. Intelligendo) .i. nimium sapiendo. Faciunt) .i. aduersarij. Confutatio á gnome. Hunc) .i. Terentium, q. d. Cum Terentium specialiter accusant, nesciunt se bonis omnibus maledicere, quos ille imitatur. Est autem purgatio ab exemplo pro authoritate. Faciunt) .i. nimium altercando ueritas amittitur. Næuium) Næuius Comicus Vticæ mortuus est pulsus Roma factione nobilum, ac præcipue Metelli. Eodem tempore post triennium Plautus quoq; Arpinas Romæ mortuus est, ubi cum in caritate annonæ pistori suam operam locauisset, quoties ab opere uacaret, fabulas suas scribere & uendere consuesuit.

fuerit, uide Eusebij Chronicon. Anno mundi 5000. Autores) .i. quos imitatur, quorum exemplo utitur. Quorum) .i. optimorum Comicorum, q. d. Etiamsi interdum non admodum fuerint diligentes, tamen maulit istorum negligentiam sequi. Aemulari) .i. imitari. Amplificet per collationem. Negligentiam) .i. maulit cum ipsis errare. Istorum) .i. aduersariorum, per contemptum. Obscuram) .i. ignotam. Diligentiam) .i. nimiam curiositatem.

De hinc) Conclusio cum comminatione. Quiescant] .i. ne præbeant occasionem respondendi, das sie das maul halten. Porro) .i. deinceps, hinfürder, in posterum. Moneo) .i. aduersarios. Desinant) Exponit, quid sit quiescere. Maledicere) .i. Terentio. Noscant) das es nicht an tag komme, wie sie so vngelert sind, ne forte & sua retegantur crimina. Qui bene audire uult, bene dicat oportet, siquidem qui quæ uult dicit, is uicissim quæ nõ uult, audiet. Schreit es gut in das holtz, so schreyet es gut wider heraus. Noli igitur alios conuicijs incessere, ni idem ab ullis uoles expectare, iuxta illud, Ab alio expectet, alteri quod feceris. Qui enim primus iniuriã facit, is talionem æquo animo ferat necesse est. Infra in Prologo Phor. eadem est sententia, Benedictis si certasset, audisset bene, Quod si ab ipso allatum est, sibi relatum putet. Fauete) peticio, Captat enim ab auditoribus fauorem. αἴτησις. Adhortatio ad spectatores, ut æquo animo audiant Comœdiam. Fauete) .i. cum silentio. Adeste æquo animo) nemet alle ding zum besten an. Sic Virg. Ore fauete omnes,

omnes, Seid ſtill vnd hören zu, dicimus germanice. Ad ſpectatores iſta dicuntur, qui corporibus preſto erant. Rem). i. totam Comœdiam. Cognoſcite) auſcultate diligenter. Pernoſcatis) .i. ut inde iudicare poßitis de reliquis Comœdijs. Epilogus eſt, in quo pollicetur & alia, ſi hanc æquo animo acceperint. Spei) id eſt, de noſtro Poeta. q. d. De hac fabula ſumite ſpeciem, ut ſciatis, an cæteræ uobis ſpectandæ ſint. Reliquum) Donatus dicit poni pro reliquum. Spectandæ) .i. exhibendæ, approbandæ. De integro) .i. de nouo. Comœdias) .i. Comœdiæ. Antiptoſis uel Syllepſis. Exigendæ) .i. excludendæ, explorandæ, ut in Hecy: Sum earum exactus. h. e. non ſum admiſſus. I. Exigere eſt eijcere ſeu expellere. Teren: in Hecy: Nouas qui exactas feci, ut inueteraſcerent. h. e. exploſas, austreiben. II. Item, debitum poſcere, ſchult manen. Inde, Exactor, ein maner. III. Item, ui aliquid extorquere, mit gewalt etwas föddern. IIII. Item tranſigere, zubringen. Virg. 1. Aen. Omnes ut tecum meritis pro talibus annos Exigat. Infra in Heau: Quo ſtudio uitam ſuam te abſente exegerit. Sic infra in Adelph. Exacta ætate. V. Item, Explorare, inquirere, erförſchen. Virg. 1. Aen: Sociiſq; exacta referre. Exactum. h. e. completum, tranſcurſum. Virg. 1. Georg. Totus & ille dies & qui naſcentur ab illis Exactum ad menſem. Exactum item ſignificat diligens & perfectum, ut, Exacto iudicio opus eſt ijs, qui in literis uerſantur.

ARGVMENTVM IOAN. STIGELII IN SCENAM I. ACTVS I. *Vos isthæc. &c.*

Miro artificio complectitur in hac Scena Terentius totius fabulæ argumentum. Etsi enim utitur senili ac longa oratione, Tamen decorum ita obseruat, res eo ordine ac luce disponit, adeo perspicuis uerbis enunciat, & sententijs ornat, ut omnia agi uerius uideantur, quam recitari. Itaq; spectatorem non modo citra tedium retinet, sed etiam quasi capit, atq; incendit, ut attente expectet reliquas Comœdiæ partes. Partitur autem narrationem in duas partes. Altera continet uitam Pamphili, mores, ac studia, & amores, mortem Chrysidis lugendi ac lamentandi formam. Altera pars continet consilium Simonis & mandatum ad Sosiam, cur simulet nuptias.

ALIVD AMBROSII.

Senex à foro domum rediens imperat seruis, ut sine mora suum faciant officium in auferendis obsonijs & simul relictis seruis libertum ad se uocat, quem solum apud se retinere cupit. Nulli enim alio sua consilia de filio credere uoluit. Principio multis præfatur senex de beneficijs, quæ antea contulerit in libertum propter summam in seruiendo fidem, & hanc ipsam enumerationem ueluti odiosam libertus statim interpellat grauissima & uenustissima sententia. Ibi tum

instituit

instituit Simo longissimam narrationem, in qua altius omnia repetit describens uitam Pamphili à moribus & studijs. Addit & occasionem, quomodo filius deperire in Glycerium cæperit, in quo tamen amore primum talem se prebuerit, ut non potuerit deprehendi, quod esse factus amator. Addita est etiam mors Chrysidis, cultus, & forma, et lamentatio sororis. Deinde admonet de suo consilio, quid instituerit agere cum filio, si propter amorem uxorem ducere recuset. Postremo summam quandam recitat suorum consiliorum & hortatur libertum, ut in terrendo Dauo authore omnis mali, & in obseruando filio summam faciat diligentiam. Porrò hanc narrationem, tanquam copiosissimam Cicero prædicat lib 2. de Oratore, propterea, quod nullam habeat obscuritatem, sed sit uenusta & iucunda, quia habet suas circumstantias & optime sit condita quasi multis figuris ac gestibus. Proinde adolescentes ad hanc Scenam bene cognoscendam, singularem debeat afferre diligentiam. Habet enim multa Rhetorica argumenta, & ornamenta & mirabiliter est aucta locis quibusdam communibus, de moribus scilicet, Item de studijs & de sodalicio Pamphili.

ALIVD EIVSDEM.

Principio, sicuti debet fieri in Comœdijs, describitur occasio huius fabulæ, in qua proprijs & significantibus uerbis præcipua pars argumenti recensetur. Estq; in primis obseruanda illustris narratio patris de uita & moribus filij. Præmittitur autem narrationi

ni Rhetorica diuisio seu particio de ordine totius narrationis, uidelicet, de uita & moribus filij, de suo consilio, & de officio serui. Hæc sæpe multumq; legenda & habenda est pro exemplo optimo perspicuæ narrationis. Vt autem eò magis hanc narrationem ament adolescentes, totus locus apud Ciceronem de narratione lib. 2. de Oratore legendus est.

ALIVD IOAN. RIVII.

Hæc Scena primum anteactam Pamphili uitam summa cum amplificatione probitatis, continentiæq; eius commemorat. Deinde amores, & qua deniq; occasione in Glycerium deperire cœperit, quo pacto pater id deprehenderit. Præterea huius consilium, quo natum ab amica statuit auellere, exponit docens, quàm sollicitos semper, anxiosq; pro liberorum salute deceat esse parentes, dandam summa cura operam, nullumq; non mouendum esse lapidem, quo eos á recta aberrantes uia ad bonam aliquando frugem tandem reducant. Hæc ferè summa.

ALIVD ἄλλο.

Prima Scena continet longam enumerationem occasionis totius fabulæ, in qua exponenda ita proprijs & significantibus uerbis usus est, ut tota res magis agi, quam recitari uideatur. Non enim, quod instituit, aliqua breuitate tantum percurrit, sed longa utitur narratione commemorans mores adolescentis & seruiles percunctationes, mortem Chrysidis, item formam

mam & lamentationem ſororis. Hanc narrationem imprimis magnifacit & admiratur Cicero. Primum quod habeat commodam & illuſtrem particionem ante narrationem, & plané ita narrat, quemadmodum in propoſitione propoſuerat, uidelicet, primum gnati uitam, Deinde ſuum conſilium, Poſtremo officium ſerui, accedens hoc modo ad primam quanq; partem, & faciens finem dicendi omnibus abſolutis. Deinde quod etiam habeat uirtutem, quæ narrationis eſt maxima, ut iucunda & ad perſuadendum accommoda ſit diſtincta perſonis & inter puncta ſermonibus, conſtans uerbis uſitatis & ordine temporum conſeruato. Proinde hæc narratio ſæpe ac diligenter eſt obſeruanda ac legenda, quam pueri ſibi proponere debent, tanquam optimum exemplum uenuſtæ ac perſpicuæ narrationis.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE, D. ANDREAE MISENI in Scenam I. Actus I.

Oratio Simonis ad Soſiam aliter commutata.

Quæ me artes tuæ deuinxerunt tibi iam, mi Soſia, ijs hoc tempore, ancipiti rerum mearum ſtatu, unice opus habeo. Et ne neſcias, ſunt artes illæ tuæ, fides & taciturnitas, quas in te ſemper ſitas amaui. Has uide, ne hoc tempore in negocio pleno periculi in te deſiderem. Neq; dubito, quin ea ſis pietate præditus, ut ul-

ut ultro memineris, quantum mihi debeas, apud quem scis, quam fuerit á puero tibi iusta, clemensq; seruitus, qui te manu misit magno empta libertate, Tamen officij te admonere uisum est, ut intelligeres uenisse tempus, quo mihi abunde magnam gratiam reddere queas, si id negotium, quod fidei tuæ committam, probe curaueris.

Vos isthæc intro auferte) Parasceue est colloquij, quod subijcit. Nam ne ex obrupto ordiretur statim consilium suum narrare senex, parat sibi aditum, accersendo seruum, & admonendo eum, esse sibi opus eius opera ad rem, quam paret. Interim tamen in tam breui argumento, non omisit ornamentum Poëta, sed inseruit optimam sententiam de fide & taciturnitate seruorum. q. d. Expertus sum antea in te fidem, quod nihil subtole agas, sed dextre & quod retineas etiam fideliter commissa. Vtrisq; iam etiam mihi non es defuturus aliquid moliendi. Nam hoc quid sit, nondum subijcit, sed in genere est instituta oratio.

Ego postquam te emi) Hic primum est iustum exordium. Est autem eleganter petitum á precedentibus meritis, in hanc sententiam. Mi Sosia, non dubium mihi est, quin facile meminisse possis beneficiorum, quæ in te collocauerim, quomodo scilicet usq; tibi non fuerit dura seruitus, quomodo usus sis me facilimo hero. Nam illud præcium assecutus es, quod certe non fuit summum, & tibi optimum, manu missionem scilicet. Et cur in te tam liberalis essem, tua probitas fecit, cum diligentissime & liberalissime seruieris. Quod

cum ita sit, spero me quoq; uicissim nihil gratitudinis, nihil diligentiæ, qua hoc tempore opus habeo, in te esse desideraturum. Aequũ enim censeo, ut acceptis tantis beneficijs, talem te iam præstes, ut sentiam demum, gratias meas in te non male esse collocatas. Vide rursum honestissimum præceptum morum. Quomodo enim melius potuisset precipere de gratitudine, quam hoc pacto. Adeo ubiq; licet uidere, uerissimum esse, Poëtas omnes, Comicos maxime, fictis suis argumentis grauissima uitæ præcepta complecti uoluisse.

II. Gratitudo.

In memoria habeo) Responsio est, quam non incommode subijcit, uel propter colloquium, ne actio frigeat. Est autem hæc sententia, Recte me admones officij here. Honestum enim erat, ut neq; fide, neq; taciturnitate, neq; ulla re, qua tibi obsequi possem tibi deessem. Et si quid etiam feci, quod tibi gratum fuit unquam, gaudeo nec detrecto ullam operam, qua gratus in te esse uideri possim. Verum hoc mihi non satis liberale uidetur, molestum quoq; mihi est, te, cum exhibitæ mihi gratiæ tam prolixe, tam anxie me admones, tanquam ingratitudinem meam mihi exprobrare, ut qui tuorum beneficiorum parum memor hactenus fuerim. Honestum est, de alijs bene mereri, beneficia in alios cumulare, Sed illiberale, sordidumq; est, cum te multa dedisse gloriaris. Celebris est sententia Græcorum, χάριν λαβὼν μέμνησο, καὶ δοὺς ἐπιλάθου, Acceptæ gratiæ meminisse conuenit, alijs exhibitæ obliuisci. Proinde breui dic, quid me uelis.

III. Non esse exprobrandam gratiam.

Quas credis esse has) Propositio est & status

tus totius consilij, Nuptias simulari, non seriam rem agi, Hoc se moliri, ut simulatione nuptiarum exploret filij animum, Si conditionem de nuptijs acceperit, id quod non dubitat, eum non facturum, ut occasionem habeat retrahendi eius à Glycerio, quam amabat, cuiq; fidem dederat, se eam esse ducturum uxorem domum. Sin minus, ut nactus oportunitatem, iuste eum obiurgare possit. Hæc summa est narrationis, quam statim subijcit, nactus scilicet occasionem recitandi argumenti totius fabulæ.

Nam is postquam) Cur hanc narrationem tanto pere laudarint doctissimi quiq;, non temere & uel parum acuto homini statim obuium est, dignam esse admiratione maxima, cum tanta elegantia uerborum, tanta luce, tanta simplicitate ac ordine rem narret, neq; id simpliciter aut nude, sed interserit ornamenta, sententias grauissimas, quibus illustrat rem ac ornat, tanquam stellulis quibusdam ac gemmis. Tota enim oratio Sosiæ fere ad ornatum pertinet, facit autem tria capita seu membra narrationis Poëta, id quod diligenter obseruandum censeo. Ita enim fiet, ut sic distributa seu diuisa facilior futura sit, & pueri rectius de ordine statuere poterunt, uidebuntq; facilius. quid præter dijs argumentum ornandi gratia sit à Poëta additum. Sic commutautem inquit senex. Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum cognosces. Et quid in hac re te facere velim. Prima pars igitur narrationis est & superde uita, moribus ac studio Pamphili. Et pars iterum riora omnes partienda erit in duo membra. PRIMVM constat nia-

IIII. Descriptio boni adolescentis, Quia est ex medijs locis communibus petita sicut

Mediocritas. descriptione honestæ uitæ sodalitij, morum, ac studij Pamphili, cui deditus fuerit principio statim, cum ex ephebis excesserit, fuisse scilicet mores tam commodos, tam modestos, tanquam temperantes, ut mirum fuerit, atq; in admirationem sui concitarit ciues omnes. Eam artem elegantißimis præceptis ornat Sosia, cum de moderatione, seu mediocritate precipit, utile esse in omni uita, Ne quid nimis, h. e. Vt modus sit omnibus rebus, sicut & Germani dicunt, Maß ist in allen dingen gut. Item, Obsequium amicos, ueritas odium parit.

V I. ὡμιλίαι καναὶ

ALTERVm membrum est, cum recitare incipit corruptos Pamphili mores, ac intemperantes, quibus iam deditus sit, posteaq; malo sodalitio deprauatus ac seductus, ceperit esse sui quam dißimillimus. In eo diuitius commemoratur. Et magno consilio eam narrationis partem sic instituit Poëta. Constat enim tota cõtentione Rhetorica, seu Antithesi, quod Schema Rhetoribus latißime patet. Neq; enim poterat melius aut aptius mala studia filij ob oculos ponere, quam cum probatã uitam ac synceros mores primo describeret, ut res magis inuidiosa fieret, Si fidem faceret, adeo cæpisse filium sui esse dißimilem, Vt prorsus non is agnoscatur esse, qui antea ciuibus omnibus fuerit in ore, quemq; omnes antea certatim laudauerunt. Orditur autem alterum illud membrum ibi, cum dicit, Interea mulier quædam ab hinc triennium. Atq; in ea parte sicut dixi, commoratur, siquidem argumentum seu occasionem fabulæ in ea pro suo more complectitur. Habet enim hoc in more, cum Prologos scribat omnes fe-

Et ludi turpes sint procul atq; uiri. Item si iuxta claudum habitaueris.

ra

re concitatos, in quibus argumentum fabulæ narrare non potest, ut id reijciat in primam uel secundam Scenam, πρωτατικος, atq; ita quoq; habet occasionem contexendarum narrationum, quas semper sunt admirati doctissimi quiq;. Proinde cum hæc fabula ab Andria nomen acceperit, erit quoq; diligenter descriptio illius obseruanda.

Obsequium amicos) Monendi amici sæpe sunt & obiurgandi, & hæc accipienda amice, cum beneuole fiunt, sed nescio, quomodo uerum est, quod in Andr. familiaris meus Terentius dixit, obsequium amicos, ueritas odium parit. Molesta ueritas est, siquidem ex ea nascitur odium, quod est uenenum amicitiæ Sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens precipitem amicum ferri sinit. Maxima autem culpa in eo est, qui ueritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur. Omnis igitur hac in re habenda ratio est & diligentia. Primum ut monicio acerbitate, Deinde obiurgatio contumelia careat. In obsequio autem (quoniam Terentiano uerbo libenter utimur) comitas adsit, assentatio uitiorum adiutrix procul amoueatur, quia non modo amico, sed ne liberæ quidem digna est. Aliter enim cum Tyranno, aliter cum amico uiuitur. Cuius autem aures clausæ ueritati sunt, ut ab amico uerum audire nequeat, huius salus desperanda est. Scitum est enim illud Catonis, multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces uideantur. Illos uerum sæpe dicere, hos nunquam. Atq; illud absurdum est, quod hij

ſcilicet, qui monentur, eam moleſtiã, quam debent capere, non capiunt. Eam capiunt, qua debent carere. Peccaſſe enim ſe non anguntur, obiurgari moleſte ferunt, quod contra oportebat delicto dolore, obiurgatione gaudere. Vt igitur & monere & moneri proprium eſt ueræ amicitiæ & alterum libere facere, non aſpere. Alterum pacienter accipere, non repugnanter, ſic habendum eſt, nullam in amicitijs peſtem eſſe maiorem, quam adulationem, blandicias, aſſentationẽ. Hæc Cicero. A labore) .i. ex laborioſo genere uitæ. Procliue ad libidinem) h. e. ad peßimas artes, & ut rem faciat, & ſine labore ac moleſtia in ocio uiuat.

Symbolum dedit) Symbolum á Græcis dicitur á συμβάλλω h.e. confero, conijcio. Ea uoce multiuariam uſi ſunt Græci. Nam Symbolum interdum appellant ſignum, quod imprimitur epiſtolis & uaſis, ne reſignentur, á quibus non oportet. 2. Interdum Symbolum dabant ex condicto celebraturi conuiuium, ne cui integrum eſſet ſe ſubducere. Sic eſt hic in Andr. & infra in Eu. ut, de Symbolis eſſemus. 3. Iam inter ſponſum & ſponſam datur ſymbolum ex conſenſu mutuo, ne liceat á pacto recedere. 4. Deniq; militibus ſub ijſdem ſignis merentibus, dabatur ſymbolum, interdum uocale, quod certis uerbis tradebatur, interdũ ſine uoce, quod illi uocant ἄφωνον, h. e. ſine uoce. Ita hic ſymbolum dedit, idem quod ferre ſignificat. Cicero 2. de Orato. uocat collectam, h. e. quod ſinguli conuiuæ de ſuo conferunt ad conuiuium. Significat autem ſymbolum, quod militibus datur, die lõſung oder die krei-

de.

de. Item ἀσύμβολος, qua uoce infra utitur in Phor. h. e. Qui nihil numerat, qui gratis recumbit, á quo nulla collecta exigitur.

I. Accepit conditionem) h. e. promißioni aſſenſit, ſie hat in den fürſchlag gewilliget, ſie hat jn angenommen. II. Ferre alicui condicionem, einem einen vorſchlag thun. Cicero pro Sexto Roſcio. Hanc condicionem miſero ferunt. Et infra in Phor. Hanc condicionem ſi cui tulero extrario. III. Concedere in condiciones. Liuius 2. ab urb. cond. Agi deinde de concordia cæptum, conceſſumq; in condiciones. IIII. Dicere condiciones. Liuius lib. 10. Dec. 3. Condiciones pacis dictæ, ut liberi legibus ſuis uiuerent.

O factum bene) Infra Actus 5. Scena 5. Benefactum. Et in Eun Act. 4. Scen. 4. ô factum bene. Et in Phor. Malefactum.

Poſtridie) des andern tages, do das geſchehen war. uide Vallum lib. 11. Cap. 33.

Funeris formulæ) 1. Curare funus. Terentius in Andr. 2. Adiutare funus, in Phormio. helffen zu grabe ſchicken. 3. Prodire in funus, idem in Andr. der leiche folgen. 4. Ducere funus, Cicero pro. Quintio. 5. Item Exequias cohoneſtare ibidem, Einem zu ehren mit zu grabe gehen. 6. Facere funus. Cicero pro A. Cluentio, Einen ehrlich zu grabe ſchicken. Verba Ciceronis ſunt, De integro funus iam ſepulto filio fecit. 7. Venire in funus. Cicero lib. 15. ad Atticum. 8. Dare operam funeri, idem apud Cicer. Honorauit eum publico funere. Sueton. in Vitell. h. e. curauit illi publi-

cum funus. Fecerunt illi magnifice iusta. Salust. in Iugurth. Ehrlich begraben vnd begangen.

In ignem posita est) *Non obseruatus est apud omnes gentes idem mos sepeliendorum mortuorum. Ex hoc loco Terentij, sicut & ex Homero appareret, Græcos suos mortuos concremare solitos fuisse. Cicero lib. 1. Tusc. Quæst. Attingit uarios uariarum nationum ritus sepeliendi. Condiunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora. Magorum mos est, non humare corpora suorum, nisi à feris sint antea laniata. In Hircania plebs publicos alit canes, optimates domesticos. Nobile autem genus canum illud scimus esse, sed pro sua quisq; facultate alit, à quibus lanietur, eamq; optimam illi censent esse sepulturam Iohannes in Cap. 19. ubi describit sepulturam Christi aperte scribit, etiam Iudæos solitos fuisse suos mortuos aromatibus condire.*

Animaduertenda) *h. e. Obiurgandus erit mihi. Liui. lib. 4. Decad. 3. Animaduertere proximum lictorem iussit. h. e. castigare uerbis.*

More & modo) *Ex alieno more uiuere. Idem Teren. in Andr. dixit pro arbitrio, & sententia. Græce τρόπῳ,* Nach eines andern &weisse. *Sic & in Hecyr. Hanccine erat æquum ex illius more, an illum ex huius uiuere? Sic in Andr. dixit etiam,* Modo. *sine inquit, meo me uiuere interea modo.*

Vno ore omnes) *In ore habere Phrasis latina est, qua utuntur eruditi & in bona & in mala significatione. Teren. in mala significatione dixit in Adelph.*

delph. In ore est omni populo, h.e. jederman redet das ergste von jhm, uel, man schmeschet das maul mit jm, uel, er gibt sich den leuten in die meuler. Sic & apud Homerum ἀνὰ στόμα βασιλῆας ἔχειν, h. e. in ore habere reges, h. e. contemptim & seditiose loqui de regibus. Liuius lib. 2. ab urb. cond. In ora hominum pro ludibrio abijt. Cicero lib 10. Epi. 28. Quem tu cum ciue acerrimo patre tuo in ore & amore semper habuisti. Item lib. 2. Vestros liberos traductos per ora hominum. Hic in laude usus est Cicero, sicut & in 3. Philip. Hanc enim semper habebat in ore. Sic & Horat. lib. 1. Epi. 3. Venire in ora dixit. Quid Tytius Romana breui uenturus in ora. Eodem modo Terentius dixit in Andr. Vno ore omnes omnia bona dicere. Et in Phorm. Vno ore authores fuerunt. Quod & de amicitia imitatus est Cicero, De cuius utilitate omnes uno ore consentiunt. Virg. 3. Georg. uictorq; uirum uolitare per ora. Græce, ἐκ ἑνὸς στόματος, h. e. uno ore. Ennius apud Ciceronem neutraliter dixit, Nunc uolito docta per ora uirum, h. e. celebret ab omnibus doctis.

Si propter amorem) SECVNDA pars narrationis breuis est, in qua consiliũ suum recitat senex, nempe, animaduertandam esse iniuriam à Pamphilo filio, si amore impeditus, uxorem nolit ducere. Igitur se simulatis nuptijs uelle periculum facere de filij uoluntate, ut si imperium detrectauerit, habeat cur obiurget illum.

Nunc tuum est) TERTIA pars est, cum

ad finem subijcit adhortationem, ut Seruus Sosia se & fide & taciturnitate in hæc causa adiuuet, quia est repetitio exordij. Deinde iubet quoq; cum obseruare filium, perterrefacere Dauum, quem putat nuptias technis & fraude impediturum, ut apud Pamphilum gratiam ineat, Deinde ut expiscetur quoq; illorum consilia, ne fit aliquid, quod celare possint.

SCHOLIA, quæ explicant Textum. Act. I.

Scenæ I. uos istæc.

Scena Græce, significat latine tabernaculum. Actus partes Comœdiarum dicuntur. L. Valla lib. 4. Actio fabulæ est ipsa per gestus repræsentatio. Gestus est ipsa moderatio motus, uultus, & corporis. Actus h.e Incrementum dicitur ab augendo. Actor autem dicitur, qui agit Comœdiam uel orationem pronunciant. Illa prima Scena continet uitam Pamphili, consilium Simonis, officium q; serui ἄλλως. πρότασιν est, significat se simulare nuptias, ut filij animum exploret, Qui si neget ducturum, obiurgetur. Sin annuat á Glycerio abstrahatur. Scopus est simulari nuptias. Interea longa oratione ingenium, mores q; mediocris adolescentis describuntur. Est q; prima Scena deliberatio quædam. Vos) *i.* Serui paraseue ad exponendum argumentum & occasiones deliberationum. Istæc) *i.* edulia, quæ emi apud forum. Intro) *i.* in culinam seu ædes. Nemet hin, tragt ir das fleisch hineim. Abite) q.d. Facite uestrum officium. Cum quodam commotione animi legendum est, Sosiæ persona est prostatica. Adestum) Ades, imperatiuus est, Dum autem

autem est πλεονασμὸς uel Pleonasmus. Paucis te volo) i. alloqui. Ich bedarff dein. Eclipsis est, & locus attentionis. Dictum puta) i. esse quod uis. q.d. nihil est opus, ut me admoneas, ich weis bereit, intelligo quid uelis, non opus est, ut iubeas, ego sedulo faciam. Est significatio fidelis & officiosi serui, quam maxime decet. Nempe) i. uis dicere. Curentur) i. diligenter coquantur, das ich die speise sol gar machen. Hæc) .i. quæ empta sunt. δεικτικῶς pronunciandum est. Imo) Est corrigentis. Aliud) .i. uolo dicere, non hoc. Nein es ist viel ein ander ding. Quid est) Est admirantis. Quod tibi) Extenuatio sui officij. Hoc) .i. ut diligenter coquam. Efficere) ausrichten. Hoc) .i. quam coquendo. Istac) .i. culinaria, küchmeisterey. Ad hanc rem) .i. ad præsens negocium. His .i. artibus opus est. Paro) das ich für habe. Sitas) .i. positas. Fide & taciturnitate) Prudentia senis hinc perspicitur, qui rem non nullius momenti ei demum credere uoluerit, cuius semper & fidem & taciturnitatem spectatam, explorata q; habuerit. Nam qui futili ac non tacituro rem arcanam communicat, is stultitiæ suæ sæpenumero pœnas merito dare cogitur. Proinde uidendum, quid cui credendum est. Recte admonuit ille, Consilium arcanum tacito, committe sodali tacito. Inquit. h. e. ei, qui arcanum sibi commissum cælet, neq; cuiquam effutiat, non futili, & qui parum fideliter creditum sibi mysterium contineat. Propterea Erasmus, ut uas (inquit) experiamur, aquam non uinum

fides & taciturnitas,

infundimus

infundimus, Ita friuolum quiddam aliquando committendum amicis, quo silentij fidem experiamur, ut si effutiant, nihil sit periculi. Idem diligentes, inquit, agricolæ terram prius notis quibusdam deprehendunt, & explorant, quam illi credant sementem, Ita explorandus amicus est, antequam committas arcanum. His fide & taciturnitate) *Pronomen demonstratiuum respondet duobus singularibus, quæ ponuntur appositiue in declaratione. Sunt autem fides & taciturnitas egregiæ uirtutes dignæ omni liberali ingenio. Ouid. Eximia est uirtus prestare silentia rebus. Horat. Hæc retinent patulæ commissa fidelibus aures. Vide Aulularium Plauti de officio serui, & infra in Adelph. Taciturnitas refertur ad cælanda secreta. Iuuenal. Nam lingua mala pars peßima serui.* Fides] *Trew stehet in allen dingen, so jm der Herr befehlen thut, ausricht als wers sein eigen gut, auffs trewst vnd schnellest er jmmer mag, ob er gleich viel zu thun habe.* Fide) *.i. fidelitate. Est enim fides commendatorum fidei executio. Taciturnitas est uirtutis genus in celando secreta, vorschwigenheit, die do leret verschweigen alles, was im hause für rede gefallen.* Sitas) *Hæ enim uirtutes plærunq; in seruis desiderantur. Huc pertinet iocus von Claus narren, Lepsch laß nicht schnappen.* Expecto) *.i. desidero.* Velis) *.i. scire.*

EGO) *Exordium captat beneuolentiam à beneficijs heri, ut decuit aduersus libertum. ἄλλως Affectus leniores seu benigniores. Alludit autem ad hoc, quod solebat emi ius Ciuitatis ijs seruis, qui manu mißi erant.*

erant. ἄλλως. Exordium sumptum est à commemoratione beneficiorum, & à beneuolentia, à docilitate, & à loco attentionis, quod sumptum est à persona. Semper) significat continuationem. Iusta fuit tibi & clemens apud me seruitus) du hast einen guten vnd gelinden dienst bey mir gehabt, h. e. Vsus es me facili hero, du hast einen guten herrn an mir gehabt, Seruire liberaliter, vleißig dienen. Seruus ein leib eigener. Libertus) h. e. manu missus, libertate donatus, ein frey gelassener. Vide lib. 1. Institu. De seruis. Iusta) .i. æqualis moderata, quod nihil inique tibi mandatum sit, guten redlichen dienst. Clemens) gelinder, in qua etiam de iusto multũ remittitur. A paruulo) A circumstantia temporis. Feci ê seruo) Decet dominos gratiam referre aliquam, beneficijq; nonnihil reddere seruis suo probe officio fungentibus, h. e. seruis bonæ fruge, atq; liberaliter seruientibus, cuiusmodi Sosiam hunc fuisse, atq; ob id demum à se manu missum testatur Simo. Quis autem usq; adeo ab omni humanitate remotus fuerit, quin æquum censeat, quorum non intilis hero fuerit opera, quiq; cumulate & fide & beneuolentia satis fecerunt, eos aliquem tandem é seruitio, ministerioq; fideli fructum atq; opere precium referre? Esses) .i. ut fieres liber, das du magst frey vnd ledig sein, ualla lib. 4. C. 63. Libertus) q.d. Ego manu missi te. Mihi) Emphasis est, q.d. mihi non filio. Seruo) Addit ut uim beneficij exprimat. Liberaliter) redlich vleißig. Persolui) .i. Pro seruitute. Habui) .i. quod largiri potui. Summum) .i. libertatem

Commen-

Commendatio libertatis, & concluſio commemorationis beneficiorum.

In memoria habeo) *q.d. non ſum ingratus, ich gedenck noch wol drã. Eſt ſignũ gratitudinis.* Habeo Gratitudo *i. omnia tua beneficia in me collocata.* Haud muto factum) *i. non pœnitet me facti. Faceta & plena grauitatis interpellatio, quæ præbet occaſionem gnomæ.* Gaudeo) *i. eſt mihi gratiſſimum.* Si tibi) *Epilogus exordij mutata perſona. Fælicitatis non exigua pars eſt, ut ea, quæ facta & facienda ſint, grata ſint.* Quid) *i. aliquid.* Aduerſus) *i. erga, apud Cice. li: 11. Ep. 28. & lib. 9. Ep. 22.* Habeo gratiam) *das dir mein dieſt gefellig iſt, frew ich mich zu aller friſt. Grati erga bene meritos eſſe debemus, neq; obliuiſci unquã acceptorum beneficiorũ. Vt enim ingratitudo uicia in ſe omnia complectitur, ob quod rectiſſime, ueriſſimeq; ille,* Dixeris maledicta cuncta, *cũ ingratum hominem dixeris. Ita gratitudo uirtus eſt, ſicuti pro Cn. Plancio ait Cicero, non ſolũ maxima, ſed etiam mater uirtutum omniũ reliquarum, id quod ſpeciatim illis, per primam locupletandæ ſententiæ rationũ copioſiſſime declarat, atq; adeo autem cur nõ totũ illũ de gratitudine locum hic ſubijciam, tam præclarũ uidelicet tamq; utilem, ſemperq; memoria tenendũ? Sic igitur ille ad uerbum. Etenim iudices cum omnibus uirtutibus me affectũ eſſe cupiam, tamen nihil eſt, quod malim, quam me gratũ eſſe et uideri. Hæc enim eſt una uirtus, non ſolum maxima, ſed etiam mater uirtutum omnium reliquarũ. Quid eſt pietas, niſi uoluntas grata in parentes? Qui ſunt boni*

ciues?

ciues? qui belli, qui domi de patria bene merentes? niſi qui patriæ beneficia meminerant? Qui ſancti, qui religiorum colentis? niſi qui meritam Dijs immortalibus gratiam iuſtis honoribus, & memori mente perſoluunt. Quæ poteſt eſſe iucunditas uitæ ſublatis amicitijs? Quæ porro amicitia poteſt eſſe inter ingratos? Quis eſt noſtrum liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magiſtri ſui atq; doctores, cui non locus ille mutus, ubi ipſe altus aut doctus eſt, cum grata recordatione in mente uerſetur? Cuius opes tantæ eſſe poſſunt, aut unquam fuerunt, quæ ſine multorum amicorum officijs ſtare poßint? quæ certè, ſublata memoria & gratia, nulla extare poſſunt. Equidem nil tam proprium hominis exiſtimo, quam non modo beneficio, ſed etiam beneuolentiæ ſignificatione alligari, nihil porro tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quam committere, ut beneficio, non dicam indignus, ſed uictus eſſe uideare. Hæc ille. Moleſtum eſt) γνώμη eſt. das macht mir aber ſchweren mut, das du mir ſolches auffrücken thuſt, gleich wie ich des vergeſſen bet, vnd dir dafür kein danck nicht thet. Hoc) .i. te mihi ita exprobare beneficia. Moleſtum) .i. me malè habet, uehementer dolet. Commemoratio) .i. tui beneficij preſti- Cõmemoti. erwenung. Exprobratio) .i. obiectio, auffrück- ratio dati ung, auffhebt q.d. Quaſi non eſſem memor, quaſi non beneficij referrem gratiam. Fugienda eſt immodica beneficij da- quaſi extiti commemoratio, quod hæc quaſi exprobratio quæ- probratio dam uideatur immemoris beneficij. Meminiſſe enim eſt.

beneficiorum

beneficiorum debet, in quem collata sunt, non commemorare, qui contulit, Iuxta illud, χάριν λαβὼν μέμνησο καὶ δοὺς ἐπιλάθου, Beneficij accepti memor esto, dati immemor. Quanquam ferenda interim est modesta meritorum significatio potius, quam commemoratio, ubi quid ab eo, quem beneficio nobis obstrinximus, petere, impetrareq; cupimus, Commendat itaq; hic ciuilitatem, urbanitatemq; Terentius, quæ in quo desiderata fuerit, eum quiduis potius, quam hominem appelles. Cato. Officium alterius multis narrare memento.

Atq; alijs cum tu benefeceris, ipse sileto, talis locus quoq; est apud Demosthenem in oratione περὶ στεφάνου ἐγὼ νομίζω δεῖν μὲν εὖ παθόντα, δεῖν μεμνῆσθαι τοῦ πάντα χρόνου. δεῖν δὲ ποιήσαντα, εὐθὺς ἐπιλελῆσθαι. τὸ δὲ τὰς ἰδίας ἐνεργεσίας ὑπομιμνήσκειν καὶ λέγειν, μικροῦ δεῖν ὁμοίον ἐστὶ τῷ ὀνειδίζειν. Seneca ait, oportet memmisse beneficij accepti, sed obliuisci dati beneficij. Exprobrare, einem etwas fürwerffen, ut exprobrat mihi ingratitudinem, er etwirfft mir mein vndanckbarkeit für, Inde est nomen uerbale, Exprobratio. Verbo) .i. Sententia. Infinita subiuncta cum uerbo, Dico & quæro, construuntur cum indicatiuo uel subiunctiuo. Velis) .i. per me curari. Faciam) .i. breuiter tibi dicam, quid maxime uelim. Pollicitatio est. In hac re) .i. in hoc negocio. Edico) das etwil ich dir zuuor angezeiget haben. Has) .i. esse ueras nuptias. Has pro hæ

per

per antiptosin. Propositio consilij, simulo nuptias. Simulas) &warumb feind sie deñ erdicht. propositio quæ præbet occasionem periculis & deliberationis secuturis. Simulamus falsa. Dissimulamus uera.

Rem omnem) Ratio propositionis longior, ubi commemorat cursum omnem uitæ mediocris, adolescentis, Atq; ita simul occasiones & circumstantiæ consiliorum describuntur. Audies) .i. totam rem tibi exponam, cur id simulem, Et) .i. primo. Gnati) Pamphili. Et) .i. Secundo. Vitam) &wesen .i. de conditione uitæ, quomodo sit institutuus. Consilium furnemen &was mein anschlag ist .i. de conficiendis nuptijs filij, Quod maximè uelim esse consultum filio meo, qui iam in amore periclitatur. Distributio est ante narrationem. Et) .i. tertio & postremo. Velim) .i. quod tuum est officium, &was dein ampt darneben sey. Nam is) In hac narratione exponit, quomodo filium suum amare deprehenderit. Occasiones autem & illarum circumstantias eleganter & iucunde narrat, Primo enim mores adolescentis, studium & conuersationem exponit. Deinde ex quibus signis collegerit ipsum peregrinæ mulierculæ amore captum esse. Postremo consilium suum subijcit, cur has nuptias simulet. Vide Ciceronem lib. 2. de oratore ad Q. Fratrem pene in fine de hac narratione, quanta sit, & quo constat artificio. ἄλλως. Nunc sequitur narratio. Hactenus enim tres præcipuas partes habuimus, præparationem, Exordium, propositionem. Narratio uerò continet primo mores Pamphili 2. mor-

tem Chrysidis. 3. lamentationem filij. ἄλλως orditur ab officio personæ & prima occasio est de ingenio, qualis esset. Is) .i. Pamphilus. Hic ingressum facit ad ipsam causam. Nam) non est causalis coniunctio, sed inceptiua particula. Argumentatur autem primum ab ætate & disciplina. Excessit ex Ephebis) h.e. deposuit mores pueriles, cum adolescens factus est, da er ist zu einem gesellen worden. Talis locutio est & apud Hesiodum, Ἀλλ' ὅταν ἡβησδε καὶ ἡβης μέτρον ἵκοιτε. Cicero pro Archia, ut primum á pueris exceßit Archias. Ephebia est prima adolescentiæ ætas, Adolescentia uero est postrema pueritia: Hinc dicitur Ephebus puer, cuius lucida facies iam pubescens prima lanugine obducitur, dem der bart begint eraus zustechen, oder zu wachssen. Fuit) .i. filio. q.d. habuit potestatem uiuendi liberius, non fuit sub imperio uel parentis uel pædagogi, Er lebet in einem freiherrn orden. Hæc autem potestas liberius uiuendi prodit ingenium cuiusq;. Liberius) .i. quam antea Eclipsis est coniunctionis, Quam, cum aliquo adiuncto, quæ solet desiderari nonnunquam post comparatiua, quoties absolute proponuntur. Est enim integra oratio, liberius uiuendi potestas fuit, quam antea. Donatus monet subaudiendum esse, aliquando, Sed sic expectat animus plenius absolui comparationem.

Liberius uiuendi potestas est adultis.

Liberius) Si liberius uiuendi potestas est adultis, quiq; iam ex Ephebis excesserint, danda nimirum sedulo opera est parentibus, ut in rudibus adhuc annis & á teneris (ut aiunt) unguiculis recte, christianeq; instituant

instituant filios. Nam qua semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu, quemadmodum canit Horatius. Si institueris. inquit Salomon, adolescentem in uia sua, in eadem & senex perseuerabit.

Nam anteo). i. priusquam ex ephebis excesserit. Ingenium) art, &was in jm steckt. Aetas) .i. sua q.d. pueritia. Metus) .i. parentum. Magister). i. Pædagogus, &weil er sich für der ruten furchte. Horat. oderunt peccare mali formidine pœnæ. Prohibebant) .i. impediebant liberius uiuere. Est Syllepsis numerorum. Prohibebant) Verissima sententia, siquidem & uerecundia quædam ea in ætate. Deinde & formido pœnæ. Adhæc magistri metus obstat, quo minus sese statim exerat, proferatq; puerorum indoles. Hinc & nostris etiam nunc temporibus dicitur uulgo, in absentia magistri spectatur probitas discipuli. propterea adhibendi sunt pueris sui Pædagogi, & ut uere, grauiterq; cecinit B, Mantuanus.

Ingenium puerile.

Est opus ardentem frenis arcere iuuentam,
Nec sinere in mores luxuriare malos.

Philolaches adolescens apud Plautum in Mostellaria. Nam ego inquit, ad id frugi usq; & probus fui in fabrorum potestate dum fui, posteaquam immigraui in ingenium meum, perdidi operam fabrorum. Apud eundem in Bachide. Pistoclerus adulteriore iam ætate ad Pædagogum magistrum suum Lydum ab amore turpi dehortantem, Iam (inquit) excessit mihi ætas ex magistratu tuo. Ita est) Est affirmantis & interseritur responsio serui non propter necessitatem, sed ne

sermo senis sit quasi perpetuus. Consilium) ein meinung fürnemen, ut, Bono consilio fecit, er hats aus einer guten meinung gethan. Sic Terentius. Cognoscere meum Consilium. Quod) .i. Quæ. Talis locutio est in Prologo Eun: In his Poëta hic nomen profitetur. Item, Aperite aliquis ostium, Faciunt) .i. id quod egerit filius. Nunc de studijs sui filij narrat, quidq; egerit in adolescentia, & laudat filium suum, quod id fecit, quod decet ingeniosum adolescentem, propterea quod non fuerit ocio deditus, sed animum ad studia adiunxerit. Nihil enim agendo, homines malè agere discunt. Quod) .i. egregie studere uni alicui rei. In tria autem genera partitur studia adolescentuli. Plærique) Figurata est locutio iuxta Donatum, pronomen relatiuum. Quod) Singulare positum pro plurali, uel est oratio defectiua, in qua desideratur integrum antecedens. uidelicet, Hoc ille non fecit, quod plæriq; omnes faciunt adolescentuli, & pronomen (horum) subijcitur per Ecclipsin coniunctionis, tanquam ratio uel confirmatio, ut sit hic ordo, Hoc ille non fecit, quod plæriq; omnes faciunt, Horum enim nihil egregie præter cætera studebat.

Vt animum ad studium aliquod adiungant) Cicero applicare dixit, ut supra, Animum ad scribendum appulit sich auff etwas begeben. Cum hac descriptione morum & studiorum Pamphili confer illam Iugurthæ apud Salustium, Qui ubi primum adoleuit, pollens uiribus, decora facie, sed multo maxime ingenio ualidus, non se luxui, neq; inertiæ corrumpendum

pum dedit, sed (uti mos gentis illius est) equitare, iaculari, cursu cum æqualibus certare, & cum omnes gloria anteiret, omnibus tamen carus esse. Adhoc plæraq; tempora in uenando, leonem, atq; alias feras, primus, aut in primis ferire, plurimum facere, & minimum ipse de se loqui. Hinc mutuatus est Horatius in arte Poëtica præceptum de dedecoro adolescentiæ describendo.

Imberbis iuuenis tandem custode remoto,
Gaudet equis, canibusq; & aprici gramine campi,
Cereus in uitium flecti, monitoribus asper,
Vtilium tardus prosisor, prodigus æris.
Sublimis, cupidusq;, & amata relinquere pernix.

Animus ad studiũ quippiam honestum adiungendus.

Ex usu Reipub. Christianæ fuerit, ita adolescentes, simul atq; ex ephebis excesserint, consuescere, ut nucibus (quod aiunt) relictis. h.e. posthabitis nugis illis puerilibus, omissisq; & equis & canibus, cæterisq; id genus, quibus ea gaudet eas, ineptijs, Philosophiæ, grauioribusq; disciplinis iam uacent, animumq; ad honestiora semper studia adiungant, neq; aut domi totos dies ocioſi desideant, aut cum æqualibus tempus, rebus impertiendum melioribus, alea, lusibus, commessationibus, alijsq; præterea id genus studijs in honestis, cuiusmodi profectò minimè hominem decent christianum, sine fruge, inutiliterq; transigant. Nam ut sane apud Ethnicos olim liberior fuerit adolescentia, eiq; semper ætati aliquid sit datum, non idem tamen licuerit hominibus è religione christianis, quorum est id sedulo, proque uirili parte dare operam, ut adoles-

centia optima ætatis pars, qua nec accommodatior ulla, ad discendam pietatem, nec ad amplectenda literarum studia idonea magis, quam optime ac maximo omnino cum fructu transigatur. Alere) *Græcismus est, ponitur enim infinitiuus, Alere, pro gerundio, (Alendi) qui regitur á uoce, studium, ut sit ad studium alendi canes, alendi equos, eundi ad Philosophos. Alere canes, hunde auffziehen.* Philo.) *.i. sectandos, siue audiendos, hat luste zur schule vnd guten künsten.* Ille *.i. Pamphilus.* Horum) *.i. studiorum.* Egregie) *.i. ualde, nimis, singulariter.* Præter cætera) *der ding er nichts besondern thet. In tria genera partitur studium adolesceutiæ. q. d. Non erat nimius in alendis equis, aut canibus, sed seruabat ubiq; auream illam mediocritatem. das er eines hette lieber gehabt, den das ander.* Mediocriter *(doch kondte er alles fur sein teil fein, er hielte eine feine mas.* Omnia) *.i. faciebat. q. d. non singulariter delectabatur hac arte.* Gaudebam) *Affectus est paternus, gaudere de uirtute filiorum. q. d. Lætabar, meum filium ita esse idoneum.* Non iniuria) *Intempestiua est interpellatio, sed ut recompenset importunitatem, addit elegans Epiphonema.* Nam ἀπιολογία. Arbitror) *da halt ich selber viel von.* Vita) *.i. in omni genere uitæ instituendo.* Adprime) *Est aduerbium intendendi.* Vt ne quid nimis) *.i. ut serues auream mediocritatem, ne peccetur nimia uehementia, ut omnia moderate faciamus. Das wir keinem dinge zu viel thun, das einer aller dinge ein mas treffen kan.* Quia Plin: *testatur lib. 7. C. 32.*

quod

quod etiam bonarum rerum sit sua satietas. Hæc sen- Modus
tentia commendat mediocritatem, unde Horat. Est mo seruan-
dus in rebus, sunt certi denique fines, Quos ultra, citra- dus.
que nequit consistere rectum. Germani sapienter dicunt
Mas ist in allen dingen gut. Et Phocylides, πάντων
μέτρον ἄριστον. & Plautus, Modus omnibus in rebus
optimus est. Lege prouerb. Eras. Ne quid nimis. Huc
pertinet suauissimum Epigramma Alphæi Mitylenæi.

Οὐ σέργω βαθυλήϊους ἀρούρας.
Οὐδ' ὄλβον πολύχρυσον οἷα γύγης,
ἀντάρκεις ἔραμαι βιοῦ μακρῖνε,
τὸ μηδὲν γὰρ ἄγαν. ἄγαν μὰ τέρπει. h.e.

Non multos Lybicos agros Macrine,
Magnas diuitias nec opto Gygis.
Sed uita cupio frui beata,
Quod non est nimium, nimis iuuat me.

Nimis) Eclipsis est, Deest enim, agas. Hæc & similia ad ornatum pertinent.

Sic vita erat) .i. tales fuerunt mores. Enalla- Fugienda
ge, Also furt er das leben sein. Accommodat ad genus est morosi-
quod senex in specie.h. e. de solo Pamphilo dixit. ἁλ- tas & in-
λως. Iam exponit per consequentiam officia candidi ciuilitas.
adolescentis, & monet morositatem fugiendam esse, & inciuilitatem, neque præfractos esse nimium & difficiles, suique (ut ita dicam) capitis, sed alijs semper concedere, aliorumque mores sua tolerare modestia adolescentes decere. Neque enim est quicquam, quod perinde hominem commendet, ac morum facilitas, & posse

quadam ingenij dexteritate cum quibusuis congruere, atq; alienis semper moribus obsecundare. Facile omnes perferre ac pati) Er konde mit jederman twol vmbkommen. Er konde aller sitten dulden, h.e. quanquam erant diuersißima ingenia. Tamen ita ad eorum mores se applicauit, ut nemini esset molestus, uel, poterat se quorumlibet moribus, ingenijsq; accommodare. Descriptio est elegantißima honesti & benè educati ingenij. Hinc discant adolescentes alienis moribus se attemperare. Ouidius. Eximia est uirtus præstare silentia rebus, At contra grauis est culpa, tacenda loqui. Pati) Er kondte sich leichtlich mit jederman vertragen. Dedere).i. dabat. h.e. omnium moribus se attemperabat, man kondte es jm nicht verderben. Erat) .i. uiuebat, familiaritatem habebat. His) cum quibus conuersabatur. Eorum obsequi studijs) Disce à Pamphilo te alienis attemperare moribus & serijs pariter ac iocis esse accommodatus, ne communi sensu carere dicare, utq; iure omnium horarum homo appellari merearis. Breuiter, ut Polypus se quibusuis locis, ita tu te, quatenus sinit honestas, quorumlibet moribus, ingenijsq; accommodato. Huc referendum est elegantißimum Epigramma Lucilli.

Morum facilitas commendat hominem.

alienis moribus sese attemperare.

omnibus te ipsum præbe.

Μὴ σύγ' ἐπ' ἀλλοτρίης ὦ ὑθρωφ' ἱζοιοτραπέζαις
ψωμὸν ὀνείδιον χάστρι χαριζόμενος.
ἄλλοτε μὲν κλαίοντι, καὶ ἐστυγνω μένῳ ὄμμα
σιγκλαίων, καὐθις σιγγελόωντι γελῶν.

ὄυθε

οὔθε σύγε κλαυθμοῖο κεχρημένος, οὔτε γέλωτος,
καὶ κλαίω μιλίῃ, καὶ γελόω μιλίῃ.

Quod olim iuuenis in hunc ferme modum reddidi,
Non ideo debes alienæ accumbere mensæ,
Vt repleas lautis corpus inane cibis,
Sed fac conuiuis, placidis te moribus aptes,
Gestus & obseruet tempora cuncta tuus.
Ceu Polypus uafrum ponens ad littora corpus,
Est quibus, affixus saxa colore refert,
Aut uelut ambiguus mutato corpore Proteus
Fallaci formas, induit arte nouas
Iam solet esse ferox fulua ceruice Leæna,
Iamq; capistrata corpora Tigris habet.
Et nunc in spiram squamosus uoluitur anguis.
Nunc leo, nunc curuo dente timendus aper.
Conuenit alterius sic te, quoq; sumere uultus,
Et similem reliquis moribus esse tuis.
Si gaudent, lætum tibi tentent gaudia pectus,
Si rident, risus te quoq; rite decet.
Deniq; turbato si gaudia pectore pellunt,
Quicquid agas, mœsto pectore tristis agas.
Ibis ut ad Milium, nec mœsti massa doloris,
Nec te læticiæ concomitetur onus.
Sed te affinge suæ mutato pectore menti,
Et fac te similem sentiat esse sibi.
Si ridet, ride, si flebit, flere memento,
Siue iocis ludit, tu quoq; lude iocis.

Aduersus) .i. Contrarius. Est nomen hoc loco. q. d. nullum lædebat, hilt guten gelimpff. Nun-

quam præponens se illis) h. e. non putabat se superiorem esse alijs, non erat arrogans, nemini se opponebat, Er achtet sich nicht besser, denn ein ander, er war nicht stoltz. Hic locus communis arrogantiam, fastumq; siue animi elationem uitandam esse docet. Nihil enim detestabilius, nihil inuisum magis Dijs iuxta atq; hominibus, quam superbia ac cæcus sui amor, quæ Philautia dicitur. Paulus quoq; in Epistola ad Ephesios uult nos non elatos, tumidosq; esse, aut ferroces, sed modestos ac mansuetos, ne per fastum alius alium despiciat, neue grauentur sibi Christiani uicißim credere. Et Isocrates Dæmonicum suum monet, ut se comem præbeat ijs, quibus cum conuersatur, & non insolentem, quod superborum fastum uix serui quoq; perferant, Morum uero comitatem cuncti benigniter acceptent. γίγνου (inquit) πρὸς τοὺς ϖολιτὰς ὁμιλητικὸς, ἀλλὰ μὴ σεμνὸς. τῶν μὲν γὰρ τὸν ὑπερόπτικον ὄγκον μόλις ἂν οἱ δοῦλοι ἀφερέσειαν. τῶν δὲ, τὸν ὁμιλητικὸν τρόπον οἱ πάντες ἡδέως ὑποφέρουσιν. Ita) .i. faciens, sed uiuens cum omnibus suis sodalibus & ponitur hoc loco, pro, in summa. Inuenias) .i. poßis inuenire A causa ad effectum. ponit ita tres partes. 1. Quod Pamphilus fuerat bene educatus. 2. Quod profuerat hæc educatio. 3. Quod fuerat modestus & boni ingenij. Sine inuidia) ut alij nõ inuiderẽt ei. Salust. Pares) .i. omnibus carus. ¶ Vide conuiuiũ poeticũ Eraſ. de ſcanſione huius uersus. Item uide uallam lib. 1. C. 23.

Sapienter

Sapienter vitam instituit) .i. Filius tuus, Er hat jm recht gethan. 1. Instituere seu docere, vnterweisen. II. Incipere aliquid, etwas anfangen, ut in operibus aut picturis solent quædam informari, priusquam absoluantur, aut perpoliantur. Cicero in Epistolis. Ea, quæ habes instituta, perpolias. III. ordinare, disponere, anstellen. Sic Teren: Sapienter uitã instituit. Infra in Hec. A principio instituit. per Metaphoram. transfertur etiam ad causas siue negocia. In Pro. Eu. infra. Et apud Ciceronem lib. 5. Epist. famil. Hoc tempore). .i. His corruptis moribus, &wie es jtzũd zu gehet, ἐπιφώνημα. Obsequium amicos, veritas ödium parit) Obseruabis hic moneri, non quod fieri oporteat, sed quid uulgo fiat. Estq; intelligenda hæc sententia de amicitia uulgari, uon de uera. Constat enim uulgaris amicitia tantum in eo, ut possit aliquis obsecundare aliorum moribus. Hic locus Terentij est olim á me sic redditus Eligiaco carmine.

Pamphilus obsequio multos sibi iunxit amicos,
Temporibus nostris sic quoq; amicus eris,
Mox obsurdescunt homines, si uera loquaris,
Veriloqui non sunt nunc in honore uiri.
Ergo age cum sit nunc odiosum dicere uerum,
Obsequio parias comis amicitias. h.e.

Das ist die beste weis gewis/
Denn wer jtzt bey den Leuten ist/
Vnd jre freundschafft haben wil/
Der schweige nur der warheit stil/

Er

Er heuchel jmmer vnd sag nichts/
Obs jm gleich hinden vnd forn gebricht/
Aus nachgeben eitel freundschafft wirt.
Sie warheit nichts denn hass gebirt.

Inter ueros amicos nihil ueritate iucundius.

Vide Eras. in Chiliad. & Ciceronem in libello de Amicitia. & Catonis dictum.

Vincere cum poßis, interdum cede sodali,
Obsequio quoniam dulces retinentur amici.

Obsequium) sententia generalis deplorans perditißimos mores hominum. Similis est sententia in Adelphis, ut homo est, ita morem geras.

INTEREA) Est locus à circumstantia, Exponit enim qua occasione Pamphilus in amorem inciderit. ἄλλως. Incipit narrare malam uitam gnati, quam sibi collegit ex malo consortio, fit autem digressio, quod gradatim incæperit amare & degenerare in malam uitam. Nemo enim fit statim deterrimus. Quædam) .i. Chrysis. Tacet nomen, ut gratam expectationem faciat, Simulq; lectorem auidum nominis reddat. Triennium significat tempus elapsum per tres annos. Duo hic sunt Græcismi, Triennium dixit pro triennio, & huic uiciniæ, pro, in hanc uiciniam. Vicinus, ein nachbarer. Vicina, ein nachbarinne. Vicinia die nachbarschafft. Comigrauit) .i. Athenas. Malæ uitæ narratio. Coacta) .i. huc comigrandi. Inopia) .i. deserta fuit mulier. Negligentia) .i. incuria. Hæc pudorem prostituunt. Hic locus docet, ut parentes uel cognati habeant maximam rationem teneræ ætatis, ne inopia atq; egestate cogatur

Quid mali ex inopia cognatorũq; negligẽtia promanet.

tur aliquid mali facinoris perpetrare, furari, prostitu-
ere pudicitiam. Inde enim Chrysidi occasio extitit
delinquendi, quod & inops esset, & deserta à cognatis
facultas uerò, quod & iuuenis & formosa, quæ tamen
inter ista primum pudice uitam, nec id solum, sed &
parce & duriter agebat, lana ac tela uictum quæri-
tans, ut obstinatio tuendi pudoris perspici posit. E-
gregia). i. eminenti & præstanti. Integra) sie war
nicht zu jung. auch nicht zu alt. .i. erat in ipso flore
ætatis. Integra, iuxta Donatum, est ætas, quæ in flore
consistit, cui neq; addendum iam sit, neq; quicquam ad
huc sit imminutum.

HEI VEREOR) πάθος. Andria). i. Chry. Rectè Sosia ueretur. ne quid Chrysis apportet mali, puella uidelicet, tum eximia forma, tum ætate in-
tegra, & cum hæc in uiciniam commigrasset. erat mo-
dis omnibus obseruandus Pamphilus, ne, quod fieri so-
let, peregrinæ caperetur amore, qua in re non satis
prudens, prouidusq; fuisse uideretur Simo. Primum)
Commendatio à uita Chrysidis. Vereor) &wie habe
ich so wunderliche gedancken. Apportet) .i. filio tuo
Hæc) .i. mulier, quæ coacta est. Primum) .i. pri-
mo anno. Pudice) erbarlich. Vitam parce agere, sich
kercklich halten. Parce) mit harter arbeit nerete
sie sich. Duriter) .i. laborioſe. q.d. Perpessa est
grauissimos labores. Lana uictum quæritare. sich mit
spinnen vnd wircken neren. Lana). i. tractando fu-
sum. Agebat) .i. uiuebat. Vide Lucretiam Liuij, &
Antiphilam in Heau. Infra, Cui opera uita erat. Ouid.

3. Metam.

Consuetudo improborum optima quæq; ingenia corrũpit.

3. Metam: Ars illi sua census erat. Victum) Hæc ideo dicit, ne suspicetur Sosia fuisse meretricem, cum peregre aduenerit. Sed postquam) Proba erat Chrysis, uitamq; pudice, parce ac duriter agebat, nimirum lana ac tela uictum quæritans, sed quo illa probior erat, hoc maior adhibenda fuerat cura, ne adolescentum ad ipsam commeantium commertio corrumperetur. Notum enim est, quid bonis moribus officiant consortia improborum, quantumq; calamitatis pijs mentibus afferant, præsertim cum (sicut idem mox subdit) ingenium omnium hominum à labore procliue sit ad libidinem. Postquam) Iam sequitur occasio male uiuendi. Amans) pro amatores. Vnus) .i. plures, ein oder drey. Ita) Sententia, quæ describit sollicitudinem patris, so seind wir alle geneigt. das jeder von arbeit zur lust sich beugt. Procliue) .i. pronum inclinatum, geneigt. Libidinem) .i. intemperantiam. Homines enim nihil agendo male agere discunt.

Iuue: saty: 2.

Accepit conditionem) Nemo repente fit turpissimus, iuxta Satyrographi sententiam, sed sensim ac uelut per gradus quosdam. Ita Chrysis paulatim uelut gradibus incipit labascere, postquam amans acceßit ad iuuenem, precium pollicens, ad inopem, non tamen primo congressu uicta est, sed unus & idem alter, quod iam consequens erat, ut diceret, Simo proiecisse eam pudorem, quanta id cura mollijt, ut culpam eam cum omnibus communicaret, diceretq;, Ita ut ingenium est omnium hominum à labore procliue ad libidinem, quod tamen cunctantis est signum, Primum

accepit

cepit conditionem, tum iam demum quæstum occipit. Hæc fere in 2. de inuentione Dialectica Rodolphi. Cap. 16. ubi totũ huuc locum pulcerrime tractat. Accepit conditionem) .i. promißioni assensit, sie hat drein verwilliget. Conditionem) .i. modum inuendi cum libidine ac facilitate quæstuosum. Conditio, ein standt, ut habet honestam conditionem, er hat einen ehrlichen standt. Conditio etiam significat einen fürschlag. Inde accipere conditionem, einen fürschlag annemen. Et ferre conditionem, einen fürschlag thun. Deinde) .i. accepta conditione. Quæstum occipit) .i. inhoneste sibi parat uictum. Qui tum illam amabant) Salomon, fili, si te inuitauerint (inquit) peccatores, ne obsequaris. Idem monet non esse accedendum ad fores ædium scorti, Sumus Christiani hac in re uel ipsis Ethnicis negligentiores, minusq; circum specti. Illam) .i. mulierem. Perduxere) significat his uerbis Pamphilum inuitum isse. Hic autem locus monet fugiendum esse malorum commertium, denn es bringet offt einer den andern an. Vt una esset) .i. Conuiuaretur, uel una cibum caperet, das er mit jnen sechete. Sic infra quoq; in Eu: Vt de symbolis essemus. Item Liuius lib. 5. Decad. 3. Vt sacratis de mensibus essemus. Quod á uerbo, sum deducitur. Sic est apud Plautum, Mimore nusquam bene fui dispendio, Ich habe nie vmb geringe gelt so wol gelebt. Vt fit) .i. Vt solent adolescentes se pertrahere ad conuiuia.

fugiendũ est malum

Egomet) .i. Cogitare cœpi. Eclipsis est. Captus est) .i. tenetur, irretitur. Salust. Sin captus pra-

tus prauis cupiditatibus. Translatio *sumta est à feris.* Certe) *.i. sine dubio.* Habet) *.i. uulneratus est amore,* Er hats, Er *ist geschossen mit Cupidinis pfeil.* Metaphora *sumta est à gladiatoribus. q.d. er hat eine rhur entpfangen.* Illorum) *.i. adolescentulorum qui amabant Chrysidem. q.d.* Quãuis *captus erat, tamen obseruabam.* Rectè *quidem Simo.* At *interim debuisset filium abstrahere à commertio, familiaritateq; amantium, ac illud animo secum cogitare, qui tangat picem, eum inquinari, quemadmodum ille ait.* Agapetus *ad Iustinianum Cæsarem.* λίαν συμφέρειν ὑπολαμβάνω, τὸ φεύγειν τὰς τῶν κακῶν συνδιαιτήσεις. ὃν γάρ σύνοντα πάντοτε ἄνθρώποις πονηροῖς, ἢ παθεῖν, ἢ μαθεῖν, ἀνάγκη τὶ πονηρόν. ὁ δὲ τοῖς ἀγαθοῖς συνδιάγων, ἢ μίμησιν τῶν καλῶν ἐκδιδάσκεται, ἢ μείωσιν τῶν κακῶν ἐπαιδεύεται, *h.e.* Expedire *admodum arbitror, effugere prauorum contubernia.* Qui *enim cum hominibus improbis semper uersatur, eum uel pati, uel discere malum aliquid necesse est.* Qui *uerò unà cum bonis degit, uel imitari honesta docebit, uel diminuere uitia discit.* Venientes) *die zu vnd abe giengen.* Rogitabam) *.i. Summa cura.* Ich *fragte sie vleißig.* Puer) *.i. Serue.* Mimesis *est.* Sodes) Exhortantis *uox est, ut, amabo, rogo, lieber.* Et *Sex. Pomp. exponit, Sodes. pro, si audes, etsi si scias.* Habuit) *.i. qui fuit apud Chrysidem.* Andriæ) *.i. peregrinæ mulieri, quæ à patria uocabatur Andria.* No

men(

men) .i. Chrysidis. Teneo) .i. intelligo. Affirmantis est. Phædrum) Est recitatio responsionis adolescentulorum. Dicebant) .i. Seruuli interrogati. Niceratum) .i. habuisse Chrysidem. Amabant) .i. erant riuales, Es waren zwene hunde an einem beine. Eho) .i. interrogabam. Quid) .i. fecit. Quid) Respondet ille. Quid) .i. responderunt, rogas. Symbolum dedit) .i. Potionem & pecuniam suam in medium coniecit, er hat das seine zur zeche gegeben. Deinde dicitur, ein malschatz oder trauring. Cicero 2. de Ora. Qui collectam á conuiua Crasse exigis. Vbi significat, ein zech, die man in der gemein gibt. Item dicitur tessera militaris. Vide Gell. lib. 6. & Macrob. Cænauit) Cæno præteritum habet, cænaui & cænatus sum. Inde, Cœna, das nachtmal. Prandium, das mittag mahl. Ientaculum, die morgen suppe. Merenda, das abend brodt. Item) .i. similiter. Gaudeo) .i. denuo ista audire de filio. Quia alias cogitationes habebam. Querebam) .i. á seruulis sedulo, quis habuisset Chrysidem. Nihil quicquam) Pleonasmus est. Nam, quicquam, abundat. Nam non dicitur, nemo quisquam. Comperiebam) i. ex responso seruorum. Attinere) das sich Pamphilus wol gehalten hat.

Enimuero) Conclusio huius loci fit Epiphonemate, estq; ratio, quare optima sperauit de filio. ἐπίφωνημα. Epiphonema. Nam talis quisq; fit, cum qualibus agit familiaritatem. Putabam) id est, certe statuebam. Spectatum) .i. Pamphilum satis probum

esse. Refertur ad personam. I. Spectare sig: inspicere, ein ding ansehen, zu sehen. Inde spectaculum & spectator, ein zuseher. II. Spectare sig: probare, æstimare. Sic Teren. in Eun. Qui tuum animum ex animo meo spectaui. Sic Cicero. 1. offi. studium in officijs omnibus spectandum & ponderandum. Inde spectatus, a, um. h. e. probatum, bewert. Teren. spectatum exemplum continentiæ. Item infra in Adelph. Spectatus seruus. Item in Hecy. Perfeci, ut spectarentur. Spectatum) .i. probatum. q. d. putabam meum filium tantum esse, quem sibi pro exemplo modestiæ imitandum proponerent omnes alij adolescentes. Continentiæ) .i. probitatis. Es were der tugend ein groß zeichen. Magnum) Hyperbole laudis est. Exemplum ein exempel. Item ein abschrifft eines brieffs. Cicero, Earum literarum exemplum ad te mitto. ich schicke dir des brieffs ein abschrifft oder Copey. Exemplum autem significat, quod alij sibi imitandum proponunt, ein muster, oder ein Exemplar. Exemplum etiam dicitur grauis pœna, quæ alicui infligitur, ut alijs sit documento seu terrori, eine straffe, die man einem anlegt das sich jrer viel dran stossen. Sic est infra in Eu. Quæ futura esse exempla dicunt in eum indigna. Spectatum) .i. Pamphilum. Pœta repræsentat in Pamphilo perpetuam quandam imaginem mediocritatis, quam scilicet magnum specimem præbuerit suæ mediocritatis. Nam) Ratio ducta à causa efficienti seu finali. Ingenijs) .i. talibus adolescentibus, qui nihili faciebant omnem honestatem, pars pro toto ponitur. Conflictatur]

flictatur] .i.uiuit,conuersatur,consuetudinem habet. Sumsit autem similitudinẽ á corporibus. Conflictatio enim est duorum corporum inter se collusio. Hic per metaphoram ducitur ad rem animatam. q.d. qui uersatur in tanta peccandi occasione sensus est, Qui habet occasionem peccandi, & non peccat, de eo iudicare potes, Continentem esse. Eiusmodi) .i. Lasciuis, malis, monstris. Commouetur) .i. non redditur deterior. Manet tamen probus, etiamsi sit apud malos. Scias) Enallage, Secunda persona pro tertia. q. d. Quisq; scire posit. Habere) Das sich derselbige alle wege wol zu halten weis. Modum) .i. regimen, moderationem, rationem, qui seipsum iam posit regere. Vult indicare, quod impossibile sit aliquem conflictari cum malis & tamen non peiorem reddi. Recte & hoc Simo. Nam, ut ait idem, qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi, neq; commouetur animus in ea re tamen, scias posse habere iam ipsum suæ uitæ modum. Sed adde. Non recte interim agere ipsum, qui patiatur gnatũ amantium consuetudine uti, cum talis fere quisq; fiat, qualium utitur consuetudine, ob quod Salomo, Qui cum sapientibus, inquit, uersatur, sapiens erit. At stultorũ socius male habebit. Huc pertinet fabula Aesopica de Carbonario & fullione, monens uidelicet, ut cum inculpatis ambulemus, & sceleratorum hominum consortia seu pestem quandam deuitemus. Talis enim quisq; euadit, quibus cum conuersatur & malus fere fit, quis quis malis conuixerit, quemadmodum & Græcus testatur senarius, κακοις ὁμιλῶν κ' αὐτὸς

ἐκβάσιν κακὸν. Cum) .i. partim. Alia argumenta quod nihil mali posit de filio suspicari. Placebat) .i. filium ita integrum mansisse. Tum) id est, Secundo. Amplificatio à gratulatione populari. Id) .i. Quod inter malos fuisset, & tamen integer mansisset. Placebat) .i. eius uita mihi probabatur. Vno ore) .i. unanimiter, einhelliglich, eintrechtig. Dicere) pro dicebant. Bona) .i. mihi bene precabantur, gratulabantur. Laudare) pro, laudabant. Fortunas) .i. dicebant me uere beatum esse. Nam non maior est fortuna, quam probum filium habere. Tali) i. tam probo. Præditum) Laudantur parentes, quibus probi, rectiq; instituti sunt filij. Adde Deo nihil proinde gratum esse, nihil placere æque, ac rectam puerorum educationem, nec alia re Heli Sacerdos offendit Deum, quam ob uitia liberorum. Proinde studeant, dentq; modis omnibus operam Christiani, ut filios iam inde ab ipsis incunabulis ad pietatem instituant Christianam & ab omni malorum contagio arceant. Damnantur enim ob filiorum delicta parentes, si peccantes non correxerint. Ingenio) .i. qui iam instituisset uitæ suæ rationem. Antea dixit de sententia omnium. Hunc dicit de personali laude. Quid) Transitio. q. d. Summa summarum.

Recta puerorũ educatio.

Hæc fama) .i. bona de filio meo, uel, de probitate filij mei. Impulsus) .i. Commotus. Amplificatiuncula. Vltro) .i. non rogatus, nullo instigante. Chremes) Vide quæso, quid uitæ faciat integritas, Siquidem hac una impulsus Chremes ultro etiam

ad

ad Simonem uenit, eius filio, cuius de eximia probitate ex alijs audierat, unicam gnatam suam, idq; non sine dote summa uxorem daturus. Est autem prudentis, circumspectiq; patris filiæ suæ maritum, quam maxima cura Chremetis huius exemplo, unum aliquem è multis optimum, quiq; egregiæ spectatæq; sit integritatis, deligere. Neq; temere quemuis oblatum, repertumq; generum assciscere. Qua in re utinam paulo diligentiores essent parentes. Vxorem) .i. in uxorem. Dote) Decem enim talenta dabat. Filio) Continet affectum parentis. Vnicam) Amplificatiuncula ab affectu. Placuit) .i. illa Chremetis filia. Despondi) Ich habe jhm das jhawort gegeben, ich habe darem vorwilliget. Spondere refertur ad patrem sponsæ. Despondere ad sponsi parentem. Dies) .i. ne esset ambiguitas de nuptijs. Dictus] i. præfinitus, constitutus, bestimbt. Quid obstat) Secunda occasio, quomodo deprehenderit eum amare, & est periculi narratio. Obstat] i. quæ est causa. Cur non) i. quo minus. Veræ) .i. nuptiæ, quas simulas. Audies) .i. dicam breuibus. Est locus attentionis. Fere) .i. paucis post diebus, nicht lange hernach. Hæc) .i. quod Chremes suam filiam spondebat gnato meo. Acta) .i. Inter me & Chremetem. Vicina) .i. existens. Moritur) .i. iam adulta facta. O factum bene) Est uox & significatio subiti gaudij, Gott lob. Beasti) ich bin frölich, i. liberasti me ab omnibus molestijs. Auxesis est. Metui) .i. ne incideret in amorem Pamphilus, uel, ne quid accideret filio tuo propter Chrysidem, uel,

ne Pamphilus ex Chryſide aliquod incommodum ac-
ciperet. Metuo illum dico, qui mihi aliquid facturus
eſt. Timeo ab illo, cuius cauſa poſſum aliquid mali
pati, etiamſi ipſe nihil in me mali conſulat. Ibi].i.
mortua Chryſide. Cum illis) .i.tribus riualibus.
Frequens) .i. frequenter. ſigna ſeu confirmationes
amoris. Curabat) Adiutare funus, helffen zu grabe
ſchicken, Der leiche warten, das begrebnis beſtellen.
Efferre proprie mortuorum eſt, zu grabe tragen. Ex-
tra urbem enim ſepeliebantur. Funus ein leich. Se-
pulchrum, ein grab. Sepultura ein begrebniß. Sepeli-
re, begraben. Sandapila, ein todten ſarg. Sandapilari-
us, ein todten greber. Triſtis).i.in curando funere.
Nonnunquá)ſunt geſtus triſticiæ. Lacrimo & la-
crimor dicunt latini. Sic hic dixit, Collacrimabat,
.i.cum alijs. Eſt affectus humanitatis. Id).i. triſti-
tia. Placuit) .i. tanquam hoc ſignum eſſet ſingula-
ris cuiuſdam familiaritatis. Sic) Sic, eſt coniunctio ra-
tionalis. Geſtum cogitantis exponit & dicitur Mime-
ſis. Hic).i. filius meus. Argumentum á minori ad
maius. Paruæ).i.propter paruam conſuetudinem &
noticiam, ſcilicet, conuiuium tantum Huius) .i.
Chryſidis. Familiariter).i. grauiter & ualde, Er
nimpt ſichs hefftig an. q.d. Ita fert, perinde ac ſi eſſet
familiaris, gleich als were ſie vnſere freundin eine.
Humanitas eſt affici incommodis hominum aliorum,
eorum etiam, qui nos nulla propinquitate ſanguinis
contingunt, quibusue nulla nobiſcum eſt uel amicicia
conſtituta uel familiaritas. Infra in Heau. Homo ſum.

Nam

Nam ut amicorum infelicitate moueamur non tam humanitas, quam officiū est. Vide elegantißimum locum in epistola Macij ad Cice. lib. 11. Ep. 27. Quid). i. facturus. Amasset]. i. Chrysidem, Quemadmodum reliqui tres. Patri). i. olim mortuo. Hæc]. i. quod erat tristis. Addit honestam excusationem. Putabam]. i. quia perspexi & animaduerti in meo filio. Humani]. i. propter Chrysidem. Mansueti] Propter amicos. Officia]. i. indicia, anzeigung. q. d. Es mus ein sonder gut hertze sein, das sich so balde lest nemen ein. Quid] præcisio.

Egomet] Comprobatio à factis. Funus]. i. deducendum. Eius]. i. filij mei. Causa]. i. eiusdem mansuetudinis & humanitatis. Etiam]. i. adhuc Mali]. i. quod subesset in illa specie humanitatis. Prodeo] Ich folge der leiche. Nihil] Ista præcisione suspendit auditorem. Hem] Interiectio est contristati animi. Effertur imus] Est exemplum breuitatis. Simo enim illis duobus uerbis omnia, quæ dici possunt de morte Chrysidis, complectitur. Effertur] Græci dicunt. ἐκφέρεται, hinaus tragen. Efferri proprie dicuntur corpora mortuorum & ire, proprie ad exequias. Effertur]. i. Chrysis ad sepulcrum. Imus]. i. Sequimur cadauer. Interea]. i. inter eundum, Hypotiposis. Descriptio, quomodo pater resciuerit amare filium. Forte] Nunc sequitur de noua persona, scilicet, Glycerij. Aderant]. i. circa funus. Aspicio] & werde ich ansichtig. Vnam]. i. quandam. Adolescentulam] ein sehr hübsche metze. Forma]

Quasi cum admiratione quadam dicit hoc. Bona] Sosia non tantum ornat orationem, sed dat etiam occasionem plura loquendi. Vultum) Commendatio est Glycerij. Hoc autem ideo facit Poëta, ut postea appareat Pamphilum non furore quodam amasse Glycerium, sed quodam affectu humano & ut infra facilius nuptiæ concilientur. Vultu) schön von angesicht, sonder von geber so züchtig vnd schön. Modesto) i. morato, züchtig, freundlich. Venusto) .i. formoso. Modestus refertur ad probitatem, Venustus refertur ad mores. Vt nihil supra) .i. posset dici, aut magis predicari, das meidlein ist so schön von angesicht, das vberaus ist. Amplificatiuncula est in his uerbis & mirabiliter commendat, quod maxime est commendandum. Lamentari) .i. deflere, betrübt sein, jemerlich sich stellen. Visa) Sie dauchte mich &wee klagen, sie gehub sich vbeler. Præter) Plus quam cæteræ, qui erant una in funere. Liberali) ad uultum. Honesta) ad mores seu ad faciem. Liberali) .i. non meretricea, quæ indicat animum liberalem, schön vnd erbarlich gebehr. Pedissequas) .i. ancillas Glycerij. nachtretterin. Pedissequa eine magdt, die einer nachgehet. Quæ sit) .i. Glycerium. Ideo rogat, quia suum filium uidebat adesse. Aiunt) .i. uno ore. Perculsit ilico animum) do hab ich balde einen argwon gehabt, do draff mirs balde das hertz, do pochete mir mein hertz, do erschrack mir mein hertze sehr. A percello, quod á Græco deriuari uidetur, πέλλω .i. moueo. Alij á πλήττω, quod & percutio significat, &

stuporem

stuporem incutio. Matth. 7, ἐξεπλήσσοντο οἱ ὄχλοι. .i. obstupuerunt turbæ. Apud Ciceron. 2. Tusc. Quæst. est perculerit. si te forte dolor aliquis perculerit. In Eunucho item, perculeris tu iam me. In 3. Tusc. Quæst. est, si eorum plaga perculsi. Sic & dicimus, timore perculsus. In 5. Tusc. quæst. Quodcunq; nostros animos probabilitate aliqua percußit. Et in Epist. lib. 9. Ep. 25. Grauißime perculsus sum atrocitate tuarum literarum .i. perterrefecerunt me tuæ literæ. Ad Atticum lib. 4. Ep. 8. percußit animum. Ilico) .i. hoc audito. Perculsit animum) .i. perterrefactus sum, At at) Admirantis interiectio cum quadam perturbatione. Sequitur mimesis illius sollicitæ cogitationis patris. Hoc) Darumb ist Pamphilus gangen hin. Δείκτικα, quia rem quasi digito ostendunt. Illud) .i. nunc intelligo, quid rerum agatur. Hinc) .i. propter puellam Glycerium, das sind die threnen die er weinet. Hinc) .i. ex hac causa. Ia ligt da der hund begraben. Proverbialis locutio est, quæ dicitur de rei causa aliquandiu dißimulata, quæ uere tandem deprehendatur. Misericordia) hat ers darumb so gut mit der leich gemeinet. Alij pro perculsit legunt percußit, quomodo & Donatus ipse legisse uidetur. Sic Lucanus in 2. Pharsaliæ.

At non magnanimi perculsit pectora Bruti,
Terror & in tanta pauidi formidine motus.

Pars populi lugentis erat: Hæc monui, quo alijs quibus plus ocij est, diligentius inquirendi ansam prebeam. Euadas) .i. quis sit finis tuæ narrationis. Timeo) .i. quam sum sollicitus. Est metuentis. Seruus

dutem iterum reddit ſpectatores attentos, ut cogitent aliquid ſupereſſe.

Funus interim) pulcerrima periodus eſt, ἀσύνδετον. Commata autẽ huius narrationis, uide apud Cicer. in 2. lib. de oratore, qui laudat hanc narrationem, ubi dicit, quod quidam laudant breuitatem in narrando, ſed hoc non uult Cicero, ſed ut ſit longa & ſint longæ periodi, & tamen ſit perſpicua & iucunda. Huius eſt exemplũ illud in Andria, Itur, &c. Diſſinxit autem Poëta uarijs commatis, ut eſſet illuſtrior. Poſita). i. Chryſis. do wir nu kommen zu dem feur, wie es denn iſt ein gewonheit hier, das mã in einer hellen glut, der todten leibe vorbrennen thut, welchs den anſteckt der nechſte freund, &wo der todte nicht hat ein lebend kind. Fletur) Hic bene imperſonaliter, fletur ab omnibus. Extrema enim quæq; mortuorum omnes commouent ad lacrimas. Soror) .i. quam dixi eſſe ſororem Chryſidis. Exemplum amplificationis per auxeſin. Flamma). i. ad ipſum incendium, an die lohe. Imprudentius) das ſie mochte wol vorbrennet ſein. Periclo). i. uitæ. Exanimatus). i. conſternatus, quaſi uita deſtitutus. Scilicet propter Glycerium. Diſſimulatum). i. tectum: Indicat) vorriet ſich ſelbs. Hic uult ſignificare amorem non poſſe latere. Qui. Sed tamen apparet diſſimulatus amor. Cælatum) .i. quem diu diſſimulauerat. Accurrit) ſpringt herfur. Complectitur) vmb fenget ſie ſein. Mea) liebſtes hertzlein mein. Inquit). i. conſolatus eſt eam. Perditum) &wiltu dir ſelbs ſchaden thun. Tum). i. ipſa uiciſſim prode

bat

bat ſuum amorẽ. Cerneres) potentialiter, pro poſſes cernere. Conſuetum) .i. mutuum, die alte lieb vnd trew. Eum). i. Pamphilum. Reiecit) gar bald ſie ſich kert zu im zu, ſchwang ſich ſo fein in ſein arm. Pueri reiciunt ſe quam familiariſſime in matres, die kinder ſchmeichen ſich freuntlich an die mutter. Quam) .i. ualde familiariter, gleich hett ſie ſonder trew zu jm, vnd jr das auff das beſte gezhim.

Quid ais) Admirantis eſt. Hic facit aditum ad expoſitionem ſui conſilij. Redeo) Occupatiuncula de officio patris. Inde). i. è funere vom begrebnis. Iratus) .i. hoc animaduerſo. Aegre) q.d. male me habuit. Hæc) Exemplum paternæ lenitatis. Obiurgandum) filium. Cauſæ) .i. erat uel habui. q. d. Erat cauſa, ſed pro amaritudine obiurgationis non erat ſatis. Diceret) .i. enim. Subiectio eſt. q.d. potuiſſet dicere & ſe excuſare. Feci) Auxeſis á maiori ad minus. Redeo] Conſultatio in narrationem, quia figurata eſt ſubiectione. Senile enim hoc decorum eſt, ut diligenter rem expendat, ne quid temere aut præcipitanter feciſſe uideatur. Commerui] Periphraſis innocentiæ. Seſe] Confeßio. In ignem]. i. in ſummum periculum. Inijcere] .i. uoluit ſe ipſam perdere. Seruaui] Ich habe ſie errettet. Argumentum ab officio pietatis. Honeſta] erbarliche antwort. Putas] .i. colligis, Es iſt ein gute meinung. Argumentum á contrario. Tulit] .i. Bonum dedit uel ſeruauit Glycerium. Dederit] .i. hominibus omnibus, der einem ein ſchaden bat zu gewandt.

Venit

Venit Chremes) Amplificatio huius loci & argumentum est à contrario. h. e. à testibus. Postridie) .i. postero die, cum á funere redijssem domum, uel postridie. .i. quam ego deprehendi amare. Auget rem persona Chremetis & spargit in personas peccatum. Chremes) Confirmatio suspitionis. Clamitans) .i. indignans uel admodum perturbatus existens. Indignans) das schendlich ist zu sagen von einem jungen gesellen. Formula indignantis & distinguendum est, Vt per se intelligatur. Comperisse) Animaduerte prudentiam Chremetis, qui filiam dare noluerit aliam amanti Pamphilo, & in alio occupato amore, uidelicet, in seditionem, atq; incertas nuptias. Obseruent hoc in locandis filiabus parentes, ne cui eas, qui habeat alibi animum amori deditum despondeant. Pro vxore) .i. loco uxoris. Peregrinam) .i. Glycerium. Pamphilum) ἔμφασις est. q.d. prudentem & bene moratum. Sedulo) .i. simpliciter, trewlich vnd vleißig, one falsch. Negare) pro, negabam. Ille) .i. Chremes. Hanc) Hoc pronunciandum est cum magno contemtu, & emphasi. Ego illud) Affectus patris. Instat) .i. contendit, urget, utitur conuincere. Er treib hart drauff. Infra in Heaut: Nunc ego instо, Contrarium est, desistо. Infra. Nunquam desisti instare. Einem vmb etwas hart anligen, antreiben, anhalten. Factum). i. constanter affirmat & dicit certum esse. Archaismus est, uetuste, pro instat dicere factum esse. Denique) .i. post longam altercationem. Ita) .i. eo animo, illo fine.

Prudentia Chremetis

Hæc fuit comprobatio amoris. Filiam) .i. Philumenam. Gnatum) .i. reprehendis, obiurgasti. Enallage est. Neget) .i. cum eam ultro spopondisset. Ibi) .i. audita Chremetis affirmatione. Obiurgandum) .i. incusandum. Qui) .i. quomodo non fuit satis causæ. Cedo) .i. dic. Est aduerbium hortandi. Tute) proponit hic exemplum cordati senis, qui non temere uult aggredi filium expostulatione quadam, nisi sit iusta causa. Tute) Excusatio adolescentis per Mimesin. Pater) .i. diceret. Præscripsti) .i. statuisti, præfinisti, præcepisti amori meo, Tua concessione ego nunc possum defendere meum amorem. Inuersio à concessione patris. Rebus) .i. amoribus, seu uitæ liberiori. Adest) .i. imminet tempus nuptiarum. Cum) .i. quo tempore. Alieno) .i. arbitrio uxoris. nach eines andern sinne. Excusaret se sic Pamphilus. More) .i. uxoris, &wie andere leute wollen. q.d. Mihi ducenda est uxor. Sine) .i. permitte, ut meo more uiuam. Hoc dixit ad imitationem Plautinam. qui dixit, Non tuo hoc fiet modo, Ich wils nicht nach deinem sin machen. Interea) .i. hoc breui tempore, antequam ducam uxorem. Igitur) Quia illæ non sunt iustæ causæ. Modo) .i. ingenio, arbitrio, uoluntate. Reliquus) .i. reliquus. q. d. quæ est occasio, qua cupias obiurgare filium.

Sine nunc meo me viuere interea modo) utinam non essent & inter Christianos, qui perinde ut Simo suos educent liberos, qui à peruersorum eos abstrahere consuetudine negligant, qui denique sinant

nant præcipites in quæuis uicia impune prolabi & quæ suo cunq; animo libitum est facere. Rectè ait Salomon, stulticiam agnatam esse cordi adolescentis, uirgam uero castigatricem eximere eam, quo nimirum innuit Salomon puericiam per pædagogiam coercendam esse, neq; debere eam suo uiuere modo. Proinde ita idem monet, Ne cesses castigare adolescentem, si percussèris eum uirga, non morietur. Si uirga uerberaueris, ex inferis animam eius eripies. Idem, castiga, [inquit] filium tuum, dum spes est fore, ut corrigatur. Qui abstinet uirgam, odit filium suum. Qui uero amat eum, quærit ut erudiatur. Idem, uirga [inquit] & obiurgatio affert sapientiam. At puer qui non coercetur, pudefacit matrem suam. Idem, Si castigaueris filium, iucundus erit tibi, & affert animæ tuæ delicias. Cicero quoq; monet in primo off. Ineuntis ætatis iusticiam senum esse prudentia regendam, maximeq; hãc ætatem à libidinibus arcendam, exercendamq; esse in labore, patientiaq; & animi & corporis.

Pueri castigandi.

Si propter] Sequitur secunda pars uidelicet, de consilio senis. Amorem] .i. meretricem. Animaduertenda] .i. punienda, den vngehorsam mus ich an jm straffen. Nam animaduertere hic est, obiurgare, Sicut statim subijcit, uera obiurgandi causa. Eam] Expositio consilij de explorando filij animo simulatione nuptiarum. Iniuria] .i. inobedientia. Id] .i. propter id. Do operam] .i. hoc unum ago. Falsas] .i. Simulatas. Causa] .i. occasio. Contentio contrariorum. Deneget] .i. detrectet ducere uxorem. Simul]

Simul] .i.do opram. Altera pars Consilij. Consilij] .i. ad disturbandas nuptias. Vt consumat] h.e. frustra insumat, Das er jn vorgebens anlege. Sic Liuius lib. 10. Dec. 1. Malle frustra operam insumtam. Sic est infra in Heau. Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ. M. Cicero lib. 5. Epist: 14. Vsus est pro impendere. Sic enim inquit in exempla ad Ligarium, Me scito omnem operam, curam, studium in tua salute consumere. Sic & infra in Prologo Hecyr. Vsus est simplici uerbo, Si uoluissem operam sumere. Alij exponunt, ut consumat. h.e. Vt efficiat, quæ uelit & cupiat. Obsunt] &weil er noch nicht viel vnglücks thun kan. Quem] .i. Dauum. Consequens est, & amplificatiuncula à persona Daui. Obnixe] .i. summo studio. Manibus pedibusque] Homer. χερσίντε ϖοσίντε. Prouerbium latinum est. Manibus, q; pedibus q; mihi aduersatur, quod Germani simuli figura loquendi exprimunt. Sic enim dicunt, Er ist mir mit henden vnd füssen entgegen. obnixe, ab obnitor, &widerhalten, &widerstehen, vleißig. Id) .i. propter id, propterea. Incommodet) .i. Incommodum afferat impediendo propositum. Quapropter) Hoc quasi cum admiratione pronunciandum est, quomodo posit hoc accidere, ut te, tuumq; filium falleret.

Mala) Ratio à natura serui, seu est argumentum ex adiunctis. Suspiciones exaggerat in seruum. Est autem prouerbialis locutio. q. d. totus malus est, propterea nihil boni facere potest, Da haut vnd har

böß iſt. da wirt nimer kein guter beltz aus. Quem) .i. Dauum. Senſero) .i. aliquid machinari. Retinentia, ex iracundia profert uno atq; altero uerbo. q.d. indigne tractabo, probe ulciſcar, durius puniam. Senſero) Hoc durius eſt pronunciandum. Sed) præterticio. Verbis) .i. dicere de meo conſilio. Volo) .i. opto. In Pamphilo) .i. ut in nuptias conſentiat. Moræ) .i. ut non detrectet ducere uxorem. Reſtat) .i. reliquum eſt. Poſtrema pars conſilij, ſo muß ich ſehen, das ich mit dem Chremete vber eins komme. Exorandus) .i. ut iram remittat, & det ſuam filiam meo Gnato. Confore) h.e. perfici, ut exoretur. Confieri eſt apud Virg. pro confici. Nunc qua ratione quod mſtat confieri poßit, paucis, aduerte, docebo. Exorandus) orare, bitten. Exorare, erbitten. Conſequi quod oraueris. Nunc) adhortatio ad libertum, & eſt Epilogus totius narrationis. ἄλλως. Mandatum ſenis ad Soſiam. Tuum) .i. hoc á te poſtulo. Bene) .i. prudenter. Nuptias) .i. ne illi perſentiſcant meam ſententiam. Aſſimiles) .i. apud filium Perterrefacias) .i. minis quibuſdam, in eine furcht jageſt, ne quas fallacias aut inſidias mihi ſtruat. Conſilij) &was ſie beſchlieſſen werden. Quid conſilij captet) formula eſt latina, &was rhatſchlagen ſie. Infra, Remiſo, quid agant, aut quid conſilij captent. Captent) .i. quid inter ſe decreuerunt. Incommodo) .i. obſum, ich ſchade, Commodo, .i. proſum. obſequor ich bin nütze. Inde incommodum, ein ſchade. Commodum, ein nutz. Sat eſt) Concluſio colloquij & delatio officij.

officij. Illo) .i. Dauo.I) Anastrophe figura, pro eo, quod nos dicimus, præi.

ARGVMENTVM Io. Stigelij in Act: I. SCe: II. Non dubium.

Expositio argumento fabulæ orditur πρὸ τασιν Terentius, & inducit personas, per quas deinceps dispergitur fabula. Porro & hæc Scena duobus præcipuis locis constat. Nam & Simo, ut exploret animum Daui, conatur ei persuadere, se, quas simulat, reuera confecturum esse nuptias filio. Et Dauus callide dißimulat se intelligere sententiam senis. Interim angitur animo, quærit effugia, ut animo dispiciat, quo nam consilio impedire poßit nuptias. Recedit autem Sosia, ut προστατικὸν πρόσωπον, & inducitur primo Dauus cum Simone, eò quod utriusq; consilia præcipuum fere locum obtineant in hac Comœdia.

ALIVD Ambro:

Simo nihil dubitat, quin consilium de aßimulandis nuptijs fæliciter sit processurum, & futurum deniq;, ut filius hac ratione á Glycerio abstrahatur. Quæ certitudo tamen senis paulo post perturbationem non mediocrem afferet, cum præter omnem spem filius sese uxorem ducere pollicebatur. Porro id agere nunc studet senex, ut seruus, cuius dolos maxime metuit, nihil intelligat de consilio nuptiarum. Primum itaq; eum admonet, ut cum Pamphilo diligenter agat de alia uitæ ratione instituenda, & ut relicta Glyce-

rio animum ad uxorem adijciat. Postea uero intelligens se tantum irrideri á seruo, quem hoc diligenter facturum intelligit, ne filius obedientem se patri præbeat. Serio agit cum eo, ne quid temere tentet in nuptijs impediendis prædicens ei ad deterrendum certa genera supplicij, quibus crudelißime improbitatem serui punire uelit. Est itaq; in hac Scena imprimis obseruanda serui astutia ac malitia. Est enim in eo astutißimus, quod colligit lenitatem heri eò spectare, ut seruos securos de nuptijs filij opprimat, & priusquam aliquid excogitari possit, nuptias filio conficiat. Malitiosus autem est, quod heri autoritate & uerbis nihil motus eum aperte irrideat.

ALIVD EIVSDEM.

Narrationem de occasione huius fabulæ statim sequuntur descriptiones executionis consilij. Item consultationes, querelæ obiurgationes, & alia his similia, quæ ad explicationem instituti argumenti requiruntur. Quare aptißime in hac Scena primo loco mentio fit serui Dæui, qui ut consulat filio contra patrem, nihil intentatum relinquit, & uere quod prædictum est á Simone, omnes dolos consumit intentus in hanc unam rem, ut disturbet nuptias. Porro præter opinionem ex ipso hero admodum irato, tandem intelligit nuptias certo futuras esse. Præterea & hoc audit, sibi paratum iam esse exitium, si fallacijs suis quicquam excogitauerit in nuptijs filij, quo minus fiant.

ALIVD

ALIVD. Riuij.

Iam institutum consilium exequi parat Simo. Exprimitur autem hac in Scena admiranda Daui astutia, uersutiaq;, & senis prudentia, atq; sagacitas, qui postquam Dauum timere sensit, ubi nuptias futuras esse audiuit, subodoratus est tandem & probabili, ueriſimiliq; coniectura assecutus, uxorem nolle filium, non ignarus uidelicet omnia communi inter ipsos consilio agi, eademq; omnia eos & uelle & nolle.

ALIVD ἄλλο.

Absoluta longa narratione de occasionibus huius fabulæ, argumentum in personas spargitur, et primum omnium producitur Dauus, propterea quod maximam partem fabulæ absoluet suis consilijs, quibus se opponit seni. Pergit autem senex diligenter assequi suum consilium, cupiens ut quam primum filius diuellatur à Glycerio, & ob eam rem seruum Dauum atrocibus minis absterret, ne is conetur pro sua malicia nuptias impedire. Omnino eum studet in eam opinionem adducere, ut credat futuras esse nuptias. Porro in summa duos locos continet præcipuos hæc Scena, uidelicet, executionem consilij Senis de nuptijs assimulandis, & consultationem serui de turbandis nuptijs.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. Andr. Miseni. in Act: I. Scenam II.

Non sic abibit) .i. Non sic euadat. Formula est, quam Germani simili metaphora reddunt, Es wird so nicht hinaus gehen.

Duci falso gaudio) .i. decipi. Infra in Phor. Phaleratis dictis ducas me. Infra composito usus est. Nunc me subducere istis dictis postulas. Est autem Græcæ linguæ imitatio, in qua ὑπάγειν significat subducere. h. e. decipere, Germanus eodem modo recte uertit, vmbfüren. h. e. auffsetzen oder betriegen. Duci autem falso gaudio, idem est, quod infra uocat, In falsum gaudium conijcere, ut falso gaudio aliquis fruatur. Locus est in Hecy: Act: 5. Scen: 4. In Heau: eodem modo dixit, falsam gratiam inire.

Oscitantes) Oscito. h. e. hio. Ich halte das maul offen. Inde per metaphoram pro segni, securo, ocioso ponitur. Oscitans, einer der mit seiner sache nachleßig vmbgehet. Oscitare est proprie ex nimia segnicie aperire os, genen, Hic autem sumitur Metaphorice.

Siui animum vt expleret suum) .i. ut animo morem gereret, ut frueretur ingenio. Elegans latina formula est, Ich habe jm vergünnet, das er lebe, wie er wölle. Alioqui latè patet. I. Explere animum seu, ut infra est animo morem gerere, est, quod Germani dicunt, sein mütlein külen. Nam ita loquitur Charinus iratus, qui frustra se cum Pamphilo expostulaturum credit. Idem in Andr: Siui animum ut expleret suum. h. e. ut frueretur ingenio. Nam infra in Heau: dixit, ingenio frui, quod idem est. II. In Andr: ut expleam animum gaudio. h. e. ut exultarem eum totum. III. Infra etiam in Heau: aliter, Tot me unum expleant. h. e. Vt mihi uni inseruiant, me unum curent, das sie mein allein pflegen. IIII. Vt suam uoluptatem

luptatem expleat, *in* Heau: Saluſt. Et præceps ad explendam animi cupiditatem. V. *in* Hecyra aliter uſus eſt Poëta, Exple animum mulieribus, teq; hoc crimine expedi. h.e. ſatisfacias illis te purgando, ne pergant conceptam de te ſuſpicionem alere. Leues eas ſuſpicione, ſettige ſie, ſtelle ſie zu frieden. VI. Ne te ſcribendo expleam. h. e. ne tibi ſatisfaciam ſcribendo. Cicero lib. 2. Epiſt. 1. VII. Explere expectationem deſiderij. Cicero in Orat. h. e. facere, quod aliquis expectaret te facturum. VIII. Explere officium ſcribendi aſſiduitate literarum. Ciceronis filius ad Tiro: lib. 9. Epiſt. 25. h.e. amicis crebro ſcribere. IX. Expleri mentem nequit, ardeſcitq; tuendo. Vir. 2. Aen:

Vt redeat in viam) Prouerbialis formula eſt, h.e. ut inſtituat meliorem uitam, ut reſipiſcat, ut emendet uitam ſuam, ut mihi obſequatur deſerta conditione uitæ, in qua iam eſt, das er wider auff ein rechte bahn komme, das er ſich beſſere, das er auff höre zu narren, das er komme wider zu ſinnen. Eraſmus ait, In naſſam facilis illapſus eſt, ſed exitus difficilis. Sic decliue iter in uitia, reditus ad meliorem frugem non perinde facilis. Nunc hæc dies aliam vitam adfert, alios mores poſtulat) Hic uerſiculus á uerbo ad uerbum repetitus eſt á M. Cicerone lib. 12. Epiſt. 25. Nunc hæc dies aliam uitam adfert, alios mores poſtulat.

Dauus ſum, non Oedipus) Prouerbium eſt, quo indicat ſimplicitatem animi ſui, ut non intelligat tam perplexos, quos putat, ſenis ſermones. Fabula de Oedipo nota eſt.

SCHOLIA, quæ explicant Textum, Act. I. Scenæ. II.

Hactenus in summa proposuit fabulæ argumentum seu propositionis summam. Nunc absolutæ argumento fabulam orditur, spargiturq; res in personas, & institutum consilium exequitur. Ἄμως, supra in narratione argumentum totius fabulæ exposuit. Hic in personas spargitur. Deterret autem Senex Dauum ne quas fallacias ad turbandas nuptias struat, consilijq; sui rationes explicat. Non dubium). *i.* certum est. Argumentum á consequentibus petitum. Ad spectatores autem ista dicuntur. Ita) *i.* tantopere. Modo) *i.* antequam cum Sosia loqui cœpisset: Argumentum á signo, & sunt uerba, quibus utitur in timore. Modo) *i.* priusquam disputaui de ea re cum Sosia. Sensi) *i.* ich bin darhinder kommen. Timere) *i.* sollicitum esse. Audiuit) *i.* ex me antequam irem ad Sosiam. Ipse) *i.* Dauus, qui omnia perturbat. Mirabar) Es were mir ein gros wunder. Paraseue, cum fingitur secum consultare oportuno Dialogo. Ἄμως. Principalis propositio, seu consultatio de disturbandis nuptijs. Colligit autem consilium heri ex signis. Ἄμως. Vide serui astutiam, qua domini consilium deprehendit, & illud præterea uide, quid faciat conscientia malefactorum. Neq; uero hic Dauus de nimia patris in Pamphilum lenitate, indulgentiaq; loquitur (ut quidem sentire uidetur, qui quidem in margine hæc uerba adiecit, Magna lenitas parentum filios corrumpit) Sed illam hic intelliges lenitatem

tatem Simonis, quam postquam audierat non datum iri filio suo uxorem, nunquam cuiquam seruorum uerbum fecit, neq; id ægre ferre uisus est. Hæc autem nimia senis lenitas uehementis alioqui atq; iracundi ualde Dauo suspecta est, qui non temere herum propter naturam suam tam lenem esse, aut lenitatem certe tam diu simulare credit, propterea coniecturam suam subiecit, qua, quid sibi uelit illa senis insolentia ante, maximeq; eius aliena ingenio lenitas intelligere, atq; assequi uidetur, id uoluit, inquiens, nos sic nec opinantes duci falso gaudio sperantes iam amoto metu, Interea oscitantes opprimi, ne esset spacium cogitandi ad disturbandas nuptias.

Mirabar] secum ista loquitur Dauus. Hoc) .i. Pamphili factum aut peccatum, quod fuerit apud meretriccm. Lenitas) .i. sempiterna humanitas, clementia, bonitas. Abiret) Es würde nicht so schlecht abgehen. Euaderet) .i. ad quam partem erumperet. Qui) .i. Senex. Audierat) .i. ex Chremete. Fecit verbum) Er hat vns nichts dauon gesagt. Verbum) .i. omnino dissimulauit. Tulit) Er hat es auch nicht für vbel angenomen. At nunc) illa dicit senex. ne audiat Dauus. Faciet) .i. hæc Senex .i. irascetur. Neque) .i. faciet. Magno) .q.d. traderis in pistrinum. Submisse respondet. Id) .i. quod sequitur. Voluit) .i. hoc consilio fecit, das ist seine meinung gewesen. Opinantes) .i. filiam Chremetis datam iri Pamphilo. Opinantes) .i. nihil de hac re cogitantes. Duci) vmbgefüret werden, frustra læ-

tari. Falso) .i. confide. Opinantes) .i. securos, nihil male cogitantes. Sperantes) .i. metum nuptiarum esse ademtum, uel quod plane essemus persuasi. Metu) .i. nuptiarum. Amoto) .i. amota causa doloris aut metus. Interea) .i. dum sic speraremus. Oscitantes) .i. negligentes, ignauos, securos. Est signum somnolentiæ. A nomine os & à uerbo cieo. h. e. moueo, aperio. Cicero hoc uerbo est usus, in deponentali significatione. Opprimi) ex improuiso. Cogitandi) .i. effingendi fallacias. Nuptias) .i. futuras. Astute) Hoc est agendum cum gestu corporis, estq; irrisio. Carnifex) Senex fingit quasi nunquam uidisset seruum, & est mutatio personæ secundæ pro tertia. Carnifex) Auxesis est pro scelerato. ἀλλως. Appellatio quæ seruo conuenit, & magna ira effert senex. Herus) Simulatio timoris & Dauus hæc submisse loquitur. Præuideram) .i. herum adesse. Est quasi ironia. Daue) Est reuocantis. Hem) Interiectio respicientis. Quid est) .i. quod ego uocor. Ehodum) Est aduerbium uocandi. Dum, παρέλκον est, uel Pleonasmus. Ad me) .i. Veni. Vult) .i. quod subinde me uocat. Qua de re) .i. dicerem. Est formula negandi & plusquam nihil, scilicet, ego dicerem. Rogas) .i. quid dicere deberes. Deterret Dauum à disturbandis nuptijs, quasi serio rem agat.

Meum gnatum rumor est amare) Astute apud Dauum dißimulat, id quod ante iam multis indicijs deprehendit, atq; probauit, nempe, amare Pamphilum, & ut annotauit Donatus, grauiter, constanterq;

terq; nondum se fatetur credere, neq; uerum, certumq; scire, ne uidelicet amittat uim uindicaturi, ubi resciert. Hæc ille. Salomo, Omnia (inquit) facit callidus cum iudicio, fatuus stultitiam prodit. Meum) Propositio sed callida & obliqua. Quærit enim ex illo, quæ iam certe tenebat, nempe, amare Pamphilum. Curat) .i. tuum filium esse amatorem, ja das volck hat sonst nichtes zu thun, denn das es das maul weschet mit deinem sohne. Scilicet) Est aduerbium concedendi per ironiam. ja warlich. Estq; prouerbialis locutio, sicut apud Virg: scilicet is superis labor est. Agis) .i. audis aduertis animum, intelligis ne. Vero) per contemtum dicit. Istuc] .i. audio. Sed] Rationes cur de gnati amore quærat. Prima autem sumitur ab officio parentis. ἄμωσ. Nunc monet Simo de consilio suo ea, quæ fecit filius in pueritia. Iniqui] vnbillich, .i. admodum morosi. q.d. Si nunc uelim inquirere actus liberos adolescentis. Inquirere significat diligenter scisitari & percunctari, fleißig forschen. Ea] .i. quæ peccauit filius. Ante hac] .i. ante hæc facta. Aduerbium est hoc loco. Nihil ad me attinet] ich bekümmere mich gar nichts darumme, da wil ich nichts von sagen. Attinet] Imo uero maxime ad te id attinet Simo, quod ante hac fecit gnatus. Vtinam autem hoc ipso in errore non etiam uersaretur multo maxima pars Christianorum. Nihil] Exemplum lenitatis patris. Dum] plena prudentiæ uox. Vide epistolam Macij ad Ciceronem. lib. XI. De excusabilibus adolescentiæ peccatis, & infra ualde multos

locos in Adelph. Scena 2. & Cicero. pro Cælio. Tempus). i. iuuenile. Rem). i. amorem. q.d. dum fuit adolescens. Dum tempus ad eam rem tulit) Hæc illa est tantopere ab optimis quibusq; damnata & conuicijs proscissa parentum indulgentia, Hæc mollis educatio, quæ corrumpit optimæ quoq; ac generosissimæ indolis pueros. Ergo etiam precium ob stultitiam fert Simo. Sic plærisq; omnibus usu uenit, qui nimia indulgentia liberorum ingenia alioqui non omnino pessima corrumpunt, ut postea eos habeant minus morigeros minusq; tractabiles, ut haud temere unquam postea ad bonam eos frugem reuocare, reducereq; possunt. Suapte natura iuuentus satis procliuis est ad pessima quæq;, ut nihil opus sit, seuerioris in filios disciplinæ habenas laxare, eorumq; delicta conniuentibus oculis transmittere ac dissimulare. Tulit) die weil es die zeit gegeben hat.

Dies) .i. dicta nuptijs. Vitam). i. Rationem uiuendi. Vide Erasmum. Alia uita, alia diæta. Affert) .i. postulat. Mores). i. actiones uiuendi. q.d. ut honesto modo uiuat. Dies) Er hat die narren schue zutretten. Ostendit Terentius alium esse modum uiuendi tempore senectutis, alium tempore iuuentutis. Alia enim alio tempore licent. Postulo). i. à te tanquam herus. Propositio. Oro) Ironice. Aequum). i. Si conuenit, Si non dedecus est. Te oro Daue) At cur ante hoc unum non curaret Simo, ne de uia Pamphilus exorbitaretur? quod uerendum omnino erat, cum uersaretur inter improbos, quorum

consuetudo

consuetudo assidua non potest non corrumpere optima quæq; ingenia, usq; adeo ut ipse etiam ante miratus sit Simo, filium suum non corrumpi, neq; ad nequiciam adduci prauorum sodalium commertio, Tametsi ipsum sua in hoc fefellit opinio, ut frustra miratum sese summo suo cum dolore tandem sit sensurus.

Quid sit) .i. quæris uel admiror. Redeat in viam) .i. amare desinat, & est prouerbium á uiatoribus. Quid sit) .i. non intelligo. Donatus uult subintelligi, quæris. Omnes) .i. Si quæris, dicam γνωμη. Alia ratio, cur de amore quærat, A consequentibus. Nam si amaret, tum uxorem non duceret, Ein buler nimpt nicht gern ein weib, &wenn er gewont der nescherey, so wil er vnuerbunden sein, &wil haben alzeit die jm gefelt, zu einer uewen alzeit er sich helt. Amant) Ratio, quare uelit, ut filius redeat in uiam, estq; periphrasis amatorum. Ferunt) .i. accipiunt, sindt vnwillig daruber. Grauiter) .i. non bono animo, nemen es nicht für gut an. Vxorem) &wenn man jnen freien wil. Aiunt) .i. omnes. Confessio trepida est & quasi inuiti. Tum) locus de institutione & pertinet ad educationem uel disciplinam. Amplificatio est narrationis, in qua oblique Dauum perstringit. Si quis) .i. ex amatoribus. Cæpit) .i. nactus est. Hat vberkommen. Magistrum) .i. monitorem. Ad eam rem) .i. amatoriam. q. d. in deliberatione ducendæ uxoris, uel, ut matrimonium contrahant. Improbum) .i. malum, negligentem. Animum) .i. amantis. q. d. Vt eligat magis inhonestos amores, quam nuptias.

nuptias. Aegrotum).i. Contammatum uicio & languentem, laborantem amore. Aegrotus dicitur de corpore, Aeger uero de animo. Deteriorem).i. ut magis expetat uitam agere cum meretrice, quam cum honesta coniuge. uel, ut animus reddatur peior, Applicat).i. magis perdit, seducit. Kriegt er denn nu ein meister gut, der jn daselbst zu hertzen thut, so gehet er schlecht nach seiner lust, vnd ist denn alle straffe vmb sonst. Locus est communis, Consuetudine malorum facile corrumpiuntur, Infra. Adolescentes imperitos rerum. Item in Eu. stultum adolescentem &c. & in Heau: Cogitare in longitudinem &c. Ouid. de puellis, ut corpus teneris mens est infirma puellis, &c. Hem) Iracscentis est. Intelligo .i. quid uelis tua illa sententia. Non. i. intelligo. q. d. sum ne adeo barbarus. Non) Repetitio negationis.

Dauus) .q. d. sum admodum simplex homo & non possum esse interpres tuorum uerborum obscurorum. Est prouerbium sumtum ex ingenio Oedipi, qui fuit uates & artifex in soluendis Aenigmatibus. Dauus) Ratio, quare non intelligat. h. e. qui plane parum, aut nihil intelligit. Nempe) Stomachum uerba. Aperte) trucken vnd dürre, sine circuitione. Restant).i. Quid in animo habeam. Sane).i. cupio te aperte loqui. Si sensero) Est interminatio Senis per occupationem. Hodie) Hoc loco non significat certum tempus, sed aliquot dies. Sensero) .i. intellexero, dum in animo habeo, ut filius ducat uxorem. Nuptijs).i. filij. Fallaciæ moliri) Atticismus est,

ein bossen reissen. Fallaciam struere, ein betrug ein tragen. In ea re) .i. in nuptijs impediendis. Callidus) .i aduersus dominum tuum, listig, geschaide, Verberibus) .i. uirgis. Soltu mit knütteln wol geschlagen, Als bald wol in die Rosmuel traben, Am haspel ziehen deim leben lang. Pistrinum erat locus, in quo terebatur frumentum, Rosmuel, do die menschen innen ziehen. Daue) Est compellantis. Ea lege) Est confirmatio intermmationis. Ea lege) .i. conditione, mit der bedingunge. Infra in Eun. Hac lege tibi meam abstringo fidem. Sic & usus Liuius lib. 3. Dec: 3. Amicitiam iungit his legibus. Er macht freundtschafft mit jm, mit der bedingunge. Omine) .i. bescheiden. Iuramento. Quia uult iurare per humana & sacra. Cicero lib. 1. de Diuinatione, Neq; solum Deorum uoces Pythagorei obseruauerunt, sed etiam hominum, qui uocant OMINA, qui maiores nostri, quia ualere censebant, idcirco omnibus rebus legendis, quod bonum, faustum, fœlix, fortunatumq; esset præfabantur, rebusq; diuinis, quæ publice fierent, ut fauerent linguis imperabatur, inq; feriys imperandis, ut litibus & iurgijs se abstinerent.

Inde) .i. ex pistrino aliorum præcibus motus. Omem) ad diuina. Lex) ad humana pertinet. Quid) Interrogantis cum quadam admiratione. Etiam) παρέλκον est. Abundat enim. Callide) .i. intellexi. Ironia. Rem) .i. uoluntatem, .i. quod pistrinum debeat esse pœna. Circuitione) .i. Periphrasi, vmbschweiff, Du hast gerade zu gesagt, Du hast kein

blat

blat fur das maul genommen. Nihil) pro, non. Circumitio, ein vmbschweiff. Vti circumitionibus in sermone est causam non simpliciter & perspicue proponere. Re) .i. nuptijs. Bona) Est deprecatio malli ominis, sed per Ironiam, Ey lieber erzürne dich nicht so sehr, du möchst sunst in eine kranckheit fallen. Bona verba quæso) h.e. Bene ominata loquere. Prouerbialis Ironia est, qua Senem exagitat, Ey do sey Gott fur, Ey nicht so zornig, Ey fahr nicht zu geschwinde, du zerstössest sonst den kopff. Vide Eras: dulcis cubitus. Falsis me) Græcismus est. q. d. non lates me, optime te noui. Dico) formula autoritatis in seruum. Temere) .i. ne inconsulte fallere me quæras. Prædictum) .i. te non admonitum. Prædictum) .i. ne quid conareris fallaciæ. Hoc loco tres negationes posuit, ut apud Græcos fortius negant, & pro una negatione stant, non significant affirmationem, neq;, haud, non. Caue) Cominantis & admonentis. Dico) addit de sua autoritate.

ARGVMENTVM Io. Stigel. in Actus I. Scenam. III. Enimucro Dauc.

Cum animaduerterit Dauus grauiter commotum esse Simonem, anxie secum deliberat de disturbandis nuptijs. Ideo conqueritur, senem nimis studiose obseruare filium, & hinc nimis incaute & stulte ad amores suos instruere. Tandem concludit optimum esse consilium, ut quam primum conueniat Pamphilum, eumq; admoneat, ne a patre ex insperato opprimatur.

ALIVD.

ALIVD. Ambro:

Nonnihil Dauus perturbatur audita heri sententia de supplicijs, quibus dolos serui uelit ulcisci, Atq; hæc perturbatio serui præbet occasionem nouæ consultationi de adiuuando Pamphilo, & de periculo nũc eminenti cuitando. Huic consultationi additur expositio amoris Pamphili, in quo Dauus reprehendit primum, quod stultiß. amor inceptus sit magna cum audacia. Deinde simili plane stultitia & amentia narrationem de amica esse confictam. Quæ narratio facillime eludi posßit, cum nulla specie ueritatis sit uestita. Postremo loco breuiter significat suum consilium quod Pamphilum diligentißime de omnibus uelit admonere.

ALIVD EIVSDEM.

Sententiæ senis de nuptijs subijcitur seruilis consultatio de malis impendentibus, & de adiuuando adoleſcente, ne imprudens à parente opprimatur. Colligit autem in deliberatione magnitudinem periculorum. Deinde uidit Pamphili & Glycerij grauide stultum inceptum, & confutat illud commentum de puella Glycerio, quod sit ciuis Attica. Hæc diligenter expendens & examinans seruus, satis intelligit rei magnitudinem, quæ si non astu prouideatur, allatura sit certum exitium.

ALIVD Riuij.

Hic deliberat Dauus, filium ne adiutet, an auſcultet

Consultatio serui.

sentiet seni. Docet autem hæc scena mature, cauteq; consultandum, & quod in rem nostram fore uidebitur, mox absq; cunctatione agendum esse, oportereq; uirum, qui rationibus suis recte consultum, prospectumq; cupiat, sedulo omnia considerare, examinareq;, & ancipites negotiorum exitijs, quoad fieri potest, prouidere, omnesq; denique metuentem expendere casus, sicuti canit in XII. Virg.

ALIVD ἄσημον.

Longa aliter nunc est affectus seruus, postea quam intellexit senis sententiam de nuptijs filij. Vidit enim rem seriam agi, & quidem cum magno suo periculo. Quare deliberat secum diligentißime quid faciendum sit in re tam periculosa. Colligit autem ex multis coniecturis, sibi imminere certum exitium, nisi astu aliquo se inde liberauerit & quidem commemorat se periclitari dupliciter. Partim quia ipse senex admodum iratus sit. Etiam quia stultißime suum amorem aperit Pamphilus. Hæc omnia, posteaquam diligenter secum reputauit, ut ipse existimat, recta uia tandem constituit, quod Pamphilum quam primum addire & admonere uelit de sententia patris, ne imprudens omnium rerum opprimatur. Porro tota hæc deliberatio serui pulchre representat hoc, quod dictum est in prima scena de Dauo, Mala mens, malus animus. Item, Quem ego credo manibus pedibusq; omnia obnixe facturum, &c.

ANNO-

ANNOTATIONES GRAMmaticæ. D. And. Miseni in Act. I. Scenam III.

Quæ si non astu prouidentur) Hic uersiculus repetitus est in Phorm. Act. I. Scen. IIII. Petrus Bembus scribit hos duos uersus in omnibus libris male inuersos. Sic ergo lego. Quæ si astu non &c. Nam non potest cælare.

Amentium, haud amantium) Elegans est hic admodum paranomasia & iucunda uocum collusio. Hara. Ara. Oculos, uoculas. Cicero lib. 2. Ep. 5. Item lib. 7. Epist. 24. Rata, grata, Erro, gerro. Aula, caula. Verba, uerbero, in Heau.

Eius vitæ timeo) Duplex est constructio uerbi, Timeo, Regit enim post se datiuum & accusatiuum. Cum dico sic, Timeo tibi, scilicet, amico, ne quid aduersi tibi accidat, Ich bin sorgfellig für dich. Cum accusatiuo sic, Timeo te, scilicet, tanquam amicum qui sis læsurus, Ich fürchte vnd besorge mich für dir. Teren. Si illum relinquo, eius uitæ timeo. h. e. ne de uita periclitetur. Sin opitulor, huius minas, scilicet, ne me uerberet. Infra in Heau. Syre tibi timui male, scilicet, ne tibi uerba infligantur.

Cui dare verba difficile est) formula latina est, Dare uerba, pro fallere, decipere, atq; fuco uerborum imponere, betriegen oder mit worten begalen. Ouid. uerba dat omnis amans, uide Eras. Dare uerba.

Præcipitem me in Pistrinum dabit) Quædam uerba uarios casus assciscunt tantum ex usu

bonorum autorum, ut uerbum, Do, accusatiuum & datiuum assciscit. Interdum accusatiuum tantum cum præpositionibus, ut, Ego me in pedes do, quantum queo. In illa enim oratione, utinam mihi esset aliquid, quo me præcipitem darem, est Enallage & Eclipsis. Nã ablatiuus, quo, ponitur pro, in quod. Item, uel hæc deambulatio quam non laborioſa me ad languorem dedit. Assciscit item uerbum & ablatiuũ cum præpositione, ut in Adelph. Huic aliquid præ manu dederis.

Vt conueniam Pamphilum) Conuenire cum accusatiuo, einen ankommen, ut colloquaris de re aliqua. Sic est hic, Conueniam Pamphilum. Sic est infra aliquoties conuenire & alloqui. Alioqui significat, mit einem vber einem dinge eins werden. Vt Non conuenit inter eos de nuptijs. Sic infra in Adelp. Hæc fratri mecum non conueniunt. Item in Hecyra. Bene inter eos conueniebat. Item, zuſamen kommen. Inde conuentus.

SCHOLIA quæ explicant Textum. Act. I. Scenæ III.

Hæc Scena ad genus deliberatiuum pertinet. Est enim consultatio Daui de disturbandis nuptijs. In ea autem pulcerrime exprimitur ingenium callidi & ueteratoris serui. Exordium sumtum est á periculo. Enimuero) Est uox properantis & coniuncti affirmatiua, seu interiectio perturbati animi. Daue) Quia Daui consilijs Pamphilus conijcietur in discrimen. Ideo) Hic proponitur consultatio Daui. Nihil

hil est loci) q. d. non debes esse segnis, neq; socors. Segnis, ein fauler langsamer tropff. Opponitur alacri. Socors, qui sine corde, ignauus, qui nihil animi, consilijq; habet, ein grober tölpel. Segnicies refertur ad agendum. Socordia ad deliberandum. Est autem in hac Scena nihil aliud, nisi deliberatio quædam, cui uelit assentiri, Pamphilo ne, an seni. Segnitiæ neque socordiæ) Recte sane duo hæc, segniciem, socordiamq; coniunxit, siquidem in rebus magni momenti, & priusquam incipias, consulto opus est, & ubi consulueris, mature facto, ut neq; cesses ac segniter agas, neq; consilium præcipites, & nec per temeritatem quicquam facias pœnitendum, nec per socordiam quicquam prætereas, quod ad rem facere uidebatur, Breuiter, ut neq; lentus nimium sis, neq; minus præceps, h. e. ut & perspicias, quid opus sit facto, & celeriter exequaris. σπεύδε βραδέως

Id enim sibi uult illud, quod crebro Augustus usurpasse fertur. σπεῦδε βραδέως, Vt ad rem agendam adhibeatur simul, & industriæ celeritas, & diligentiæ tarditas. Lege super hac re Eras. Prouerb. Festina lente. Fugere igitur in agendis rebus & segniciem & socordiam docet Terentius. Isocrates quoq; Demonicum suum monet, ut deliberet diu, celeriter uero conficiat, quod decreuerit. Βουλεύου μὲν βραδέως (inquit) ἐπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα. Agapetus ad Iustinianum Cæsarem. Βουλεύου μὲν τὰ πρακτέα βραδέως ἐκτέλει δὲ τὰ κριθέντα σπουδαίως, ἐπείλιαν ἐστι σφα-

λερόν τὸ ἐν τοῖς πράγμασιν ἀποδίσκεπτον· εἰ γὰρ τὰ ἐξ ἀβουλίας τῆς ἐννοῆσαι καλῶς τότε γνώσεται καλῶς τῆς εὐβουλίας τὰ χρήσιμα ὡς καὶ τῆς ὑγείας τὴν χάριν μετὰ τὴν πεῖραν τῆς νόσου. Plautus quoq; in Asinaria hæc duo coniunxit, Quin tu, inquiens, socordiam omnem absq; te reijce & segniciem amoue.

Quantum) Ratio, quod Senex sit commotus. Quantum) pro in quantum. Intellexi) zuvor ich vernomen habe. Nuptijs) .i. futuris. Quæ) .i. nuptiæ. Est Enallage numeri. Est descriptio impendentis periculi. Astu) .i. astutia, calliditate, astuto consilio. Prouidentur) .i. præcauentur, verhütet werden, wo man nicht wirdt zuuor kommen. Vides non esse locum socordiæ, quod nuptiæ & se & Pamphilum sunt pessundaturæ, nisi astu prouideantur. Pessundabunt) .i. oppriment, perdent, in omnis generis pericula conijcient. Pessundare autem significat in aliquod periculum inducere, vnder sich bringen, in groß gefahr bringen. Herum) .i. filium herilem. Nec) Propositio consultationis. Nec certum) .i. nondum constitui mecum, non est deliberatum .q. d. in dubio sum, quid primum debeam tentare. Est dubitantis. Agam) .i. propter imminentia mala. Pamphilum) partitio propositionis. Auscultem) .i. obtemperem. Auscultare est hoc facere, quod uult senex. Duplex propositio, unde constet periculum. Auscultem .i. an faciam, quod uult Senex. Illum) .i. Pamphilum.

Primâ

Prima propositio á periculis, & est dilemma. Relinquo) .i. Si non adiutauero. Timeo).i.ne scipsum perdat, ne sit actum de uita eius. Quia est amator. Huius) .i.Senis. Minas) .i. timeo, des alten drawwort fürchte ich. Cui verba dare difficile est) Secunda ratio á difficultate, uel, á natura senum. Quia senes propter experientiam non facile possunt decipi. Einem diebe ist nicht gut stelen, sicut dicitur, γέρων ἀλώπηξ οὐχ ἁλίσκεται παγίς. .i. senex uulpecula non capitur laqueis. Cui) á senis perspicacitate. Primum) congeries uel enumeratio periculorum. Primum iam) ἀναφορά, pro, iam primum. Comperit). i. scit Pamphilum amare. Infensus) .i. iniquus, uchementer iratus, & odium gerens propter amorem filij. Seruat) .i. obseruat, Er hat achtung auff mich. Er lauret auff mich φυλάττω. Faciam fallaciam).i.ne disturbem nuptias, ne impediam senis institutum. Causa impulsiua. Senserit) .i.me aliquid fallacij conari,me struere fallacias, me aliquid machinari in re etiam minima. Perij) .i. actum erit de me. Libitum) .i.si placebit illi, cum est mihi iratus. Nam iratus homo facile potest inuenire occasionem,&wenn man zu einem wil,so bricht man im ein vrsache vom zaune. Vt canem cædas, facile inuenies baculum. Causam) .i. facile inueniet aliquam occasionem. Enallage.Er wird mir leichtlich eine vrsache vom zaune brechen. Quo iure) .i. Siue hoc iuste, Siue iniuste faciat, quocunq; tandem modo, mit recht oder mit vnrecht. Est prouerbialis locu-

tio, per fas & nefas. Dabit]. i. det. Enallage. q. d. si alioqui illi uisum erit, conijciet me in pistrinum. Pistrinum autem fuit locus, in quem contumaces serui mitti solebant, ut equorum loco molam uerterent.

Adhæc) .i. quod herus sit infensus. Amplificatio ab euentu, qui auget periculum, Amica est grauida. Mala i. ubi comperit de amore, das schlecht noch darzu. Mala) i. quod herus est mihi infensus. Hoc) i. periculum multo maius. Nullum enim malum solum. Accedit) uides, ut secum deliberet Dauus, quo se modo è malis, quibus sua ipsum imprudentia impediunt, expediat, atq; id est, quod paulo ante dixerat, nihil esse loci neq; segnitiæ neq; socordiæ, Quo uult docere Terentius, prudenter esse deliberandum. Tum quod ex re tandem nostra uisum fuerit, sine mora, cunctationeq; celeriter agendum. Hæc Andria) Explicatio periculi, & narratio stulti amoris Pamphili. Grauida) Igitur lex iubet, aut ducere aut dotem dare. Eorum) .i. Pamphili & Glycerij. Operæ precium) .i. Iucundum, fructuosum, necessarium, Propositio deseruiens, ad rem pertinens, Es lonet der arbeit, es ist von nöten. Audaciam) .i. Quam inconsultus fecerit. Ab imprudentia Pamphili. Amentium) Die jungen buler sind ohne witz, dieweil es ist die erste hitz, Thun sie alles das die frewlin wollen, die machen sie den zu narren voln. Recte igitur ille, Amare & sapere uix Deo conceditur. Quicquid) Hæc est amentia. Periisset) .i. Glycerium. Tollere) pro educare, nutrire, auffer ziehen. Decernere, beschliessen, Decretum, ein beschluss.

schlus. Fingere fallaciam, eine lügen erdencken. Alia amplificatio ab illorum stultitia & insania. Plautus in Asinar. Atq; argento comparando fingere fallaciã. Et fingunt) Occupatio. Quia aliquis obijcere potuisset. Si Glycerium non est ciuis, Pamphilus non cogitur eam ducere. Hanc) .i. Glycerium. Obiter sermocinationem loco narrationis interserit, cur puerum tollere uelint. Fuit) Mimesis est & narratio breuissima, qua uoluerunt confirmare hanc esse ciuem Atticam. Olim) Vult derogare fidem, & extenuat, quasi sit confictum & merum mendacium. Nauem frangere) h.e. Facere naufragium, einen schiffbruch erleiden. Andrum) Pleonasmus est. Ibi tum) id est, naui fracta, uel post obitum. Hanc) .i. Glycerium. Eiectam) .i. è naui, sie sey zu lande kommen. Recepit) Er hat das &weiſichen zu ſich genommen, &welchs das Meer zu lande geworffen hatte. Obseruanda est significatio uerbi eijcere hoc loco. Orbam) .i. quæ fuit sine parentibus. Paruam) .i. nondum educatam. Fabulæ) .i. sunt. Es ſind &weiber teydung. ἀποδιώξις. Reiectio, q. d. Sunt mendacia. Mihi) Confirmatio à sua persona. q. d. Es dünckt mich der &warheit nicht gleich sein. Ipsis) .i. Pamphilo & Glycerio. Commentum placet) .i. Ista nihil ad me attinent. Vide prouerb. Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt. Alluſit etiam ad prouerbium, αὐτῖς ἀρέσκει, Quo utimur, ubi rem parum nobis probari, aut causam nihil ad nos pertinere significamus, Porrò, qui impense cupiunt, Sicuti ait Eraſ. Suis uotis undecunq;

Seneca quod nimis miseri uolũt, hoc facile credunt.

blandiuntur, & quiduis in omen optati euentus trahunt, rursum qui misere metuunt, quauis ex re solatium formidinis aucupamur. Sed Mysis) Consilium & occasio Epitasis. Ab ea egreditur) Pronomen primitiuum cum præpositione interdum ponitur pro re possessa, Vt Mysis ab ea egreditur, pro eo, quod est Mysis ab eius domo egreditur. Sic alibi apud Antiphonem. Item, Quid est, quod á me ibatis. Ab ea) .i. á domo Glycerij. Forum) .i. conferam. Ecclypsis est. Conueniam) Paraſceue ſequentis Scenæ. Viden'? Vt nunc post deliberationem minime segnis, quam quam nihil adhuc inuenit consila, quod quidem placeat, Tamen, quod optimum uisum fuit, exequatur, ad forum uidelicet properans conuenturus Pamphilum, & rem ei omnem patefacturus, ne pater imprudentem opprimat. Ne hac de re) .i. de consilio patris de nuptijs. Causa finalis. Imprudentem) .i. nihil cogitantem, So er ſich der ſache nicht verſicht. Opprimat) vbercile.

ARGVMENTVM IOANNIS STIGELII. IN ACT: I. SCEN: IIII. Audiui.

Inducitur in hac Scena Mysis magis, ut inseruiat Oeconomiæ fabulæ, quam argumento, & est hæc Scena quasi paraſceue ad ſequentem Scenam, in qua conuenit Mysis Pamphilum, eumq; hortatur, ne deseratat Glycerium.

ALIVD

ALIVD Ambro:

Seruus paulo ante dixit, Glycerium grauidam esse è Pamphilo. Hoc ipsum Mysis ancilla nunc comprobat, quæ mittitur, ut obstetricem accersat. Indigne autem fert mulier uel ancilla, quod anus minime apta primo partui adducenda sit, sed cogitans secum de suo officio hoc, quod iussa erat facere, perficit & obstetricem mox adducit, Quæ res præbet occasionem conueniendi Pamphilum. Est autem hæc parua Scena admodum faceta, quæ proprie ad delectationem comparata est. Inprimis uero illud est admodum elegans, quod ancilla anum publice irridendam proponit propter temulentiam & magnam in agendo temeritatem. Quæ duo uicia etsi sint ab obstetrice minime tolleranda, Tamen ab altera muliere propter uitiorum societatem facile recipitur, & iudicatur satis ad partum esse idonea.

ALIVD EIVSDEM.

Post Dauum subito egreditur Mysis ancilla, quæ primum nunciat Glycerium uicinam esse partui. Deinde in sequenti Scena per occasionem colloquens cum Pamphilo, diligenter monet adolescentem officij & fidei suæ, ne puellam deserat.

Porro hæc breuis Scena, quæ præcipue describit temulentiam obstetricis, monet in genere de ebrietate uitanda, à qua cum longissime omnes, tum imprimis illi abesse debent, qui alicui negocio præsunt, Propterea quod per ebrietatem nil consulte nec mode-

rate dici uel fieri poßit, iuxta prouerbium, uinum caret clauo. Item, Insanire facit sanos quoq; copia Vini. Inprimis tamen hic reprehenditur consuetudo peßima & nequaquam ferenda, quod sæpe obstetrices, quæ debebant esse sobriæ propter magnitudinem rei, intemperantius bibant, ex qua re postea multa mala prouenire solent. Sed quod hoc loco in obstetricibus reprehendit Poëta, accommodandum est ad reliquas fœminas, in quibus temulentia summum est dedecus.

ALIVD. Riuij.

Temulentia fugienda.

Nimium uini usum, temulentiamq; fugiendam modis omnibus esse hæc docet Scena, maxime ijs, qui negocio cuipiam præsunt graui, & quod summam postulet attentionem, sedulitatem, & diligentiam, Siquidem à temulentis rectè geri potest nihil. Porro non licuisse fœminis Romæ quondam uinum bibere testatur Valerius Maximus lib. 2. Cap. 1. De institutis antiquis. Vini (inquiens) usus olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur. Quia proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consueuit. A. Gellius lib. 10. Cap. 23. Qui de uictu atq; cultu Po. Ro: scripserunt, inquit, mulieres Romæ atq; in Latio ætatem abstemias egisse. h.e. Vino semper, quod temetum prisca lingua appellabatur, abstinuisse dicunt, institutumq;, ut cognatis osculum ferrent reprehendendi causa, ut odor inditium faceret. Si bibissent. Plinij in Historia naturali (super hac re

uerba

uerba sunt, Non licebat id fœminis Romæ bibere, inue nimus inter exempla Egnatij Mecennij uxorem, quod Vinum bibisset è dolio, interfectam fuste à marito, eamq; cædis à Romulo absolutum. Fabius pictor in Annalibus suis scripsit matronam, quod loculos, in qui bus erant claues Vinariæ cellæ, resignauisset à suis in edia mori coactam. Cato ideo propinquos fœminis osculum dare, ut scirent, an temetum olerent, hoc tum nomen uino erat, unde & temulentia appellata, Cn. Domitius iudex pronunciauit mulierem uideri plus Vini bibisse, quam ualetudinis causa uiro insciente, ac dote multauit. Hæc ille lib. 14. C. 13.

ALIVD ἀδήλον.

Commode fingitur accersi obstetrix per ancillam, propterea quod supra dictum est, Glycerium grauidam esse ex Pamphilo. Primum ut significetur, quod puella sit uicina partui, ut occasio sit nato puero, impediendi nuptias. Deinde ut postea Mysis ancilla Pamphilum confirmet, atq; ei persuadeat, ne consentiat in nuptias, quas maxime urget pater.

Postremo, ut omnia quæ cum Pamphilo aguntur, ad Glycerium perueniant garrulitate mulierum, sed præter hanc Oeconomiam est pulcrum exemplum in Mysside fidelis ancillæ, quemadmodum sollicita fingitur de salute dominæ, eamq; studet in omnibus rebus iuuare cum consilio, tum etiam precibus.

ANNO-

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D: ANDREAE MISENI in Act. I. Scen. IIII.

Temulenta) *infra in Eun:* Act. 4. Scen. 3. Temulenta es. Facultatem) Cicero lib. 1. Epist. 7. Et si res facultatem habitura uideatur.

SCHOLIA, quæ explicant Textum Act. I. Scenæ IIII.

Obstetricem accersit ancilla. Est autem Oeconomia in hac persona. h.e. Quando decorum personæ diligenter obseruatur, & est ferè occasio ad sequentia. Audiui) .q.d. Ad tædium usq;. Est significatio ancillæ inuite euntis ad obstetricem ἀλλως. Primum est quædam querela, Deinde est notum. Archyllis) Annus, du altes mütterlein. Audiui) .i. Quid me uelis. Lesbiam). i. Obstetricem ex Lesbia. Methymna est urbs Lesbi insulæ optimi uini feraciβima. Iubes). i. satis pro imperio, estq; Ellipsis coniunctionis, quod. Sane pol) Iurantis cum admiratione. Temulenta mulier, ein truncken weib, quæ se uino & musto ingurgitat. Temetum dicitur Vinum. Inde abstemius. h.e. Sobrius. Dicitur autem temetum, quod tentet mentem. Plin. 14. Cap. 13. Temeraria). q.d. audax. Præceps, nihil agens consulto. sine ratione, vnuersonnen. Nam temeritas sequitur ebrietatem. Improbat hoc factum mulieris. Temeraria) die sehr vnbedachtsam ist. Digna). i. obstetrix. Primo) .i. Qui est difficillimus & periculoβimus. Tamen) .i. Quia toties iussa sum, exequar,

exequar, quamuis inuita. Correctio qua significat se non facere ex animo. Adducam) .i. cum sim toties iussa.

Spectate) Est compellantis. Importunus dicitur, qui nullam habet rationem. Importunitatem) .i. improbitatem, ineptitudinem rei gerendæ, vngeschickligkeit. Facit apostrophen ad spectatores, estq; confirmatio præcedentis querelæ, ne uideatur ex inuidia dixisse. Oppurtunitas dicit & facit habita ratione circumstantiarum. Anicula] .i. Archyllidis. Spectate).i. Quam nullam habeat rationem circumstantiarum. Quia).i. Ideo uult eam adduci, ideo eam uocat & accersit. Est apostopesis. Compotrix, em gecherin. Causa impulsiua est & Eclipsis. q. d. delectatur eius consuetudine. Dij date facultatem) Seruorum est, atque ancillarum á Superis optima quæq; precari Dominis suis, Quemadmodum hic facit Mysis. Nunc ferè contra fit apud Christianos, Vult & Petrus 1. Cap. 2. Famulos subditos esse debere dominis, non solum humanis, sed & prauis & asperis. Porro subditus non est, qui malá imprecatur & diris heri caput deuouet. Date) Precatio. Gott gebe glück vnd heil, das sie mag genesen. Huic) .i. Glycerio. Illi) .i. Lesbiæ obstetrici. Alijs).i. Rebus non in partu. Sed quid) Argumentum á signis, & est admiratio cum perturbati one. q.d. Non aliquid boni portendit. Exanimatum) .i. uehementer perturbatum, timidum, betrübet. Sed) Parascene sequentis Scenæ. Vereor) Dubitatio.

Quid

Quid fiet) Was es bedeuten werde. Opperiar) i. expectabo. Est consilium. Sciam) causa cur uelit opperiri. Quid nam). i. propter quid.

ARGVMENTVM IOANNIS STIGELII IN ACT: I. Scen: V. Hoccine.

Hæc Scena partim ad genus Iudiciale, partim ad genus Deliberatiuum pertinet. In exordio enim Pamphilus accusatoria querela inuehitur in patrem & Chremetem consultantes de nuptijs. Deinde deliberat, utrum uoluntati patris obsequi, an Glycerio fidem datam præstare debeat, & quanquam ut cordatus adolescens rem diligenter expendit & considerat, tamen amore uincitur, ut statuat potius amori & fidei erga Glycerium, quam autoritati patris inseruiendum esse. Inducitur autem Mysis, quæ illum callide & artificiose à patris sententia abducit. Obseruanda autem maxime hic est adolescentium, ac maxime amantium animi impacientia, qui etsi animo penitus perspectum habeant, quantum pietati erga parentes debeant, Tamen facillime corrumpuntur, ac in uicia non tolleranda delabuntur, in quos commode detorqueri potest hæc sententia, uideo meliora, proboq;, Deteriora sequor. Est enim iuuenile uicium regere non posse impetum, ut dicit Seneca.

ALIVD Ambro:

Misere perturbatur Pamphilus audita sententia patris

patris de ducenda uxore, à qua re plurimum abhorret, propterea quod antea fidem suam obstrinxerat Glycerio, se nunquam eam deserturum. Hanc fidem semel promissam adolescens omnino præstare cupit. Exponit autem pluribus hunc suum dolorem, quem tantum esse ostendit, ut nisi pater ab incœpto destiterit, etiam interitum sit allaturus. Deinde affinitatem Chremetis omnino repudiat conquerens, ab illo indigne sibi fieri iniuriam, ut qui antea filiam denegauerit, iam uere mutata sententia obtrudere nitatur. Huic suæ querelæ, quæ est plena multorum affectuum, subijcit seriam deliberationem, utrum amori, an uero patri magis obtemperet. Quæ deliberatio continet exemplum adolescentis honesti, ac pia mente præditi. quem hæc sola res sollicitat, ne quid admittat, quo patrem sibi perpetuo iratum reddat, neue fidem semel datam Glycerio uiolet. Conclusio autem huius deliberationis recitatis antea argumentis de inhonesto, hæc est, quod semel acceptam perpetuo uelit seruare. Hæc Pamphili oratio tanquam una ex præcipuis diligenter est obseruanda, tum propter ipsum exemplum quod est elegantissimum, tum etiam propter uerba, in quibus plurimum est Eloquentiæ.

ALIVD EIVSDEM.

Ipse Pamphilus fatetur hic suum amorem, qui intellecta sententia patris de nuptijs, ut hac occasione amicam deserat, admodum sit sollicitus. Quare pluribus uerbis suas curas omnes integra querela exponit, ut signi-

ut significet se uere esse infelicem & miserum amatorem. Inprimis autem conqueritur de paterna iniuria qui nulla habita ratione uxorem obtrudere uult sibi inuito. Sed hæc querela, quæ futura erat longissima, interpellatur subito aduentu ancillæ, á qua paululum admonitus, ut fidem seruet Glycerio, sanctissime pollicetur, nunquam eam se deserturum.

ALIVD RIVII.

Docet hæc Scena amante nihil esse miserius, nihil insanius, affectibus, perturbationibusq; animi obnoxium magis nihil, Ad hæc fidem nulla unquam in re temerandam esse, sed quoad fieri honeste potest, colendam semper ac seruandam Pamphili docet exemplo, qui, ut est pia mente præditus adolescens, ne patris quidem offensa, iraq; deterretur, quin promissi fidem præstare conetur.

ALIVD ἄλλο.

Fides seruanda.

Hactenus summa argumenti huius fabulæ exposita est. Nunc Pamphilus producitur amator, ad quem præcipuè tota res pertinet. Principio autem grauissima querela rei indignitatem exaggerans, de patre & de Chremete conqueritur. Postea deliberat secum, utrum amori potius, an patri obtemperet, & hac deliberatione potius angitur adolescens. Nam hæ duæ res, fides data Glycerio & patris autoritas animum diuerse trahunt. Ad extremum tamen uincit amor fides, idq; penitus apud se constituit, quod nullo

nullo modo uelit relinquere puellam, sed cum eam acceperit, perpetuo seruare. Ad hoc uero statuendum inuitatur & persuadetur precibus ab ancilla, quæ calide aggrediens subinde excitat tum ad resistendum patri paranti iam nuptias. Porro hæ sollicitudines Pamphili circa nuptias, ideo describuntur pluribus in initio fabulæ, ut postea in Catastrophe ex earum magnitudine perspici possit ingens gaudium adolescentis.

ANNOTATIONES GRAMMATICÆ. D. And. Miseni in Act: I. Scenam V.

Nonne prius communicatum) .i. Solt ers nicht mit mir zuuor geredt haben. Elegans uerbum est, communicare, & late patet. Sic dicimus, communicauit mecum omnia sua consilia, Er hat mir alle seine anschlege vortrawet oder gesagt. Item, si quid nouarum rerum ad te scribunt amici, mecum communices. Sic & dicit Cicero, se cum amico transcommunicaturum, Seine brieffe lassen lesen, Cicero lib. 1. Ep. 3. Mecum de te communicare solet, Er redt offt mit mir von dir. Item lib. 1. Epist. 7. Sed etiam sua sponte de te communicare solet. Item lib. 13. Epist. 30. Mecum omnia communicabat.

Facta transacta omnia) q. d. nihil amplius restabat agendum. i. Alles war hin gelegt vnd aus gericht, formula forensis est & prouerbialis de eo negocio, de quo nihil superest agendum, Es ist alles gericht vnd geschlicht.

Aliquid monstri alunt) prouerbium est, quo

significat adolescens esse uiciatam puellam, q. d. subest aliquid periculi, quod me deterret, ne dicam eam, Es ist ein gefehrligkeit darhinter.

Ea quoniam nemini obtrudi potest) Elegans metaphora est in uerbo, obtrudo, quod significat, einem etwas mit gewalt zudringen. Infra, Nunquam ausus fui recusare eam quam pater obtrudit mihi, Anhencken.

Laborat ê dolore) h. e. Glycerium habet maximos dolores, Formula latina est, idem significans, parturit, Sie ligt in kindes nöten.

Credidit) Est obseruanda significatio uerbi, Credo, quando cum datiuo & accusatiuo construitur, significat enim committere & mandare, einem etwas vertrawen oder befehlen.

Dilexi te in loco germani fratris) Ich habe dich als meinen leiblichen bruder lieb gehabt. Sic etiam dicimus, Est mihi frater germanus, Er ist mein leiblicher bruder.

Hac te semper fecit maximi) formula latina est. Sie hat dich allezeit gros gehalten oder geachtet, Sic & dicimus, paruifacere, geringe achten. Nihili facere, nichts achten. Sic flocci facere. Sic & paruipendo. Item, Minoris facere, geringer achten, ut, Maioris facere imperitum, quam peritum, Ich achte einen vngelerten geringer, denn einen gelerten.

In manum dat) h. e. eam tradit mihi in potestatem. Dare manum est se uictum agnoscere. Vide Prouerb. De manu in manum, Liuius, Auentino fulmine

mine ictus ipse regnum per manus tradidit. Imitatio Græca est. Sic enim est locutus Homerus, α. ἰλιάδ: πάτρι φίλω ἐνχερσὶ τίθει.

Verbum vnum caue dicas de nuptijs) obseruent pueri omitti negationem posse uel addi, Caue ne dicas, &, Caue dicas. Sic & uereor, timeo, metuo & si, qua sunt talia, idem efficiunt uel cum negatione uel sine ea, ut, uereor, ne ueniat, uel uereor, ut ueniat. Terent. in Adel. metuisti, ne non istuc tibi fæneraret.

SCHOLIA, quæ explicant Textum Actus I. Scenæ V.

Hæc Scena est querela Pamphili de insperatis nuptijs, in qua egregijs affectibus indignitatem facti exaggerat. Orditur ab exclamatione. Amplificat autem querelam incremento, cum primum negat esse humanum factum. Deinde non paternum, sic insperatis nuptijs obruere filium. ἄλλως. Hic introducitur Pamphilus animum suum propter nuptias repente celebrandas excrucians, ut ex magnitudine doloris maiori gaudio afficiatur. ἄλλως. Querela Pamphili digna humano ingenio. Continet autem narrationem periculi, in qua sumit exordium ab affectibus & interrogatione. Tota autem hæc querela in hunc Syllogismum comprehendi potest, omnis, qui statuit filio suo uxorem dare non communicans potius sua consilia cum eo, contra ius humanitatis & officium patris facit. Pater meus non communica-

uit mecum sua consilia, Ergo contumelioſe facit. ἄλλως. In hac Scena sunt πάθη paulo uehementiora. Atq; in hac Scena & alijs similibus uidere est ingenium Poëtæ, quam fuerit magister dicendi, ut neq; uerba rebus, neq; res uerbis sunt dissimilès. Concitati adoleſcenti tribuuntur concitati affectus, & concitata uerba &c. Obserua exempla benedicendi, cum omnia breuiter proponantur Vide Brutum Ciceronis, esse reuocandam orationem omnem á specie seu parte, ut ipse uocat, ad genus. Atq; hoc profuerit ubiq; in Terentio obseruasse. Infra Hoccine credibile est &c. Hoccine) Orditur in genere ab indigno. Humanum) Ist das eine redliche that, ist das freundlich gehandelt oder für genommen. Factum) q. d. est ne unquam auditum, quod mecum agitur, ist es auch je erhöret worden. Officium) q. d. Hoc nè solet facere pater, stehet das einem vater zu. Quid illud) Mysis hæc secum loquitur, estq; uox admirantis cum aliquo metu. Illud) .i. Quod adoleſcens est usq; adeo perturbatus. Proh) Est admiratio uel exclamatio per indignationem ab officio personæ paternæ. Hilff herr Gott, sihe allmechtiger Gott. Fidem) .i. imploro, Ey nu erbarmes Gott in seinem thron. Quid est) .i. Quod hoc facit pater. Eclipsis est. Contumelia) .i. iniuria. Sicut Græcis ὕβρις. Hæc) Dicitur hoc cum stomacho. Vxorem) Exponit indignitatem & est propositio iniuriæ. Decrerat) .i. constituerat contra meam uoluntatem. Hodie) Amplificatio est á breuitate temporis. Nonne)

ne) Propositio, quæ subijcit speciem, nempe, sibi inscio & multo obtrudi uxorem. Præscisse) Syncope est, hette ichs nicht sollen zuuor wissen. Oportuit) Occupatiuncula, & argumentatur à consuetudine. Requiritur enim ad coniugium ineundum consensus filij, & non sola patris potestas. Disputationem autem de consensu parentum, uide Phil. Melant. in Epitome Ethices. Oportuit) Pronunciandū est cum stomacho.

Miseram) significatio doloris. Verbum) .i. quam orationem, scilicet, quod ait, Dare uxorem. Hilff Gott, das sind erschreckliche wort, die haben mich warlich schier ermordt. Quid Chremes) .i. fecit. q. d. quas ille affert mihi molestias. Depingitur hic inconstantia Chremetis. Denegabat) .i. in præsentia patris. Commissurum) .i. daturum. Id mutauit) Er ist anders raths worden. Cicero dixit, Mutauimus sententiam. Immutatum) .i. me non posse diuelli à Glycerio, uidet me in amore tam esse constantem & me abhorrere à nuptijs filiæ suæ. Itane) Est amplificatio ab indignitate. Operam dat) .i. hoc tantum sedulo facit in meam perniciem. Obstinate) .i. pertinaciter. Abstrahat) .i. diuellat ui quadam contra meam uoluntatem. Si fit) .i. à Glycerio abstrahat. Pereo) .i. actum est de me, Sobin ich in grundt verdorben. Miserum) .i. existentem alias in amore. Adeon) .i. unum credibile est. Exclamatio figurata collatione sui mali cum omnium hominum malis. Funditus) stultus sane, qui se funditus perire, ac nunquam de se esse credat, si à Glycerio

abstrahatur, sed nihil insanus mentis amator habet. Ea est amatorum animi cœcitas, ut nullo modo, quid sibi honestum sit, atq; utile, quid melius, peius, quid prosit, obsit, uidere queant, cum hoc unum semper spectent, qua ratione uoti sui compotes fiant, ac re cupita atq; ad amata, quomodocunq; fruantur. Ita in Phor. Antipho, si eò, inquit, meæ fortunæ redeunt, Phanium ut abs te distrahatur, nulla est mihi uita expetenda. Adeon hominem esse inuenustum) Ita ferè fit, ut in aduersis, si quando res parum ex animi nostri sententia suscesserit, neminem æque infelicem ac nos putemus. Inuenustus est) qui amisit omnem gratiam, der das gemeine gebet hat verloren, der vnfreundlich ist, quem omnes respuant, repudiantq; pulcræ & quam deformes appetant, teste Donato. Infelicem) Infelix dicitur, dem alles hinder sich gehet, &was er anfehet, q. d. Ich meine, das ich zu vnglück geboren bin. Vt) .i. quem. ἀνακόλουθον. Nullo) Incipit narrare suspiciones. Pacto) A factis Chremetis exaggerat indignitatem rei. Facta) .i. omnia sunt perducta ad finem, ne ego haberem filiam, concordata sunt omnia. Contemtus) Ich bin vorhin nicht gut gnug gewesen. Hem) Indignantis est. Repudiatus) voracht, qui cum puellam ambit, passus est repulsam, einer der verschlagen ist, der da ist durch den korp gefallen. Qamobrem) .i. quæ esset alia causa repetendi. Argumentum á suspicione. Aliquid) de persona, non de re intelligendum est, casus est, suspicat aliquid uitij esse in puella, quod celatur.

tur. Ea) .i. filia Chremetis, quæ uere monstrum est.

Obtrudi). i. tanquam inuito, ita hic locus est noua querela de socere. A signis autem & factis Enthymema colligit, q. d. uult mihi inuito obtrudere suam filiam. Ergo est huiusmodi, quam nemo alius habere uelit. i. &weil sie niemand haben wil. Ad me). i. tanquam ad hostem. Oratio). i. Pamphili. Exanimauit hat mich betrübet vnd traurig gemacht. Nam quid) Amplificatio accusationis. Redit enim ad primum locum de patre, & narrationem facti explicat. Figuratur autem hic locus à circumstantia loci & temporis. Patre) omitto Chremetem. Ah) Interiectio est dolentis cum indignatione. Negligenter) vnfleißig, nachleßig. Tantam) .i. matrimonium. Agere) .i. decet. Tantam ne rem tam negligenter agere) Quis non quæso iustißime hunc in Christianos uersum torserit? Quorum ea ferè socordia est & negligentia, ut uix unquam, cuiusmodi liberis suis dent uxores, circumspiciant, neq; illud etiam atq; etiam ecquid conueniant mores atq; ingenia? Ecquid mutuo sese ament? Ecquid ij alibi animum amori deditum habeant, atq; ab re uxoria abhorreant? Suo cum animo reputent, præterea ea quoq; stultitia est & dementia, ut spectent dotem magis ac formam, quam uitæ integritatem, pudiciciam, modestiam. Ne multa, nam negligenter, socorditerq; in re tanti momenti agunt, ut merito cum Pamphilo exclames, Tantam ne rem tam negligenter agere? Scitum est illud Lycurgi legum latoris, qui percunctante quodam, cur

Socordia Christianorum.

sanxisset, nuptam puellas sine dote dari. Quo, inquit, neq; ob egestatem sine uiris ullæ dimitterentur. Neq; propter opulentiam expeterentur, sed quisq; potius spectato puellæ ingenio ac moribus in accipienda uxore moueretur, Autor Plutarchus. Prætereiens) id est, ipsum patrem ex improuiso. Hypotiposis. ἄμωσ. Breuis narratio, qua explicat querelam, sicut infra consultationem explicat narratione. Forum) Locus. Modo) Tempus. Ducenda) Necessitatis uocabulum. Preteriens) .i. quid factum sit, narrat. Hodie) De breui temporis spacio Visus) .i. facta mentione de ducenda uxore. Suspende) ἀποπορ. Obstupui) quasi nullum sensum habens, & est significatio sui doloris, Ich bin verstummet. Censen') occupatiuncula. Proloqui) .i. ut respondissem patri. Aut) Amplificatio subitæ rei. Causam) .i. excusationem adducere, das ich mich bette entschüldigen kõnden. Ineptam) id est, nihil ad rem pertinentem, vntüglich. Obmutui) .i. propter amorem. Resciissem) .i. si mecum communicasset prius. Id) id est, de ducenda uxore. Aliquid facerem) .i. prætexerem, ut id non facerem. Facerem) pro, tacerem. Hoc) .i. ut obmutescerem.

Sed nunc quid primum exequar) Consultatio, ut recte monuit Philippus, querelam sequitur, siquidem cordatum adolescentem fingit, quemadmodum & Erasmus alicubi monuit. ἄμωσ. Consultatio, qualis Pamphilum mediocrem & cordatum

datum adolescentem docebat, in qua deliberat, quid in hac re sit faciendum, utrum amori, an parenti obtemperet. Est autem affectibus plena & loci sunt sumti ex honesto. Sed quid) Querela continens deliberationem. Exequar) .i. facere, &was ich erst sol anfahen. Consequens. Impediunt) .i. tenent me captiuum, Ich bin so voller sorg. Antecedens. Infra, sumus præpediti. Tot) .i. quo minus possim aliquid tentare. Diuerse) .i. in contrarias partes: Trahunt) die sorgen bewegen mich mancherley. Idem est, quod subijcit, Animus huc illuc impellitur. Huius) pro, de hac. Curæ) Est genus. Amor) sunt species & est enumeratio curarum. Nuptiarum) pro de nuptijs. Misericordia) passiue intelligendum est. Patris) pro, de patre. Amor) die lieb & wingt hart mein hertz vnd gemuet. Misericordia huius) darzu mich jrer erbarmen thut. Tum) .i. sollicitat me. Patris pudor) .i. impedit, den vater halt ich auch gar werd. Pudor) .i. quem propter me habebit. Qui) .i. pater. Leni) .i. qui mihi omnia permisit, der mir allen mutwillen gestattet hat. Animo) Est expositio de patris lenitate. primum membrum consultationis, quod egregie amplificat circumstantijs, pater, qui mihi fuit lenissimus. Deinde à sua persona, cui ego non debeo aduersari, cum in rebus humanis nihil sit secundum Deos sanctius parentibus. Argumentatur ita ex officio. Patris pudor) .i. erga patrem, seu à patre D. Camerarius in notatione figurarum 1. Thessalon. 1. Ei) .i. tam leni parenti. Est deliberatio. Quid agam) .i. utrum amori,

an uero patri obtemperem. Aduerſer) *à merito.* Miſera) *Exclamatio dolentis eſt.* Incertum) *.i. dictum à Pamphilo.* Accidat) *.i. euadat, &wo es hinaus will.*

Sed nunc) *Conſilium à neceſſitate.* Ipſa) *.i. Glycerio.* Aduerſum) *.i. in præſentia Pamphili.* Dubio) *.i. dubitat.* γνώμη *pertinens ad dubitationem animi.* Paulo) *.i. in breui tempore, uide Eraſ. Æquales calculi.* Animus) *.i. dum ambigit, utram in partem ſe deflectat.* Impellitur) *.i. rationibus ex æquo adhortantibus, & dehortantibus.* Quis) *Occaſio ad narrationem.* Loquitur) *Eſt reſpicientis.* Salue) *Exoptantis eſt.* Salue) *Reſalutatio eſt.* Quid agit) *.i. Glycerium. Hoc conuenit amatori, ut quærat de ſalute amicæ.* Rogas) *Eſt querulosa & triſtis reſponſio, Ach Herr Gott fragſtu.* Laborat) *Exponit partes doloris.* Ex hoc) *.i. propterea.* Miſera) *.i. Glycerium.* Conſtitutæ) *.i. determinatæ non cum Glycerio, ſed cum filia Chremetis. Supra aliter eandem rationem extulit, Hic nuptijs dictus eſt dies, Iſt beſtimpt worden.* Timet) *.i. Glycerium.* Deſeras) *.i. ne reiecta ipſa ducas uxorem. das du ſie nicht laſſeſt ſitzen.* Hem) *Eſt abhorrentis ſeu indignantis.* Ego ne) *Eſt epitaſis in hoc pronomine. Alterum membrum conſultationis, quod item amplificat omnibus circumſtantijs.* Conari) *.i. deſerere, in ſinn nemen. q.d. ego illam non deſeram.* Ego) *.i. ut fieri ſinam.* Propter me) *.i. per me, aut mea cauſa.* Quæ] *.i. Glycerium.* Animum) *.i. omnia, quæ*

ad uitam

ad uitam pertinent. q. d. se totam. Primum argumentum á persona Glycerij. Nunc secundum argumentum sumitur á sua persona. Credidit) Argumentum á Glycerij meritis. Habuerim) Complexus sum animo. Quam) .i. Glycerium. Egregie) .i. præter cæteras. h. e. nimis. Quam) Consilij propositio seu confirmatio ab honesto & meritis puellæ & totus locus est patheticus. Bene) summæ sunt dotes puellarum pudicicia & boni mores. Plaut. Si bene morata ueniat. & Catull. Illis ampla, &c. Horat. lib. 3. car: oda. 29. probamq; pauperiem. Sine dote quæro. Euripides in Andromache, Φίλτρον δὲ καὶ τὸ δ' οὐ τὸ κάλλος ὦ γύναι, ἀλλ' αἱ ἀρεταὶ τέρπουσι τοὺς ξυνευνέτας .i. oblectant maritos. Doctum) .i. institutum. Eductum] .i. educatum] Pudice] quod ad mores attinet. Sinam] .i. quam tam ardenter amaui. Ab incommodo secuturo, si illam miseram, tam bene & pudice doctam & eductam, cuiusq; consuetudine suauissima usus sit, deserat, ac non seruet ei fidem datam, Ea esset magna ignauia, summa ingratitudo, inhumanitas ac feritas seu barbaries plus quam Cyclopica. Egestate] .i. propter egestatem. Inopia atq; egestate coguntur uel optima quæque ingenia eam nonnunquam uitæ rationem amplecti, quæ minime sit honesta, unde superius quoq; dixerat de Chryside Simo, Inopia & cognatorum negligentia coacta. Immutarier] .i. deprauari paragoge est. Non faciam] subiectio .q. d. non deseram eam.

Egestas facit animum ad consilia mala deflectit atq; traducit.

eam. Argumentatur ab honesto, cur non deceat deserere Glycerium, Bene (inquit) educata est à Chryside, quæ primo pudice uitam, parce ac duriter agebat.

Haud vereor) .i. te hoc facturum, si tibi non obstaret uoluntas patris, An dir zweiffel ich nicht, wenns bey dir allein stünde. Occupatio.q.d. De tua uoluntate nihil dubito, ne patri resistere possis. Situm) .i. si illa res in te sola sit sita. Sed) Incitat Pamphilum aduersus patrem. Vim) .i. patris .h.e. patrem aduersantem. Sed) .i. uereor. Vt) .i. ne non. Adeon) Repetitio propositionis est, & tertium argumentum ab honesto, non est honestum ut eam deseram. Ignauum) .i. Formidolosum, vngeschickt, quem nec amor nec humanitas commouet, qui nullum habet animum. Porro) .i. præterea. Ingratum) q.d. ego essem sceleratus, ingratus, inhumanus, si illam desererem. Ferum) &wild.h.e. habere naturam bestiæ. Consuetudo) familiaritas Glycerij, gemeinschafft. Commoueas) .i. instiget uehementer perturbet cor meum, das mir nicht sol zu hertzen gehen. Pudor) .q. d. si omnino essem ingratus. Fidem) .i. semel datam. Vnum) clausula, quæ ualet ad excitandum animum adolescentis, & argumentum sumtum est à meritis collatis in Pamphilum. Hanc) .i. Glycerium. Memor) .i. ut nunquam desereres. Sunt uerba Emphatica. Esses) .i. in posterum. Sui) pro, eius. q.d. Quid tu facturus sis, equidem nescio, sed unum hoc scio. Ancilla subijcit ea, quæ ardentem magis incendant. Essem) .i. ne

.i. ut existimas. Sunt uerba irati & commoti Pamphili. ò Mysis) Habet hæc repetitio affectus Pamphili erga Glycerium. ἀπλῶς. Narratio breuis & concinna, quæ explicat alterum membrum de fide data Glycerio. Mysis) .q.d. non dubitata. Chrysidis) .i. iam mortuæ. Alius locus ab ultima uoluntate Chrysidis Scripta) .i. inscripta. Emphasis est. q.d. ego adhuc sum memor. Iam ferme). i. cum ageret animam, do jr die seele wolt ausgehen á circumstantia temporis. Accessit) .i. ad eam. Vos). i. ancillæ, Ir stundet in einem &winckel. Nos) .i. ego & Chrysis remansimus. Figuræ sunt proprie Terentianæ, Asinthe-ton & Eclipsis. Incipit] .i. loqui.

Mi Pamphile] πάθος á mandatis Chrysidis, estq; sermocinatio, in qua fingit, obtestationem Chrysidis, ut Glycerium datam habeat. Huius] .i. Glycerij. δραματικῶς pronunciandum est. Hic uidemus (ut ait Donatus) redditam uoci monentis densis interuallis interruptam orationem, ut pote lassu anhelitu interueniente. Aetatem] .i. quam sit formosa & iuuenca. Vtræq;) .i. forma & ætas. Rem] .i. bona. Inutiles & ad pudiciciam] uerissimum hoc est, Nec enim facile, quæ egregia forma sunt puellæ, pudicitiam tutari possunt, maxime si non fuerit, quem forma maiis est cũ uereantur & iuuenes rerum adhuc omnium rudes, gna pudi- aut luxuria, lasciuiaq; diffluentes res suas prodi unt, citiæ, inutiliterq; fere consumunt. Proinde ipsi adhibendi sunt custodes, qui obseruent, & moderatores uitæ. Quod forma inutilis sit ad tutandam rem indicat

exemplo

exemplo Daphnes in prima Metamorphoseôn Ouidius his uersibus.

Illa uelut crimen tædas exosa iugales.
Pulcra uerecundo suffundens ora rubore,
Inq; patris blandis hærens ceruice lacertis.
Da mihi perpetua genitor carissime dixit,
Virgimitate frui, dedit hoc pater ante Dianæ,
Ille quidẽ obsequitur, Sed te decor iste, quod optas,
Esse uetat uotoq; tuo, tua forma repugnat.

Iuuenalis. Saty. X. Rara est adeo concordia formæ, atq; pudiciciæ. Rem] .i. facultates. Aetas enim iuuenilis non curat facultates. Quod] .i. Propter quod, uel, Itaq;. Petitio per obtestationem amplificata. Dextram] .i. datam. Per regni fidem moneo. Inquit Salust: Dextra fidei consecrata est. T. Liuius, Dextra [inquit] data fidem futuræ amicitiæ sanxisse. Idem lib 1. ab urb: cond: Significantes [inquit] fidem tutandam, se deniq; eius etiam in dextris sacratam esse. Ait & Plinius dextram in fide porrigi. lib. 11. Cap. 45. Fidem] Quia recepisti te hanc uelle ducere. Solitudo].i. Quod sit orbata parentibus. Te]Petitio, Genium] legitur & ingenium. Fidem] .i. fidelitatem. Solitudinem]Legitur & sollicitudinem. Segreges] .q.d. ne aliam ducas, aut amare desinas, etiamsi aliam ducas. Hanc] δεικτικῶς. Quia ipsam quasi manu tenet. Si] pro, quia. Germani] A commemoratione meritorum. Maximi] .i. Quia omnes alios contemsit & te solum complexa est.

Dextra fidei consecrata.

Te]

Te) Formula traditionis. Iungit enim ambo-rum manus. Ifti] .i. Glycerio. Tutorem)q.orbæ der ſich jrer annimpt .Patrem]q.paruæ. Bona).i. rem familiarem. De dote dicit, das geb ich dir mit, Fidei] .i. tuæ tutelæ. Hanc) Vſq; huc eſt Mymeſis, Continuo) .i. poſt illa uerba. Occupat] .i. mor-tua eſt. Ipſam) .i. Chryſidem. In manum dat] .i. eam mihi commendat & tradit. Morigera] Sic mo-rigerari infra in Adelph. Morem gerere, ibidem. Ac-cepi] Repetitio conſilij, & concluſio deliberationis. Spero] .i. te ſeruaturum puellam Glycerium. Ser-uabo] .i. nunquam deſeram. Spero] Iam Myſis, quodam modo melius incipit ſperare & magis credit etiam quam antea. Abis] Increpat eam, quod Gly-cerium deſerat. Audin'] Interrogatio eſt, quo eat, & reuocatio. Vnum] .i. facias aut dicas. Eclipſis. Hoc] .i. de nuptijs. Morbum] .i. accedat.q.d. ne ingraueſcat morbus. Teneo] .i. intelligo. Ne ad morbum] Morbum non raro auget mœror & animi triſtitia, ſicut frequenter leuat, ac minuit gau-dium, atq; inopinata lœticia, ob quod Tit. Liui: belli Aſiatici 7. Vbi ab Antiocho P. Scipioni ægrotanti filium remiſſum ſcribit, adiecit id non ſolum animo, patrio gratum munus, ſed corpori quoq; ſalubre gau-dium fuiſſe. Etiam] .i. accedat.das jr nicht ſchadt zu dieſer zeit, weil ſie in höchſten nöten ligt.

Morbum ſolet auge re mœror

ARGVMENTVM IOAN: STIG: IN ACT: II: SCEN: I.

Quid ais Birria?

Poſtea-

ACTVS II. SCENA I.

Posteaquam in primo actu exposuit argumentum fabulæ Terentius, pergit in hac Scena distribuere ac spargere fabulam in personas. Itaq; inducit tum ornandi tum locupletandi causa Charinum amantem Philumenam Chremetis filiam, idq; etiam hoc consilio, ut & plus turbarum sit in Epitasi Fabulæ, & ingenium Pamphili collatione Charini illustrius elucere ac spectare possit. Pergit ac impacienter amat Charinus, caute & circumspecte Pamphilus, Hic cordatus ac prudens, impotens ille ac omnino consilij expers.

Obseruandum autem est & hic ingenium Comici, qui artificiosa utitur insinuatione, dum introducit Charinum, per Dialogismum rem non fauocabilem, aut iustam à Pamphilo petentem. Cum enim natura ita comparatum sit, ut inhoneſta consilia ægrè & non sine pudore proferamus, subsistit & hic Charinus & commodè inducitur seruus, qui seruili quadam ac facetà parrisia aperit Pamphilo Charini amorem. Pamphilus uero, qui nihil maius ueretur, quam ut abstrahatur à Glycerio, ferè ultro promittit, se operam daturum, ut Philumenam retineat Charinus.

ALIVD Ambrosij.

Alter adolescens Charinus audito toto negotio ex seruo de nuptijs Pamphili impacientissimus redditur, maximopere timens, ne hoc pacto penitus amittat suam amicam. Hic præ nimia animi impotentia nullum plane modum sui doloris tenere potest, sed planissi-

planissime omnes suas cogitationes de amica prodens, stultissimum se facit, & amatorem plane rusticum, in quo nihil est, neq; moderatum, neq; quicquam consilij, qui etiam non patitur se admoneri, sed aut potiri uult statim cæpto amore, aut penitus perire. Hunc Birria seruus ab insania amoris humanissime dehortatur addito satis bono præcepto de amore patienter tolerando. Verum omnibus illis argumentis nihil proficit apud adolescentem stultum, qui perstans in proposito nulla ratione de proposito suo deduci potest. Tandem uero audita sententia Pamphili de puella, quo eam non magnopere expetat, Charinus ad se quasi rediens spem maximam sibi ipsi facit de retinenda amica.

ALIVD EIVSDEM.

Charinus temerarius & amens adolescens audita fama tantum de nuptijs Pamphili, perturbatus & quasi examinatus prodit. Nihil dubitans, Pamphilum induxisse animum ducere Philumenam uxorem, Ex qua re, cum ipse hanc puellam perdite amaret, sat intelligit se fore longe miserrimum. Ideo iam sollicite percunctatur de nuptijs, & postea Pamphilum, quem suspectum habet, supplex orat, ne ducat hanc puellam. Porrò hæc finguntur à Poëta de altero amatore, primum ut in fabula plus esset turbæ. Deinde ut exemplum extaret duorum adolescentulorum, quorum ingenia dissimilia sunt. Pamphili enim moderatum & pietate præditum fingit, Charini uero turbulentum, immoderatum, & quod omni consilio caret.

ALIVD Rituj.

Amantium stultitia, mentis eorum insania, animi cæcitas, puerilis mollicies, consilij inopia, immoderati appetitus & indecora quædam, ridiculaq; in dictis simul & factis omnibus ineptia hac in Scena exponuntur.

ALIVD ἀσήλωρ.

Videtur aliquantulum nunc discedere ab argumento principali de Pamphili amoribus. Sed hoc eo fit consilio, ut collatione amatoris Charini rectius perspiciatur ingenium Pamphili. Est enim Charini ingenium Pamphili dissimillimum, in quo nihil moderatum est, nullum consilium inest, sed præceps & impotens in omnibus. Porrò fingitur Charinus eandem amare, quam pater obtrudere voluit Pamphilo. Proinde hic uere apud Pamphilum fatetur suum amorem & facile impetrat, ut ultro polliceatur adolescens, se libenter permissurum hoc, ut Charinus puellam hanc accipiat. Hæc res postea occasio erit maiori turbæ in Epitasi.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D: ANDREAE MISEni in Act. II. Scen. II.

Confectus animus curâ stupet) h. e. animus uulneratus desperat. Sic & latine dicimus, Cura & mœror conficiunt hominem, sorge vnd traurigkeit verzeren den menschen. Germani dicunt, er frist sich selbs, Infra in scholijs Eunu: Quoniam

Quoniam id fieri) *Infra, ut quimus, quando ut uolumus, non licet. Germani sic,* Was einer nicht haben kan, das sol er sich gütlich vorgehen. *uide* Eras.

Abi in malam crucem) *Prouerbialis figura est, qua male precamur alicui, Germani etiam dicunt,* Gehe an den galgen, gehe für den teuffel. *Tale quoq; est,* Abi in malam rem. Item, I malis auibus. Iuue: I malis auibus nunquam rediturus auare.

Neque pol consilij locum habeo, neque auxilij copiam) Ich weis dir wieder zu rahten noch zu helffen.

Næ) Næ cum Diphthongo, certe significat, *Supra in Prolog. Andr. Faciunt næ intelligendo. Sic & Græcis est ναί.*

Aut si nuptiæ tibi sunt cordi) *hoc est, Si tenet te desiderium nuptiarum, si cogitas ducere eam uxorem. Sic & latine dixeris,* Hæc res est mihi cordi, Es gehet mir zu hertzen, h. e. sollicitus sum pro ea.

Fretus sum tuo consilio) Ich habe mich deines raths getröst. *Sic & latine dixeris, scripsi ad te petens, ut mihi præsto esses, fretus amicicia & consuetudine nostra non uulgari. Sic & infra,* Hem quo fretus sum, was habe ich mich doch getröstet, uel, worauff hab ich mich doch verlassen. *Ita late patet participium fretus.*

SCHOLIA quæ explicant Textum Actus II. Scenæ I.

Fabulæ ἐπίτασις *Vbi totius argumenti error*

& turba inuoluitur. ἄλλως. Vt plus turbæ esset in fabula, fingit alterum adolescentem amatorem præcipitem & furiosum in amore. Itaq; Pamphili modestia fit illustrior collata ad huius stultitiam. ἄλλως. Vt in fabula maior sit uarietas, inseritur alter adolescens dissimilis Pamphili, ac parum cordatus. ἄλλως. Oratio Birriæ generis est suasorij. Vide autem quam eleganter alter alterum confutet, & quomodo has sententias conferat, Quoniam id fieri &c. Et, facile omnes cum ualemus &c. Si exigas ad exempla etiam clarissimorum uirorum, tum apparebit, quam prudenter hoc dictum sit. Vide exemplum Ciceronis lib. 4. Epist. 5. ἄλλως. Decorum elegantissime seruauit in furioso & amente amatore describendo, qui etiam a seruo officij admonetur. Tribuuntur affectus, & uerba aptissima furori amatorio, cum inquit se speraſſe & timuisse. Spes enim pascit amantes & timor spei coniunctus, ne scilicet spe excidamus &c. Quid ais) Orditur cum quadam admiratione. Quid ais) Est indignantis. Ex uerbis Charini apparet Birriam nunciauisse nuptias futuras cum Pamphilo, nec adducitur tamen, ut statim credat. Illa) id est, mea amica Philumena. Datur) id est, dices ne. Sic est) id est, Sicut dixi. Hoc cum indignatione stomachi dixit. Qui scis) .i. Quatenus, aut unde. Interrogatio ex circumstantijs. Apud forum) Confirmatio a tribus circumstantijs, a loco, persona, & tempore. Ve) Exclamatio dolentis est. Vt) .i. sicut. In spe)

id est,

id est, amatoria. Nam amator semper sperat & timet. Vsque) .i. semper. Ante hac) .i. priusquam audirem hoc nuncium de nuptijs. Attentus) .i. Arrectus, suspensus, occupatus. Est descriptio amoris. Postquam) .i. auditis uerbis tuis. Spes) .i. ducendæ puellæ. Stupet) Bis her hab ich noch guten trost gehabt, nu bin ich gar entblöst, vor hoffnung, freud, vnd zuuorsicht, vor angst mirs hertz im leib zubricht, das ich so gantz werd abgeschüpt, Hilff Gott, &wie hoch bin ich betrübt. Stupor est quando nullus sensus est amplius, neq; motus. Quæ hic à Poëta narrantur, Lassitudo, Cura, Stupor. Sunt accidentia amoris. Confectus) .i. propter amorem.

Quæso) γνώμη. Est consolatio. Id) id est, quod optas, i. ut eam ducas. Vis) .i. fieri. Non potest) .i. Vt habeas Chremetis filiam uxorem. Quæso) .i. Ne te tantopere excrucies. Quoniam) Consilium à generali sententia. Velis id) das du &wolleſt für gut nemen. Nihil) .i. Hic Charinus plane rusticum suum animum ostendit, & repudiat consilium. Volo) .i. per totam meam uitam. Ah) Indignantis seu obiurgantis. Satius est) q. d. multo satius esset. Dare) .i. ut hoc unum curares. Qui) id est, ut, quomodo. Dimoueas) das du dirs &wolleſt aus dem sinn schlagen. Id loqui) id est, ut nomines amicam. Quo) id est, quibus sermonibus. Facile omnes cum valemus, recta consilia ægrotis damus. Tu si hic sis, aliter sentias) Elegans formula, si hic sis, so du an meiner stat &wereſt, h. e. si amator

tor esses, si in tali periculo uersareris, in quo ego sum. ἑκὼν, est pronunciandum. Pertinet huc sententia illa prouerbialis.

ἅπαντες ἐσμὲν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοὶ
αὐτοὶ δ' ἁμαρτάνοντες οὐ γινώσκομεν. hoc est.

In admonendo sapimus omnes, uerum ubi.

Peccamus ipsi, non uidemus propria. Facile) Reijcit nunc Charinus Birriæ consilium & sicut non admisit consolationem, Ita nec iam admittit reprehensionem. Recta) .i. consilia salutaria. Facile) Hæc sententia sumta est á communi consuetudine hominum. Thales rogatus, quid esset difficillimum, Respondit, seipsum nosse. Quid autem facillimum, dare alijs consilium. Sentias) .i. sentires, Es würde dir wol anders zu sinn sein. Cum valemus) wer gesund ist, gibt krancken guten raht. werstu aber an meiner stat, vnd wüst, was lieb wer für ein plag, fürwar du würdst wol anders sagen. Hic locus Terentij aliter redditus est Elegiaco carmine olim á me iuuene.

Suades, ut potius tristes deponere curas,
Quam macerare uelim pectus amore meum.
Præclarum est, quod amice mones, sed recta monenti,
Non parere tibi fæua libido sinit.
Nunc ego sollicito totus sum incensus amore,
Fixit & in pectus tela Cupido meum.
Hoc uulnus nulla posset Podalyrius arte
Tollere, nec medicas huc adhibere manus.
Nulla meum possunt animum præcepta leuare,
Ingens crudeli uis in amore latet.

Sepe

Sæpe mihi narras, quantum sit crimen amare,
Quamq; nocens res sit blanda puella uiris.
Me, fateor, blandæ oblectant, hilarantq; puellæ,
Et uideo, quàm sit pernitiosus amor.
Asti infixa meis penitus Cytherea medullis,
Nullus & in toto corpore sensus inest.
Quod si correptus simili esses forte furore,
In tantis stupeat mens agitata malis.
Tantisper sapimus, careat dum uita periclis,
Fortuna sapiens deficiente cadit.

Age age) particulæ concedentis sunt. Wolan, wolan, wie du wilt. Birria indigne ferens, quod ille non admittit reprehensionem, recitat hæc uerba, Age, Age, cum indignatione. Lubet) .i. facias. Concessio per ironiam. Omnia) occasio consilij de conuciendo adolescente. Certum est) id est, constituit. Ita Dido Virgiliana, ne quid in expertum frustra moritura relinquit, nihil non, etiam posteaquam nihil uspiam spei reliquum uidet, tentat. 4. Aen. Quid hic) Ad spectatores hæc dicuntur. Hic agit) Was hat mein Here für. Hic) Charinus. Hunc) .i. Pamphilum. Orabo) Expositio. Supplicare proprie significat, einem zu fuß fallen. Impetrabo) .i. supplicando à Pamphilo. Nuptijs) .i. Celebrandis. Protrahat) .i. differat. Alij legunt proferat. Interea) .i. Si differet dies nuptiarum. Aliquid fiet) .i. de meo amore. Spero) .i. ego impetrabo aliquid, ut ducam amicam in uxorem. Alij legunt, prodat, h.e. prolatet. Interea fiet aliquid) spes hominem ne in morte SPES

quidem relinquit & recte ille apud Theocritum.

θαρσεῖν χὴ Φίλε βᾶτε τάχ' ἄυριον ἔσσετ' ἄμεινον
ἐλπίδες ἐν ζωοῖσι, κἀνέλπιστοι δὲ θανόντες
χ' ὡς ζευς ἄλλοκα μὲν τίλει ἄϊθριος, ἄλλοκα δ'

Quos uersus sic uertit Eobanus Hessus, (uel.
Batte malis etiam confidere rebus oportet.
Cras meliora dabunt superi fortasse benigni,
Omnibus in rebus uiuis sperare relictum est.
Lumine nam uitæ functis spes nulla modetur,
Nubibus obscuris nunc Iupiter æra turbat.
Nunc iterũ claro cœlum splendore cocuscat, Hinc
Rebus in aduersis animũ submittere noli, (& ille,
Spem retine, spes una hominẽ nec morte relinquit.
In pixide pandoræ spes in summo labro hæsit.

Huc pertinet prouerbium, Aegroto dum anima est, spes esto. Ita Pistocle: Apud Plautum in Bachid. Tace, inquit, modo, Deus secundus respiciat nos. Quid. Viuere spe uidi, qui moriturus erat.

Id aliquid) .i. quod tu putas. Irridet consilium Charini. Dicit autem hæc ad spectatores. Tibi) i. qui es prudens. Emphasis est. Ad eum) .i. Pamphilum. Adeon') His uerbis Charinus reuocat in consilium, quod antea certe constituerat. Quid ni) id est, adeas. Ironica oratio. Hic locus indicat, quam molesta sit ueritas amanti, quamq; iucunda sit assentatio. Si nihil) .i. quandoquidem petas. Impetres) id est, apud Pamphilum. Mœchum) .i. coniualem. Illam) .i. tuam amicam. Abi) comminatio per increpationem.

nem. Vide pro. Ad coruos. Scelus) .i. sceleste. Auxesis est, cum uerbo sublimiori & ampliore utimur, quam pro re. Suspicione). i. de me. Video] .i. colloqui. Salue] Gaudentis est. Ad te] propositio petitionis. Consilium] .i. ad sanandam dementiam. Habeo, quia amo. Auxilij) Quia factus sum miser, Quid est].i. quæ res te excruciat. Quid nam].i. scire cupio. Hodie] Interrogatio. q. d. quia ego Philumenam amo. Magno consilio hoc colloquium præmittit Poëta, siquidem in Epitasi dabit magnam turbam infra, quando Charinus cum Pamphilo iurgatur, se esse lactatum & falsa spe productum. Vxorem] .i. quam ego amo. Aiunt] .q.d. andere leute wissen mehr dauon, denn ich. Extenuationis uox, quod non curet. Facies].i. si duxeris uxorem. Quid ita] was ist jm denn mehr. q.d. Id dij prohibeant. Hei mihi] dolentis est. Vereor] pudor inciuilis & rusticus. Huic] Pamphilo. Dicam] Gaudet de oblata occasione. Quid est] Was ist der handel. Hic] .i. qui ita mœstus est. δεικτικὸν est. Iste] Ad spectatores hoc dicitur. Mecum sentit].h.e. non idem cogitat, quod ego. Er hat nicht meine meinung .q. d. quam ego uehementer odi, ipse perdite amat. Nunquid].i. consuetudinis. Illa].i. puella. Amplius] .i. quam amare. Apostrophe ad Charinum. Modesta autem est oratio, quæ effert rem paulo immodestam. haſtu auch sonst etwas mehr mit jr gehabt. Obseruanda figura sermonis. Ah] Cum magno dolore dicit, & omnino negat. Quam vellem] optantis est .q.d. ut

hoc modo tibi posit obtrudi, uel, ut esset aliquid cau-
sæ repudiandæ puellæ. Nunc] obtestationes. Amo-
rem) .i. meum erga uirginem. Ducas) .i. amicam
meam. Dabo) Argumentum à facili. Sed si] Corre-
ctio petitionis. Potes) .i. propter amorem & pa-
trem tuum. Dare operam, vleis ankeren. Dabo) .i.
in me non erit ulla mora. Cordi) hat lust vnd liebe
darzu. Cordi) .q.d. est res odiosa. Profer) .i.
nuptias. q.d. differ, prolata produc. Audi nunc)
Locus attentionis. Audi) significat se aliquid dictu-
rum ex animo. Ego) Narratiuncula digna liberali in-
genio. Non puto, inquit, decere, ut gratiam ab aliquo
poscas, cum nihil præstiteris. Liberi) .i. hoc non per-
timere ad liberum hominem. Is) .i. homo. Prome-
reat) .i. præstet. Postulare) .i. quod requirit
gratiam. Apponi) .i. exhiberi cum non bene meren-
tur de aliquo. das man jm dancken sol. Locus commu-
nis est de gratitudine et habet Syllogismũ. Verum Mi-
nor est omissa. Quisquis non meretur, is non postulat
sibi apponi aliquid gratiæ. Ego non sum meritus. Ergo
non postulabo mihi aliquid gratiæ apponi. Vide Eras-
Harmonium officiũ. Nuptias) Est expositio Minoris.
Malo) .i. ego non tua causa fugio. Apponi) At quid
hodie reperiuntur, qui cum nihil meriti sunt, tamen
gratiam sibi deberi uolunt, nimisq; id genus odi ego ma-
le, qui magnificis promissis & captiosis pollicitatio-
num illecebris simplices inescant, nihil interim præ-
stantes, atq; adeo promissa etiam subinde sua expro-
brantes. Nam sunt, apud quos promittere etiam bene-

ficium

ficium sit. Reddidisti).*i.iam bene spero.* Epilogus est. Facite).*i.mouete omnem lapidem.* ἀκολούθει ὄρ. Efficite).*i.perducite rem ad effectum.* Sat)*Est quasi gratiarum actio.* Dauum) *Parasceue sequentis scenæ.* Optume).*i. opportune.* Tu).*i.affers.* Fugin) *Est imperantis.* Lubens).*i.lubenter fugiam.*

ARGVMENTVM IOAN. STIG. IN Act. II. Scen. II. *Dij boni, boni, &c.*

Potissimas huius Comediæ partes Pamphilus & Dauus sustinent. Itaq; intellecta Simonis de nuptijs sententia, cum exploratum haberet Pamphilus nuptias tantum simulari, mirifice exultat & gaudet. Opportune autem hic Charino & Pamphilo factus obuiam, exponit argumenta & circumstantias, quibus adductus existimet Chremetem non daturum filiam Pamphilo. Porrò artificiosa est Daui narratio. Nam proponit primum more Rhetorico & quidem breuiter. Deinde propositionem narratione dilucida illustrat, ac confirmat. Initio autem attentos & suspensos reddit auditores commemorando senis sententiam, & suum errorem, ut Charinum & Birriam magnitudine rei commoueat ad impediendas Pamphilo destinatas nuptias. In id enim potissimum operam dat, ut Charinum amantem Philumenam magis incendat. Itaq; ei facile persuadet, ut Chremetem adeat & ambiat filiam, putans in hoc conducturum, ut liberetur Pamphilus. Sed hoc consilio ingentes turbas concitat, ut deinceps patebit.

ALIVD

ALIVD Ambrosij.

Hactenus Dauus in maximo existens metu propter sententiam senis de nuptijs, diligentissime rem ipsam secum cogitauit, quomodo scilicet posset imminens periculum ex præsentibus nuptijs uitare. Inprimis autem diligenter obseruat singula dicta & facta senis, ex quibus posset facere iudicium, ueræ ne an falsæ futuræ sint nuptiæ. Quare cum obseruasset nihil istorum fieri & parari à sene, quæ ad nuptias solent requiri, omnino iudicat nullas futuras nuptias. Atq; hæc sola res seruum omnino perturbatum & cogitabundum, lætissimum & plane securum reddit. Ita omnino existimat se nunc quasi in portu nauigare. Hoc subitum gaudium Pamphilo, apud quem Charinus erat, nunciat. Huic ordine exponit totum negocium, quomodo deprehenderit fingi tantum nuptias, eiq; plane persuadet nullas futuras nuptias. Ad hæc Charinum admonet quadam reprehensione, qui stulte somniabat se certo habiturum filiam Chremetis, ut summa cum diligentia ac summis precibus rem agat, alioqui hoc omnino futurum, ut à Chremete contemtus ac repudiatus penitus amica excidat. Huius Scenæ pars pertinet ad genus suasorium. Sunt tamen narrationes generis Demonstratiui.

ALIVD EIVSDEM.

Dauus re diu deliberata de nuptijs, Tandem inuenit consilium, quod iudicat & sine periculo esse & profuturum Pamphilo. Quærit itaq; studiosissime adolescentem, ut eum faciat certiorem de inuento consilio,

filio, cumq; præter opinionem ambos amatores inambulantes uidet, loquitur cum utriſq;, oſtendens, quid fieri oporteat. Inprimis autem cum Pamphilo, cuius cauſa uenerat, ſumma diligentia agit, ut bono ſit animo & patri, qui tantum ſimulet nuptias, polliceatur ſe futurum in eius poteſtate. Conijciuntur itaq; ambo adoleſcentes in falſum gaudium, ut poſtea re cognita maiores turbæ exiſtant.

ALIVD RIVII.

Exponit hæc Scena coniecturas Daui, quibus aſſecutum ſe ait ſimulari à patre nuptias, nec uxorem Pamphilo daturum Chremetem. Itaq; perſuadet, ut polliceatur patri Pamphilus, ſe in eius poteſtate futurum, periculi eſſe nihil, quandoquidem ſimulentur nuptiæ. Atq; hinc Daui aſtutiam, calliditatemq; deprehendere licet. Nam & ubiq; idem à Terentio inducitur uaſer & ueterator quiſpiam, & conſilijs abundans, & ſperandi autor pertinaciſſimus, ut contra Birria nullius conſilij & tantum deſperationis ſemper autor. Porrò uidemus hic plane, ne callidiſſimis quidem conſilijs ſemper reſpondere euentus. Pater enim, qui per falſas nuptias ueram obiurgandi filij cauſam quærebat ac præterea omnino nihil, poſteaquam præter ſpem, ac ſecus, quàm putarat, filium ſibi obtemperaturum, dicturumq;, quam uellet, audiuit, non iam ſimulat rem, ſed ſeriam fabulam orditur, Chremetem uti Pamphilo gnatam det, orat, impetrat, maturat nuptias, de quo poſtea latius.

ALIVD

ACTVS II. SCENA II.

ALIVD ἄλλο.

Postquam terror iniectus est Pamphilo de nuptijs, casu interuenit Dauus nuncium afferens de simulatione nuptiarum. Nam homo callidus & ueterator cum uidet nullum esse apparatum conuenientem nuptijs, statim intelligit totam rem confictam esse a sene. Itaq; Pamphilo metum nuptiarum adimit, & ut artem arte fallat & senis consilium eludat, persuadet Pamphilo, ut polliceatur patri, se ducturum uxorem, ne quid causæ relinquatur, quare irascatur Pamphilo. Sed hoc consilium tametsi callidissime inuentum est, tamen postea fallit & maioris periculi occasio est Pamphilo. Hinc enim nascetur Epitasis fabulæ, cum ex fictis nuptijs ueræ fient.

ALIVD ἄλλο.

Fingitur Dauus lætum afferre nuncium Pamphilo, de nuptiarum simulatione. Hoc ideo fit, ut adolescentem admodum perturbatum propter certas nuptias futuras aliquo modo consoletur. Colligit autem seruus callidus & ueterator multis coniecturis & signis nullas futuras nuptias, propterea quod omnia, quæ adsolent esse in ueris nuptijs desiderentur. Adimit itaq; omnem metum, in quo erat adolescens, sed frustra se & Pamphilum coniecit in falsum gaudium. Quod eo fit consilio, ut postea re cognita maiores existant turbæ.

ANNO-

ANNOTATIONES GRAMmaticæ. D. And. Miseni in Act. II. Scenam II.

Resiste) Stehe stille, à themate resisto, quod etiam significat, & wider stehen, ut, acerrime mihi restitit. Er ist hefftig wider mich gewesen, format præteritum, restiti.

Perij) perij, interij, occidi, actum est. Proverbiales sunt figuræ, quibus utimur in summa rerum desperatione. Germani dicunt, Es ist mit mir aus. Es ist mit mir geschehen. Ich bin nimmer.

In dubio est). q.d. nescio, quid debeam incipere. Interdum in constructione uerbi substantiui, sum, pro altero nominatiuo ponitur præpositio cum suo casu.

Obtundis) Tundere, stossen. Inde prouerb. Aquam in mortario tundere. h.e. operam consumere. Obtundere est tundendo uel uerberando obtusum & hebes facere. Etwas stumpff machen. Inde obtusus gladius ein stumpff schwerdt. Refertur quoq; ad animum. Dicimus enim obtusum & hebes ingenium. h.e crassum & tardum, ut est in Heau: ein grober verstand. Contrarium est acutum. Obtundere etiam significat crebro ictum ingeminare, sicut fabri solent. Inde per metaphoram rem aliquam alicui ad fastidium inculcare & repetere. Germani proprie reddunt uim metaphoræ, einem ein ding offt für blawen. Sic est hic usus Terentius, obtundis, tametsi intelligo. h.e. ad fastidium repetis.

Nihil

Nihil ornati) antique dictum est, pro, nihil ornatus, nihil tumultus. Hodie enim tumultus in quarta tantum declinatione declinatur, non in Secunda, id quod ueteribus latinis cum nominibus quartæ declinationis in more fuit.

Nullus] pro, non. Infra in Eu: Tametsi ac nullus quidem. q.d. non est factus liber mea opera.

Ridiculum caput] prouerbialis est figura, qua per ironiam aliquem stoliditatis & ineptiarum arguimus. Germani ferè sic efferunt, Sihe, du bist ein kluger man. Significant autem ridiculus proprie, qui ab alijs ridetur & est alijs pro ridiculo, des man lachet oder spottet. Sic infra in Eu: Non possum esse ridiculus. Et Horat: paupertas facit ridiculos homines. Ridiculus nunc passiue accipitur, cum olim actiue significarit eum, qui alijs facile mouet risum.

Ambis] obseruanda est significatio uerbi, Ambire. q.d. excides ea, So wirstu darbinder hingehen. Alioqui ambire significat consectari, ut, ambire consulatum, Nach dem bürgermeister ampt trachten. Inde, Ambitus & Ambitio. Sic, & proci dicuntur ambire puellas. Inde, Ambitio, Ehrgeitzigkeit, & ambitiosus, Ein Ehrgeitziger, der nach ehren selbst trachtet.

SCHOLIA, quæ explicant Textum, Act. II. Scenæ, II.

Dij) Dauus dat consilium, quod secus cadit, ac sperauerat, & Pamphilo laqueum injecit, unde postea consilium

consilium explicare non potest, sed casus explicat, ut sæpe fit in communi uita, idq; uoluit Poëta significare. ἄλλως. Dauus & Pamphilum & Charinum consolatur, non futuras nuptias narrans. Exordium figuratum est exclamatione, quo gratulatur sibi hanc felicitatem insperatam. ἄμως. Gestiens oratio tribuitur gestienti seruo, & de suo consilio tantopere glorianti perturbata & stolida oratio adolescentibus amatoribus. Est autem hæc tantum parascene sequentis consultationis, quæ tota est generis deliberatiui. Atq; ex ea, tanquam ex fonte nascentur omnes turbæ, ἐπιτάσεις. Deinde consilium etiam certum fallit seruum, cũ euentus non respondeat. Adeo etiam in magnorum hominum sanis consilijs euentus sæpe in peiorem partem cadit &c. Quid boni) seruiliter exultat, idq; uice exordij est. Quid boni) .i. quantum boni. Est prædicatio magnitudinis consilij. Porro) non significat tantum corpore, sed & animo. Sed) Deliberatio. Vt) Causa finalis, Sunt autem formulæ gaudentis & tristantis. Incutere metum & adimere metum. Metum) Ratio conueniendi Pamphilum. Est). i. propter nuptias certas futuras. Expleam) mit freuden erfülle. Gaudio) .i. nunciando falsas esse nuptias, & est emphasis Lætus) i. Dauus. Hæc Charinus dicit ad Pamphilum. Quid). i. quare. Adimam metum) Nisi enim metus ante adimatur, non potest animus explere gaudio, ut recte in prouerbijs dixerit Salomon, Dũ cor angitur, non capitur solatijs, quæ extrinsecus adhibentur, unde uidelicet apparet Tyrannorum uitam,

in qua perpetuus est metus, longe esse infelicissimam & ab angore animi nunquam uacuam, id quod & Dionysius ipse ostendit gladio supra amici caput setâ equina appenso. Breuiter, metus ubi est, illic uerum, Syncerumq; gaudium esse nequit. Nihil est) .i. quare debeat esse lætus, q. d. nulla est lætitia. Mala) .i. de nuptijs iam instantibus, Item, nuptias esse indictas. Resciuit) .i. quod pater me cogere uult, ut ducam uxorem. Mala) er hat die vbel noch nicht erfahren. Obseruanda est significatio uerbi, rescisce. Vide Gell:

Quem) .i. Pamphilum. Amplificat à metu Pamphili. Quærere) .i. pro auxilio, & consilio. Exanimatum) .i. conterritum, perturbatum, erschrocken, admodum tristem. Paratas) .i. à patre. Audin') .i. loquentem. Sed) Est repetitio deliberationis. Interdam) .i. uiam, aut dirigam cursum, &wo sol ich zum ersten hinaus. Cessas) Adhortatio cum quadam increpatione. Abeo) uox consilij certi. Videtur enim quasi constitisse. Deinde quasi elegisse, quo pergat. Hæc scena habet pulcerrimum exemplum circumstantiarum loci, temporis. Ades) .i. ne porrò pergas. Reuocantis est. Abiens enim Pamphilus reuocat illum. Resiste) .i. remane, pro imperio hoc dicit Pamphilus. Quis) Admirantis cum indignatione, &wer ist doch da. Qui me) .i. audet reuocare. ô Pamphile) Salutatio. Euge) Exultantis. Oportune) .i. adestis, ueniistis. Attentos reddit adolescentes. Volo) .i. allo-qui, ich habe mit euch zu reden. Daue) Amplificatio à periculo. Perij) .i. Es ist &wieder hülff noch rettung.

Quin]

Quin) .i. imò. Audi) .i. quod sim dicturus. Et est prioris sententiæ reiectio, q.d. noli ita exclamare. Timeas) Reiecit iterum querelam. Mea) significatio sui doloris. Hercle) Bembus addit, certe. Et tu) Reiecit quoq; stultam querelam adolescentis. Nuptiæ) id est, sunt indictæ à patre. Et id) Bembus, Etsi, scio. Reiecit entis. Hodie) Argumentum à tempore. Et id scio) q. d. nihil fiet de nuptijs, ne metuas. Hodie) Ergo non possum differri. Obtundis) .i. sæpius, idem repetendo. Germani dicunt, vberteuben. Intelligo) obiurgantis est. Tu) .i. Pamphile. Id) Explicatio. Id) .i. propter id. Illam) .i. Philumenam. Tu) .i. Charine. Rem) .i. causam. Tenes) exultat enim, quod audit aliquid, quod pro se sit. Istuc) .i. pauco. Istuc ipsum] .i. quod tu times, non est periculum. Me vide] Ich &wil es ausrichten, vortrawe es mir, q. d. totam spem debes in me conferre. Propositio, Nihil est periculi in his nuptijs. Colligit enim nihil esse periculi, si polliceatur patri, se ducturum esse uxorem. Obsecro petitio, quæ præcedit narrationem. Metu) .i. propter nuptias, ne cogar ducere filiam Chremetis. Hem) .i. ecce. Demonstratio est facti. Miserum) .i. existentem præ amore. Hem) .i. sancte promitto. Dat] .i. filiam. Egregia narratio senis, qua exponit, quomodo deprehenderit fictas esse nuptias.

Tuus pater] Narratio, quæ habet argumenta falsarum nuptiarum. Primum autem argumentũ est sumtum à persona patris. Me] .i. apud forum. Dare) .i. daturũ. Adprehendit] quasi me fugientem. Hodie]

Alterum argumentum á tempore. Item) *.i. propter ea.* Multa) *.i. dixit.* Addit *de minis.* Locus) *id est, tempus.* Continuo) *.i. audito hoc, uel, liberatus á tuo patre.* Dicam) *causa finalis cursus instituti.* Vbi) *i. postquam.* Ibi) *.i. tum.* Ascendo) *ut te aduenientem possem uidere.* σωκθρισμὸς *suspicionẽ.* Excelsum) *i. summum.* ἀκάλυφον *est cuius exemplum uide infra in Heau: Video alios festinare &c.* Circumspicio) *i. undequaquam.* Nusquam) *.i. te uideo.* Ibi) *id est, tum temporis.* Forte) *.i. iam descensurus.* Ibi) *id est, tum temporis.* Huius) *.i. Charini seruum. Græcismus est, quo utuntur & latini, cum uidelicet per Eclypsim omittitur substantiuum nomen.* Huius) *Est Atticismus.* Rogo) *.i. interrogo, an te usquam uiderit.* Molestum) *.i. erat, q. d. admodum factus sum tristis.* Cogito) *quia nusquam te inuenire, potui: Significatio sollicitudinis pro Pamphilo.* Redeunti) *.i. á foro. Suspicio ex signis, ex quibus colligit nullas esse nuptias.* Re) *.i. occasione. Est epitasis.* Ipsus) *.i. Chremes.* Tristis) *.i. uisus est.* Obsonij) *.i. erat in foro.* De improuiso) *.i. nuptias institutas esse,* Man hatte &wenig eingekaufft. Nuptiæ) *.i. dictæ.* Non cohærent) *.i. sunt uerisimiles, conueniunt, der &warheit gleich.* Istuc) *.i. dicis.* Chremetem) *.i. curro ad eius ædes.* Illo) *Aduerbium est ad locum, i. ad ædes Chremetis.* Solitudo) *.i. nulla erat frequentia hominum,* Es &war still. Id) *.i. propter id.* Recte) *.i. sunt uera, quæ dicis.* Gaudeo) *.i. cogitans meam suspicionem ueram.* Perge) *.i. dicere.* Interea) *.i. dum ibi expecto. Pergit in expositione signorum.*

Ma-

Maneo) .i. expecto ante ostium. Neminem) .i. in ædes Chremetis. Aedibus) .i. Chremetis. Hæc omnia sunt signa, quod nuptiæ non sunt futuræ. Tumultus significat cursum & recursum seruorum. Aspexi) .i. quid esset futurum, omnia perlustrans diligenter. Scio) Affirmantis. Iam incipit Pamphilus magis sperare, quam antea. Magnum) .i. hoc esse. i. nullas fore nuptias, uel, senem simulaturum nuptias. Nuptijs) Breuis epilogus. Hæc) .i. iam recitata. Opinor) .i. dicis. Accipis) .i. rem ipsam intelligis. Certa) .i. esse falsas nuptias. Certa) .i. indubitata. Inde) .i. ex ædibus Chremetis. Puerum) .i. seruum. Ferre) .i. ferebat. Obolo) .i. emtos. Obolus sunt quinq; nummuli Misnici. Seni) .i. Chremeti. Liberatus) .i. iam habeo meam puellam. Gratiarum actio cum gratulatione. Nullus) q.d. non es liber factus mea opera. Nempe (Est locus causarum. Huic) .i. Pamphilo. Dat) .i. Chremes. Ridiculum caput) Synechdoche est irrisio cum quadam reprehensione, q. d. Ridiculus homo, du bist ein guter narre. Vall: lib. 1. C. 5. Quasi) Inuersio ab absurdo, Huic non datur, Ergo mihi. Imo non tibi datur, nisi adhibeas operam. Nisi vides] .i. Nisi adhibes omnem diligentiam, nisi uolueris prouidere. Amicos] .i. qui pro te intercedant. Oras] Docet omnibus in rebus summam semper esse adhibendam diligentiam, uigilandum, neq; cessandum unquam, Breuiter sedulo omnia facienda, si uoti compos fieri uoles. Ambis] .i. apprehendis, q. d. Tunc nunquam habebis puellam, nihil efficies, du wirst durch den korp fallen.

Infra in Phor: Ambire est Magistratus, aut honores, aut uxorem petere. Spes] .i. potiundæ filiæ Chremetis. Fruſtrata] .i. etiamſi ſæpe ſim reiectus. Fruſtrata eſt] .i. ſæpe me fefellit, iſta ſpe ſæpe decidi, Die hoffnung hat mir offt gefehlet. Vide Eraſ: Fruſtratus conatus. Non temere eſt deſiſtendum ab incæpto, etiamſi ſæpe nos ſpes fruſtrata fuerit. Succedet enim tandem aliquando, quod conamur, ſi perſeuerauerimus. Oportet igitur (ut ille ait) rem ſæpius tentare, nec deſatigari protinus, ſiquando parum ex animi ſententia ceciderit.

ARGVMENTVM IOANNIS STIG: in Act. II. Scenam III. Quid igitur.

Poſtquam probauit Pamphilo Dauus non fu turas eſſe nuptias, eundem inſtruit, ut patri promittat ſe ducturum Philumenam, & hoc conſilium mirifice arridet Dauo opinanti ſe iam inueniſſe uiam, qua deludat ſenem, & liberet Pamphilum. Sed longe aliter reſpondet euentus, unde admonemur fallere etiam accuratiſſime inita, ac prudentiſſime cogitata conſilia. Vtitur autem ſeruili ac callida inſinuatione, qua uiam ſternit ad propoſitionem ſui conſilij & attentum ac præparatum reddit adoleſcentis animum exaggeratione periculi & autoritate patris, quibus infert patrem tum iuſtam animaduertendi in filium occaſionem accepturum, cum eius animum alienum a matrimonio eſſe intellexit. Eſt autem obſeruandus hic locus communis de ſeruorum perfidia erga dominos, quæ infinita fere eſt hoc tempore, ut non abſurde

usurpari posſit illud. Quot seruos, tot habemus & hostes. Etsi autem durum & graue est, ut inquit Seneca, seruicia ferre, Tamen decet hac conditione natos suam sortunam æquo animo ferre, ac uirtute conari, ut ab illa liberati digniorem uitæ statum consequantur.

ALIVD Ambrosij.

Aliquomodo Dauus persuaserat Pamphilo, nuptias fingi á patre. Verum adolescens rem altius secum expendens, non inuenit causam sufficientẽ, quare nullæ deberent esse nuptiæ. Existimat enim illa uerba patris de mox ducenda uxore non esse frustra dicta. Itaq; adhuc quasi incertus ex seruo audire cupit certam rationem simulatarum nuptiarum, ad quam interrogationem omnino nihil Dauus respondet, utpote qui penitus ignorabat causam simulationis. Admonet autem de suo consilio tam inuento, ne omnino perturbetur adolescentis animus Estq; tale consilium, quod Pamphilo laqueum inijcit (Secus enim cadit, quam sperauerat seruus,) ex quo postea adolescens nullo consilio potest se explicare. Hoc consilium, ne contemnatur, confirmat certis argumentis incommodorum, scilicet, quæ hoc modo uitari possunt. & commodorum, quæ sequentur consilium. Postremo, Pamphilus omnino probans consilium, admonet tamen seruum de eo, quod maxime animum cruciabat, ne filius è Glycerio susceptus contra fidem datam penitus contemnatur, & abijciatur.

ACTVS II. SCENA III.

ALIVD EIVSDEM.

Consultatio Daui & Pamphili, in qua Dauus suum consilium de non recusandis nuptijs opponit consilio senis de simulandis nuptijs, ut ita eius consilium euertat, atq; irritum reddat. Effectus consilij senis est, ut habeat causam obiurgandi filium. Effectus uero consilij Daui est, ne destituatur spe. Persuadet igitur Pamphilo, ut in patris sententiam concedat afferens rationes á commemoratione periculorum, quæ impendent Pamphilo, si neglexerit ipsius consilium. In hanc Sententiam ut Pamphilum facilius inducat, amplificat periculum á persona patris & Glycerij. Deinde habita delibaratione libere suam consilium proponit, cui rationes subijcit á commodo & tuto, quam nihil in eo sit periculi, si fuerit obsecutus.

ALIVD ἄλλο.

Tandem persuasus adolescens á seruo, ut credat nullas futuras nuptias, tamen patris sui uerba diligenter secum cogitat, unde facile intelligit, se nequaquam sic abire posse. Sollicitus itaq; quid patri aduenienti respondendum sit, per seruum admonetur, qui callidum dat consilium, ut nullo modo, si pater iterum postulauerit, recuset nuptias & raciocinatur ex multis ueri similibus hoc profuturum adolescenti. Sed hoc ipso consilio tantum laqueum injcit Pamphilo, qui postea nullo modo se explicare inde potest. Hæc ideo finguntur á Poëta, ut significet ita plærunq; accidere, ut longe

ut longe secus cadant consilia, quam quisq; sperare ausus fuisset.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. ANDR: MISENI IN Act: II. Scenam. III.

Culpam in te transferret) h.e. Accusabit te tanquam inobedientem, reijcict in te culpam, er wirt dir die schuld geben.

Dictum ac factum). i. Cito. Elegans latina formula ex Græcis sumta, ἅμα ἔπος ἅμα ἔργον. Quia figura prouerbiali summam celeritatem significant. Es ist bald geschehen. Infra in Heau: Dictum factum hæc abijt Clitipho. Item in Heau: Dictum factum reddidi, beschlossen vnd abgeredt.

Ea causa minueris). i. Cessaueris facere, hæc, quæ facis, & wirst deine sachen nicht erger machen, Nihil minus ea, quæ proposuisti, facere potes. Quod Donatus exponit, Ea causa. h.e. quod promisisti te esse ducturum, non uidetur ad sententiam facere, & melius iubentis est, quam pronunciantis, Sic, ut per occupationem quandam exhortetur eum ad id, quod facit, faciendum, id est, ad temperandum, ut respondeat patri ducturum se esse. Id enim, quod sequitur uidelicet, Nam quod tu speras, ad alios referri debet, non ad Chremetem, ut sit occupatio quodam modo ex superiori nata. h.e. Quod times, ut maxime Chremes non det filiam suam, tam periculum esse, ne alius repentiatur, nihil est. Nemo enim non à te abhorrebit,

propterea quod suspicabuntur omnes non fore te sibi firmum generum. Quia cum alia consueris.

Nam quod tu speras] Hoc loco Terentius uerbo, sperare, usus est per ἀντιφρασιν pro timere. Sicut Græci suum ἐλπίζειν usurpant. Sic est apud Virg. At sperate Deos memores fandi atq; nefandi. Item 4. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. Cicero lib. 2. Epist. 14. Nam ea quæ speras, Tulliæ meæ prudentiæ temperari posse scio.

SCHOLIA, quæ explicant Textum, Act. II. Scenæ III.

Quid) Dauus in hac Scena uult suum consilium cum Pamphilo communicare. Argumenta autem, quibus utitur, sunt ex genere suasorio sumta. ἄλλως. Hæc interrogatio præbuit quibusdam occasionem coniungendi hanc Scenam superiori. Sed cætera sunt disiungenda. Nam post longam deliberationem prodit Pamphilus & hæc recitat. Quid). i. Si hoc uerum est, quod dicis de falsis nuptijs. Vult). q. d. ego audio te hoc dicere, quod non sint futuræ nuptiæ. Stomachose pronunciandum est. Simulat). i. nuptias. Hic totus locus est consilium, quo persuadet Pamphilo, ut dicat se esse ducturum eam, quam ducere iubeat. Dicam) Locus attentionis & aditus ad consilium. ἄλλως. Ipse largiter promittit, & facit attentionem. Non autem ad propositum respondet, sed tantum de consilio admonet. Si) Vide quã pulcre se insinuet, ut persuadeat ἄλλως. Narratio uel ratio. Quia uult pertentare animum tui-

tum, ut

um, ut erga nuptias affectus sis. Id) .i. propter id. Det) .i. non uult te generum. Iniurius).i. ut ille ipse dicat, quod nobis facit magnam iniuriam, quod tibi succenset. Iniurius) .i. ipse se contemnit, Es würde seine eigene schande sein, er würde den Chremem schelten. Iniurius) .i. tunc tu es liberatus. Iniuria).i. non sine causa, iniuste. Nomen pro aduerbio, Id) .i. propter id, i. si irascitur pater. q. d. Vsq; adeo iniustus sibi uidebitur, ut se iniusticiæ ipse contemnet. Perspexerit).i. plane cognouerit. Ratio constat distributione, Quia nondum est certus, quid tu in ea re sis facturus. Quia nondum cognouerit animum tuum: Priusquam) .i. antequam tuam uoluntatem habeat exploratam. Habeat) .i. accommodet. Ob du lust oder lieb darzu hast oder nicht. Si tu) Parasceue ad consilium. Negaris) .i. parenti. Ab officio filij. Ducere).i. uxorem. Turbæ).i. cum te omnes accusabunt. Patiar) .i. dummodo ne ducam Philumenam. Quid vis).i. quam dari mihi uxorem, cum amem Glycerium. Patiar) Interrogatio. h.e. Ego ne dicam me ducturum uxorem.

Pater) Argumentum ab honesto, pater est, Igitur æquum est obtemperare. ἄλλως. Argumentum à commodis & incommodis. Pamphile] Compellantis. Pater) .i. adhuc superstes, cui debes honorem. Difficile) .i. ei resistere, aut contra dicere. Argumentum à periculo .q d. Periculosum & perquam difficile est filium in re tam honesta patri non obtemperare. Tum) .i. Præterea. Sola) .i. nullos habet

amicos,

amicos, est deserta, est sine tutoribus. Argumentum à solitudine Glycerij. Mulier).i. Glycerium. Dictum) Argumentum ab autoritate patris. Dictum).i. Cito, celeriter. q.d. Factum transactum consilio & opere. Prouerbium est celeritatis. h.e. statim. Idem est, quod Græci dicunt, ἔποστε καὶ ἔργον.i. consilium & opus Ho: in Hym: de Chelyde, ὡς ἅμ' ἔποστε καὶ ἔργον ἐμίθετο..i. meditatus fuerat. Inuenerit).i. inueniet. Iuxta prouerb: Vt canem cedas facile inueniri baculum. Argumentum à facili. Aliquam) q.d. causam eijciendi statim inuenietur. Eijciat) pater ex ciuitate, ut non amplius sit hæres. Eiectus est oppido, Er ist aus der stadt vertrieben worden. Eijciat].i. mulierem solam. Eijciat).i. me uiuẽte. q.d. non fiet me uiuo, estq; uerbum amatorium. Cito).i. priusquam tu cogitas, fiet. Cedo).i. dic. Faciam).i. in hac causa. Dic) Propositio consilij ex superioribus, simulantur nuptiæ, Ergo nihil est periculi, si affirmes te ducturum esse, & si negaueris, periculum est, ne expellatur Glycerium. Sed hoc consilio Pamphilus insciens in periculum conijcitur.

Hem) Recusantis cum magno gemitu. Quid est].i. Quare recusas, & ingemiscis. Dicam).i. me ducturum, cum non habeam in animo. Cur non).i. dices, tamen est res facilis. Faciam).i. nunquam dicam me ducturum. Ne nega) persuadentis & obsectantis est, Swere dich nicht zu sehr, stelle dich nicht darwider. Suadere).i. ut dicam me ducturum uxorem.

ôrem Noli).*i.*non est,quod hoc mihi persuadere inci pias. Vide).*i.* Si te ducturum dices. *q.d.*. Vide quæ commoda sequantur, si id feceris. Spectandus semper est finis,& rei exitus,nihilq; temere,inconsiderato,ne= gligenterq; agendum. Vt)Argumenti inuersio. Hæc) .*i.*Philumena.Illa).*i.*Glycerio.Concludar]alio lo= co sic ait.Habeo domi conclusam sæuam uxorem, vor= sperret. Paronomasia est. Non ita).*q.d.* Non est, ut cogitas,& est confutatio. Nempe]Rationes consi= lij.Prima autem est ab utili. Opinor).*i.* nisi me ani= mus fallit.Ducas)Mimesis,qua patris sermonem imi= tatur. Cedo).*i.*dic. Est communicatio. Quid].*i.* quam habebit obiurgandi causam. Hic).*i.* tunc, hoc modo,hac responsione.Consilia).*i.*patris de nuptijs. Ei).*i.* patri. Periculo).*i.* sine ducenda Philumena. Occupatiuncula. Ea causa).*i.* si promiseris patri, te esse ducturum. Certa) Paronomasia. Minueris).*i.* non facies deteriorem.Suam].*i.*quod uelit tibi obtru= dere filiam. Is).*i.* Chremes. Mutet).*i.*quod procul dubio faceret,ubi te nolle intelligeret.Sententiam).*i.* de filia tibi collocanda. Velle).*i.*ducere filiam in uxo rem.Epilogus.

Nam quod) .*i.* times de ducenda uxore. *q.d.* ostendam nihilo minus te esse ducturum aliam uxorem, etiamsi hanc non duxeris. Propulsabo).*i.* ostenda dam hoc nihil esse, & facile repellam, da wil ich jm wol raten. His moribus).*i.* adolescenti perdito. Nemo) .*i.* ciuium. Inueniet).*i.*Chremes. Inopem).*i.*generum. Corrumpi) .*i.* filiam. Te).*i.*

per

per te. Hoc loco est ablatiui casus. Sed si) Aliud commodum. Aequo] .i. quod uelis ducere uxorem. Alia ratio à consequentibus. Accipiet] .i. intelliget pater. Ferre) .i. ubi dixeris te ducturum uxorem. Negligentem) .i. in parandis nuptijs vnfleißig, verdrossen. q.d. non urgebit porro A Pamphili moribus. Alia) .i. consilia. Ociosus) .i. securus. Interea) .i. temporis. q.d. dum percunctabitur de alia. Boni) alludit ad mortem patris. Acciderit) Idem est cum superiori illo, interea fiet aliquid spero. Quo monemur, ne in afflictißimis quidem rebus abijciendam esse spem fortunæ melioris. Ouid.

Hæc Dea cum fugerent sceleratas numina terras,
In dijs inuisa sola remansit humo.
Hæc facit, ut fideat cum terras undique nullas,
Naufragus in medijs brachia iactet aquis.
Hæc facit, ut uiuat fossor quoq; compede uinctus,
Liberaq; à ferro crura futura putet.
Sæpe aliquem solers medicorum cura reliquit.
Nec spes huic Vena deficiente cadit.
Carcere dicuntur clausi sperare salutem,
Atque aliquis pendens in cruce uota facit.
Hæc Dea quam multos laqueo sua colla ligantes,
Non est proposita passa perire nece.

Credis) .i. ista futura esse .i. ut seruem Glycerium. Haud) .i. ipsißima est ueritas. Vide) .i. perpende sedulo. Inducas) sunt uerba ualde timidi adolescentis. q.d. ne uidelicet concludar. Taces] .i. sis securus, ne dubita. Dicam] .i. me ducturum. q.d. uictus est

est animus. Ab illa) .i. ex Glycerio. Cautio] .i. cauendum est, ne rescisca mihi ab illa esse puerum. Cautio] .i. caute præuidendum, man mus vleis-sig verhůten. Vulgo uocant, Cautelam. Pollicitus] Argumentum, quare non uelit, ut rescisca pater. Susceperum] .i. educaturum. Facinus] .i. quod eò peruentum est. du hast jm zu viel gethan. Irridet pollicitationem. Hanc fidem) Argumentum ab honesto. Quia iuraui, ideo seruabo fidem. Fidem). i. suscipiendi pueri. Obsecrauit] .i. Glycerium, post conceptum puerum. Qui] .i quia Dauus ostendit rem difficillimam. Deserturum] Ergo quando fidem dedit Pamphilus, uult, quoad fieri potest, inuiolatam eam seruare, id quod uiri est probi atq; integri. Docemur itaq; hic fidem datam non temere esse uiolandam, quantum in nobis est. Nam necessitati iuxta prouerbium, ne dij quidem resistunt, nisi præstiterit non seruare, quod quando quoue modo fieri debeat, in officijs [ni fallor] docet Cicero lib. 1. Curabitur] .i. hoc negocium. Est pollicitatio. Pater] paraseeue ad sequentem scenam. Caue] sine negatione, ut in Plauto, Caue cuiquam indicaßis.

ARGVMENTVM AMBROSII IN ACT: II. SCENAM. IIII. Reuiso quid, &c.

Pergit senex consilium suum de nuptijs exequi, in qua re subinde timet dolos serui, ne is captum consilium impediat. De filio enim parum dubitat, nisi sortaßis

tasßis à Dauo corrumpatur, quoniam facile quidvis posßit impetrare. Quare sedulo illud agit, ut quocunq; modo impediat, ne quid captet consilij ad nuptias disturbandas. Huius aduentum Dauus uidens Pamphilum, cui antea callidum dederat consilium, diligenter admonet & simul consolatur, ne uereatur patris conspectum, neue, moueatur illius uerbis, sed tantum hoc agat, ut interrogatus à patre, an uelit ducere uxorem, statim respondeat se omnia facturum, quæ pater iusserit. Hac autem oratione filio maxime conuenienter patrem futurum in omnibus placidißimum.

ALIVD. Riuij.

Primum patris de filio cura. Deinde serui calliditas & animus uirilis ac præsens. Postremo Pamphilii patris præsentiam uerentis pudor, metusq; hac Scena exprimitur.

ALIVD ἄλλο.

Continet hæc Scena executionem seu confirmationem consilij Daui. Is enim præsente Pamphilo exgestu senis tantũ colligit, ut omnia persuadeat de nouo Pamphilo nihil esse periculi in consilio dato, & simul monet, ne deterreatur patris iracũdia, sed fortiter pergat, quod se facturum recepit, ut patri obsecundet in omnibus, & interrogatus respondeat se uxorem ducturum.

ANNOTATIONES GRAMMATICÆ. D. Ant. Misceni in Act. II. Scenam IIII.

Captent

Captent consilij) Captare Consilium in malam partem, capere & inire consilium in bonam partem.

Tu face) Imperatiuus est à uerbo, facio, quo usi sunt ueteres Latini. Hodie usu abrogatus est, sic & dice, duce, ferre, soliti sunt dicere. Hodie imperatiuos formant, fac, dic, duc, fer.

Nunquam commutatuus est tecum vnum verbum) Elegans formula latini sermonis. Significat autem commutare uerba, h. e. rixari, iurgare, sicut in contentionibus alternatim conuicia iactari solent. Idem est, quod supra dixit, Cedo quid iurgabit tecum, Er wird sich mit dir schelten oder zancken. Infra, in Phormio: Tria non commutabitis uerba.

SCHOLIA, quæ explicant Textum in Act. II. Scenam IIII.

Illa Scena habet adhortationem addita consolatione. Reuiso) .i. redeo, ut uideam. Est quasi parasceue ad sequentem scenam & hoc senex agit, ut sermonem serui impediat. ὦ Μῶς. Descriptio sollicitudinis, patris pro filio. ὦ Μῶς. Tanquam parasceue est sequentis scenæ, ut sciat spectator, quid futurum sit. Agant) i. respondeant, dicant. Vide hic uigilantiam, sedulitatem & patris obseruantis filium ac seruum. Agant) .i. seruus & filius. Consilij) i. contra me ad disturbandas nuptias. Hic) .i. Simo. Hic cum odio dicit & indignabundus. Dubitat) Irridentis est. Ad Pamphilum hæc dicit. Adhortatio habet duas partes, narrationem & consilium. Venit) .i. pater tuus. Meditatus)

tus] .i. bene instructus, &wolbedacht. Alicunde] .i. ex aliquo loco. Solo] .i. ex solitario loco, deserto, ubi meditari facilius possit. Nam secessus ab hominibus, & silentium multa cogitanti suggerit, propterea Demosthenes se in locum, ex quo nulla exaudiri uox, nihilq; prospici posset, recondebat, quemadmodum testatur lib. 10. Quintil. Sperat) .i. nihil dubitat, omnino confidit. Orationem) .i. multa argumenta, eine meinung. Qua) .i. oratione. Differat) .i. disturbet, incertum reddat, in diuersum ferat, q.d. ut faciat te plane disturbatum, ut non habeas, quod illi respondeas. διαφέρειν Græci dicunt, pro conturbare. Sic & differat eodem modo dixit Poëta. Inuenisse) Emphasis, q. d. cum magno labore. Face) thue jhm also. Adhortatio est. Sies) .i. ut sis bene præparatus, das du bedacht seyest, sey sein kün, ut possis accedere præparatus, & scias, quid patri respondeas. Apud te) .i. ne pater te tristem sentiat. Modo) Argumentum a difficili seu ab impossibili. Possim) .i. ad patrem præparatus accedere, uel, esse apud me. Nam difficile est aduersari patri. Crede) .i. respice ad me. Consolatio a consequentibus. Mihi) Emphasis, q.d. qui experiundo edoctus sum. Commutaturum) .i. non litigaturum tecum, non altercaturum. Er &wird sich nicht mit dir einlegen. Nam commutare uerba significat, &wort vmb wort geben. Ducere) .i. te ducturum. In exordio hoc est Enthymema, Dauus non rediens ad me, haud dubie interturbabit nuptias. Ergo reuisam, quid agat.

Argu-

ARGVMENTVM IOAN: STIG: IN ACT. II. Scenam V. Herus me &c.

Secutus Daui consilium Pamphilus promittit patri se esse ducturum uxorem nescius interim, in quantum periculum se conijciat. Inducitur autem & seruus Charini, ut à longe audiat pollicitationem Pamphili, & rem deferat ad Charinum, id quod ad incrementum Epitasis & consequentium turbarum pertinet. Docet autem hæc scena obediendum esse parentibus recta præcipientibus, nec licere contrahere matrimonia sine consensu parentum, ut sanctissime præcipit Ius ciuile.

ALIVD Ambrosij.

Magnam concæperat spem Charinus ex uerbis Pamphili, cuius animus omnino uidebatur à nuptijs abhorrere. Interim tamen ualde redditur sollicitus timens, ne Pamphili animus mutetur. Quare Birriam seruum iubet, ut diligenter omnibus rebus relictis & uerba & gestus Pamphili obseruet. Hoc exequi cupiens seruus non longe post audit omnem rem, quomodo pater serio à filio postulet, ut uxorem ducat & quam benigne filius respondeat, ut omnia se facturum, quæ pater uoluerit, polliceatur. Porrò hanc rem indignissime fert seruus, propterea quod longe aliud Pamphilus Charino pollicitus erat, sed tamen hanc indignationem statim mitigat exemplo omnium hominum, quorum nemo est, qui non præ omnibus

alijs sibi optime prospectum cuperet. Quenq; enim natura sibi potißimum esse amicum, Adeoq; Pamphilum, cuius perfidiam obiurgauerat, omnino excusatum habet maxime illa occasione oblata de uirgine, in qua omnia, quæ requiruntur tum ad pulcritudinem, tum ad honestatem, abundent.

ALIVD EIVSDEM.

Aduentus patris urgentis nuptias satis sollicitum reddit filium, qui tandem persuasus à seruo pollicetur se futurum in potestate patris, nec recusaturum nuptias. Existimat autem hanc suam promißionem sine periculo esse, nec dubitat illud etiam futurum, ut amicam retineat. Porrò hoc colloquium patris cum filio de nuptijs, quod admodum est breue, Birria audiens satis intelligit, quantum mali ex ea re peruenturum sit ad suum Dominum.

ALIVD RIVII.

Hic cum sibi uideantur omnes consultißime agere, secus tamen omnia, ac putarant, eueniunt & inopinatus rerum exitus mire omnes ludificatur.

ALIVD ἄλλο.

Hæc Scena continet occasionem consilij, quod dedit seruus. Pamphilus enim Dauo autore promittit senì, in potestate patris futurum & ultro facturum, quæ pater uolet, Quæ res occasionem præbet ad Epitasin ulterius partis in fabula. Nam Birria iussus à Charino obseruare uerba & gestus Pamphili audiens patrem

à filio

é filio serio postulare, ut uxorem ducat, ac filium placide & benigne respondere, nullam neq; in hac re, neq; alia in se moram fore, redditur perturbatißimus, nihil aliud cogitans, quam herum omni spe de ducenda Philumena excidisse. Quare instituit querelam de perfidia Pamphili, quam tamen mitigat exemplo omnium hominum, quemq; scilicet sibi proximum esse. Hanc thesin accommodat ad Hypothesin, Ideo sibi non mirum uideri, si Pamphilus ipse uirginem honestam & opulentam Charino præripiat.

ALIVD ἄδηλον.

Daui suasu Pamphilus tandem pollicetur patri, quod uelit uxorem ducere, nimirum motus enumeratione commodorum & incommodorum, In qua re seruus mirabiliter exultat, nihil iam dubitans, quin hoc modo omnes turbæ filescent, & patri nihil loci obiurgandi filium relinquatur. Fingitur præterea huic negocio seruus Charini interuenire, admodum sollicitus pro suo hero, qui ex oratione, quam audit, omnino colligit Pamphilum consensisse in nuptias filiæ Chremetis.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE, D. ANDR: MISENI in Act. II. Scenam V.

Relictis rebus) Germani dicunt, So ich alles habe steben vnd ligen lassen. Infra in Eu: Relictis rebus omnibus quæsiuit.

Video ipsum præsto esse) h. e. præsentem

esse, propemodum uim aduerbij habet, significat etiam præsto esse, auxilio esse, iuuare, & assistere, einem beyſtehen oder behülfflich ſein, ut, multis & consilio & auxilio præsto fuit. Er hat vielen gerahten vnd geholffen.

Nunc nostræ parti timeo) h. e. Sollicitus sum pro nostra parte. Nam eam uim habet uerbum, Timeo, cum datiuo. Pars autem significat hic, quod uulgo uocant, partey. Sic & in contentionibus duæ partes sunt, zweierley partey. Sic, pars aduersa, der kegen part. Item, Non est nostrarum partium, Er iſt nicht auff vnſer ſeiten.

Herus excidit vxore) Supra dixit, Ambit, Er iſt ſchabab, non dabitur ei, actum est cum Charmo, er iſt durch den korp gefallen.

Memini videre) iſt mir recht, ſo iſt ſie ſchön. Obseruandum est Latinos sic solere loqui, Memini uidere, & memini uidisse. Sic est utrumq; apud Virgilium. Memini Corricium uidisse senem. Item, Memini me condere soles. Sic est quoq; infra in Eu: Nunquam me illam uidisse memini. Sic est quoq; locutus Quintil: lib: 10. Vide Vallam in Raudensem.

Aequior sum) .i. quo magis faueo Pamphilo, ich bin dem Pamphilo deſte günſtiger. Nam hæc est uis uocabuli, æquior. Sic dicimus, Iniquior est mihi quam conueniat, er iſt mir abgünſtiger, den billich iſt. Inde iniquitas & iniquum consilium.

SCHOLIA quæ explicant Textum Act. II. Scen. V.

Execu-

Executio consilij. Adhibetur autem etiam Charini seruulus, ut postea Epitasis fiat turbulentior. Herus) .i. Charinus, Hæc uerba seruus secum loquitur, quibus significat se non facere animo beneuolo. Iussit) .i. hoc mihi à domino mandatum est. Rebus) .i. domesticis. Obseruare) lauren vor allen dingen. Ageret) .i. an adhuc eius esset sententia. Id) Per Pleonasmum additur, id q. d. Propter id. Venientem) .i. aduenientem pamphilum. Ipsum) Est occasio adeundi Pamphilum. Hoc agam) .i. Obseruabo diligenter Pamphilum, in hoc attentus ero, animaduertam animum. Ex uerbis auditur, qualis sit seruus. Verba enim sunt indicia animi. Agam) .i. Quod mihi iniunctum est ab hero, sedulo effectum reddam.

Hoc agam) Occurrat hæc Birriæ uox famulis, quoties aliud agunt, quam quod iussi sunt agere Cogitent secum, Hoc agam. Hoc (inquam) Vnum agam, quod iussus sum, relictis rebus omnibus, si modo suo fungi officio uolent, h. e. Si fideles ac bonæ frugi serui esse studeant, quod Petrus monuit Epist: 1. missus es aliquo? occurrit, quid remoretur? Cogita hoc agam, quod iussit herus, nec te patiare diutius remorari, abrumpe omnes moras, neq; aliud, ac iussus es, agito. At nunc contra plærumque fit, ut alia ferè agamus, quam quæ debemus. Plaut: in Pseudolo de seruis improbis, ac nequam, Ita (inquit) uos estis perditi, negligentes, ingenio improbo, officium uestrum ut uos mone cogatis commouerier. Hoc uide sis, ut alias res agunt, hoc agite, hoc animum aduertite, Huc adhibe-

Non alia quã quæ debemus agenda.

te aures, quæ ego loquar. Vtrumque) .i. & præceptorem & fratrem. Hem) Est admonitio serui, qua inculcat omnia, quæ illi supra dixerat. Serua) .q. d. Vide Pamphile, ut sis apud te & obserues ea, quæ dixi, Mercke auff, ne pater deprehendat errorem, Sihe, das du behaltest, das ich dir gesaget habe. Pamphile) Est reuocantis & Scenæ principium. Serua) .i. ne deterrearis patris aspectu. De improuiso) .i. quasi antea non uidisses, ne aliquid existimet te meditatum esse. Respice ad eum) Infra in Eu: nihil ad nostram hanc. Item, cum ad uirginem respicio. Hem pater) Admirantis & quasi de improuiso respicientis.

Hem pater) Alij legunt, Ehem pater & utrumq; sane recte, nisi quod priore Terentius frequentius utitur, cum simpliciter alicui respondentem significare uult, uelut in Phorm: An: Geta: Ge: Hem: An: quid egisti. Ge: Emunxi argento senes. Posteriore, cum repente & de improuiso respicientem, aut uidisse aliquid dissmulantem, aut denique commotum & quasi perculsum re subita & noua, uelut in Eu: Ehem, tu ne eras mi Phædria? Hic simulat meretrix non præuidisse adolescentem. Rursus ibidem, Quis homo est? Ehem, saluum te aduenire here gaudeo, Hic non uult Parmeno uideri præuidisse uenientem herum, ne quid fallaciæ parasse putetur. In Adelph: Ehem Demea, haud aspexeram te. In Hecyr: Ehem Parmeno tun' hic eras? Hic (ut Donat: ait) interiectio est eius, qua commota sit noua re. In Phor: Quis homo est? Ehem. Hic serus fingit non uidisse se senem, quo ea

qua

quæ dixit, sedulo, atq; ex animo dixisse credatur. Sic alias ferè utitur Terentius. Hactenus Riuius de usu particularum Ehem, &, Hem. Probe] .i. feciſti, laudo te. Dixi) .i. tibi apud forum. Nunc, Est omnino expectantis. Dicit autem hæc clam ad populum, & ad seipsum: Timeo] .i. propter Charinum. q. d. Vereor, ne respondeat se ducturum eam uxorem, tum herus noster excidit uxore. Hic) .i. Pamphilus. Respondeat) .i. patri. Neque] Est humanissima responsio filij. Isthic) i. in hoc præsenti negocio, Isthic] .i. in nuptijs. Alibi] .i. in alijs causis. q. d. in omnibus obediam tibi pater. Hem] Indignantis & dolentis est. Birria audiuit responsum.

Hem] Est interiectio perculsi serui. Obmutuit] .i. pater tuus uno uerbo victus est, Est amplificatio, & hæc in aurem Pamphili dicit Dauus & applaudit adolescenti. Dixit) .i. patri. Est metuentis & secum loquentis. Facis] .i. Pamphile, pater laudat filium propter obedientiam suam. Decet] Debet enim filius obedire patri, idq; diuino etiam præcepto, non naturæ tantum lege. Istuc] lubens facias. Postulo] .i. pro meo iure & officio. Cum gratia] mit liebe vnd willen, mit dancke, non uerberibus coactus, sed sua sponte. Verus] .q. d. nonne uera tibi prædixisse uideor, an non rectè consului, Nonne dixi ita futurum, patrem non commutaturum tecum unum uerbum. Herus] Desperantis. Audio] .i. ex colloquio patris & filij. Excidit] .i. de spe cecidit. Nunc] .i. Quia promisisti te ducturum. I) Colluſio colloquij.

Filium obedire patri decet.

quã. In mora] .i. ut sis paratus. Eo] .i. intro. Vox filij obedientißimi.

Nusquam tuta fides.

Nulla] Exclamatio ab indignitate, Nulli homini fidendum est. Indignatur enim seruus sic ludi herum suo falso gaudio. Nulla] Nusquam tuta fides & rara fides. Ideo, quia multi multa loquuntur. Proinde ne temere cuiuis fidem habeas, Imo uero nulli prorsus, nisi cuius tibi explorata satis, perspectaq; sit fides .h.e. Qui spectatæ, Sinceræq; fidei sit homo. Promissum cadit in dubium. Cato. Rem tibi promissam certo promittere noli. Rara fides ideo, quia multi multa loquuntur. Pertinet hic locus ad ornatum, sicut ubiq; pleni sunt Poëtarum & Historicorum libri hac querela. Ex hac querela nascitur etiam illa Charini, quæ infra promittitur expostulatione Charini contra Pamphilum. Verbum) .i. Prouerbium. Omnes) Ein jeder ist jm die beste trew schuldig, Ein jeder gunt jm das beste. Nemo se ipso diligit quenquam magis. Verißima plane sententia, qua indicat Terentius, quid uulgo fieri soleat, non quid iure fieri debeat. Nam Christiana lex id exigit, ut proximo æque bene uelimus, ac nobis ipsis. Ne) .i. nonne dolendum est, Ist es nicht zu erbarmen. Ego) Est mitigatio indignitatis ab occasione. ἐμοῦ. Corrigit per mitigationem suam indignitatem. Virginem) .i. Filiam Chremetis. Forma) .i. Existente. Commendat à pulcritudine. Bona) .i. honesta. Videre) Ist mir recht. so ist sie schön. Quo) .i. Quare, propter quam. Aequior) Ich kan es jm nicht für vbel han, .i. pro-

pter quam

pter quam causam, Quia uirgo est honesta. Se). i. Pamphilum. Illum). i. Charinum. In somnis). i. nocte. Nunc addit consilium. Renunciabo) .i. Charino. Querela, quod male accepturus sit eum herus. Malo) .i. nuncio. Verecunde dictum est. Malum) .i. infortunium. Si se illam] Collatio personarum. Vt det) Ex consequenti.

ARGVMENTVM IOANNIS IN ACT: II: SCEN: VI.

Hic nunc me.

Elegans hic est uerborum commutatio per senem & seruum, ac callide alter deludit alterum, Qua in re illud iucundum est, quod uterq; suo consilio egregie fallitur. Videre autem est in hac Scena, quid uulgo fieri soleat in humanis actionibus, præsertim hoc tempore, quo solertiæ assignatur, habere in promtu dolos ac captiones, Quibus circumuenias imparatos, nec unquam uerius illud dictum fuit, Quod idem noster infelicius, fallacia alia aliã trudit, nec hoc de ullo temporum gradu probabilius possis dicere, Aetas parentum peior auis tulit. Nos nequiores mox daturos progeniem uitiosiorem, Decet autem assuefieri puerorum animos ad ueritatem. Vt enim nihil pestilentius Reipub: quam Sophistica, ita nihil est in ciuilibus actionibus ueritate sublubrius. Horat: lib. 3. Oda: 6.

ALIVD Ambrosij.

Hæc Scena spectat ad demonstratiuum genus. De industria autem Dauus senem conuentum expetit,

tit, posteaquam Pamphilus præter opinionem patri erat pollicitus summam obedientiam. Existimat enim hoc nunc esse reliquum, ut ita cum sene agatur, ne is intelligat hanc rem astu quodam fieri, neue serio pergat facere nuptias, sed ut antea, ita nunc quoq; mancant nuptiæ simulatæ. Proinde mira arte senem aggreditur. Principio confidentißime de sua innocentia præfatur, & quasi obiurgat senem, qui aliquid mali de probißimo seruo suspicetur. Deinde interrogatus de Pamphilo, quo animo nuptias tolleret, astute incipit ea commemorare, quæ scit seni non displicitura, quod scilicet Pamphilus non grauatim sit uxorem ducturus, & simul breuiter confutat suspicionem de Glycerio. Hac commemoratione reddit Simonem ualde attentum, cui etiam rem ita se habere, quodammodo persuadet. Postremo loco non minori astutia Pamphili tristitiam exponit transferendo omnem culpam in ipsum parentem, quem non mediocriter exagitat argumento falsarum nuptiarum. Sed hoc modo Dauus nimium astutus cauſam per se malã reddit deteriorem. Et præbet magnam occasionem suspicionis de nuptijs disturbandis.

ALIVD EIVSDEM.

Postquam pater uoluntatem filij sui intellexit deducenda uxore, hoc unum metuit, ne dolis Daui turbentur nuptiæ. Ideo sollicite ex seruo percunctatur de filio, quo animo ferat sibi uxorem dari. Dauus ut senis opinionem confirmet, quod Pamphilus uelit nuptias, respondet in hunc modum, ut omnia conueniant cum sermone

sermone Pamphili, ac uterq; insidiose mentem alterius conatur explorare. Deinde Dauus cum urgetur pernunciatione senis (qua utitur ad Daui confessionem eliciendam) fingentis Pamphilum sibi tristem esse uisum, callidissime ludificatur senem, causam tristitiæ per translationem reijciens in ipsum patrem & exagitans nuptiarum apparatum. Quare senex discedit sollicitus & iratus, suspicatus aliquid mali subesse & ueteratorem istum minime cessaturum impedire nuptias.

ALIVD RIVII.

Seruorum calliditate, uersutiaq; non raro falli heros docet hac Scena Terentius. Non omnino falsum uidetur, quod dici solet, Quot habemus seruos, totidem nos habere hostes, Quo quidem monemur, ut in Chil: ait Erasmus, ne quid fidamus illis, neue ex animo nobis amicos arbitremur, qui nos metu colunt. Illud hic perquam iucundum est uidere, ut uterq; tam Simo, quam Dauus & fallat & fallatur. Dicas eodem in ludo doctos & similes habere labra luctucas, & Deum simile duxisse ad similem, Qualis dominus sit, talem esse & seruum.

ALIVD ἄλλο.

Pamphilo iam digresso, qui promiserat summam obedientiam patri in uxore ducenda callide restitit Dauus, & se offert seni, ut confirmet eius opinionem de Pamphili nuptijs. Est iucundus hic ludus propositus, in quo uterq; admodum insidiose alterius mentem explorare conatur. Sed quia urgetur seruus

principali-

principaliter illa percunctatione de tristitia Pamphili, quæ uidebatur magnum signum esse animi abhorrentis ab re uxoria, Comminiscitur nouam causam huius tristitiæ, simul ridiculè exagitans apparatum nuptiarum.

ALIVD ἄλλο.

Vt fiat ueri simile patri, Pamphilum serio uelle nuptias, subiscitur & seruuli cum hero congressus, quo senis insidiosam percunctationem callidius confutat.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. ANDR: MISENI IN Act: II. Scenam. VI.

Propter consuetudinem huiusce hospitæ) Consuetudo hic significat ein gemeinschafft oder geselschafft, ut, Intercedit mihi cum eo magna familiaritas, Ich habe sein gut kunde. Supra, Hic paruæ consuetudinis causa. Inde uerbum consuesco, quo usus est infra in Phor: Consueuit olim cum eius matre, quod habet inhonestam significationem, er hat mit jr zu gehalten vnd gebulet. Ita hic quoq; accipi potest consuetudo pro amore inhonesto, sicut statim commutat, Amauit dum licitum est ei, &c. kunstschafft, freundschafft.

Præter spem cuenit) præter, hic contra significat. h.e. contra spem cuenit, es ist anders ergangen, denn er gehofft hat Sic dicimus, præter opinionem. h e. aliter, quam opinatus sum. Infra, præter ciuium morem, & legem.

Hoc male habet virum) *formula latina est h.e. iniquo animo fert, hoc dolet ei, hoc urit eum, das verdreuſt jn. Infra in Eu:uro hominem.*

Ne vnquam infamiæ ea res ſibi eſſet) *Elegans uſus eſt huiuſmodi datiuorum, Eſt mihi infamiæ, dedecori, probro, ich habe des ein ſchande. Sic, Hæc res eſt mihi bono, lucro, incommodo, ich habe ſein ſchade. Eſt mihi honori. Supra, Eſt tibi cordi. Cice: tibi æque magnæ curæ eſſe ſcio.*

Nimium parce facere ſumtum) *Sumtum facere, formula latina eſt, ſich verköſtigen, oder vnköſt füren. Sic dicimus, parce ſumtus facere, large ſumtus facere. Item, magnos ſumtus facere, ut, Maritis magni ſumtus ſunt faciendi. Sic exiguos ſumtus facere. Infra in Heau: Tantos ſumtus facere. Item in Heau. ubi uidebit tantos ſibi ſumtus fieri. h. e. Sibi faciendos eſſe, das ſolche vnköſt auff jn gienge. Sic, ſuſtinere ſumtus, ferre ſumtus, & tollerare, vnköſt ertragen. Item, leuare ſumtus. h.e. minuere, Infra in Heau: Item in Heau: Suppeditare ſumtus. Item in Adelph. His rebus ſumtus ſuggeris. Infra in Adelph. ſumtum admittit.*

Obſonatus eſt] *Hat ein gekaufft brod vnd wein. Obſonium Valla dicit eſſe quicquid caruis, piſcisue præter panem, pulmentumq; comedimus. Inde obſonare neutraliter uel obſonari deponentaliter eſt obſonia coemere, ſpeiſe ein kauffen, Sic eſt hic, Vix drachmis obſonatus eſt decem. Infra in Adelph: Neutraliter extulit, obſonat, potat, &c. Obſonium Græci uocant*

ci uocant ſtipendium ſeu autoramentum, ſold. Sic eſt Paulus uſus. Ro:6. πὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος. Obſonia peccati mors.

Aequalium] Aequales dicuntur, qui eodem tempore nati ſunt, qui ſimul accreuerunt, die gleich alt ſind, die mitemander auffgewachſſen ſind. Coætanei autem dicuntur, qui uno tempore uiuunt, quanquam diſparibus annis: Græci uocant συνχρόνους d e gleich alt ſind. Vt Eraſmus Roterodamus & Philippus Melanthon Piæ memoriæ, Coætanei fuerunt, non autem æquales. Alter enim maior fuit altero.

Veterator) .i. aſtutus, uerſipellis, natus & ſculptus ad fraudes & technas, ein liſtiger verſchmitzter ebenthewer, in der büberey wol geübet, der ſich in alle ſchalckheit weis zuſchicken.

Illic eſt huic rei caput] Infra ſic commutauit, Quis abs te non eſſe ortum putet. h.e. te eſſe autorem. In Eu: Sic Parmenonis tam ſcio hanc technam eſſe, quam me uiuere. Es kompt von dir her, du haſt es angericht. Sic & dicimus, Capita ſeditionum, die fürnemſten in der auffrur. Sic eſt infra in Adelph. Id ne eſtis autores. Item, capita accuſationis uel cauſæ, die fürnemeſten ſtücke darauff die ſache ſtehet.

SCHOLIA, quæ explicant Textum, Act. II. Scenæ. VI.

Hæc Scæna eſt plena affectuum & ſuſpicionum. Dauus enim, quem uult deſcribere Poëta ſubdolum, aſtutum, uafrum & uerſipellem & ad fallendum ſcul-

ptum,

tum, sentit insidias senis, quod expiscatum ueniat Senex, cui res suspecta erat, interrogat de animo Pamphili & fallitur ab astutiore. Daui igitur aescriptio iam ubiq; admirabilis est. ἄλλως. Quandoquidem fallendus est Simo, suspiciones excusantur, fitq; uerisimilis filij responsio. Hic) .i. Simo Cum magno contemtu ista dicit Dauus, ita tamen, ut audiatur à Sene. Credit) .i. non aliter cogitat, quam quod uelim disturbare nuptias. Portare fallaciam) in zwölle betriegen. Est formula ad disturbandas nuptias. Hic) Est aduerbium. Gratia) .i. causa fallendi senem. Sic dixit Dauus, ut senex exaudiret. Restitisse) .i. mansisse, bleiben stehen. Quid) Mutatio personæ est, q. d. Quid tu narras. Aeque) .i. nihil dico, uel tantundem dico, atq; prius. Dauus omnino obliquam reprehensionem dat. Nihil ne) .i. narras, Indignantis est. Hem) Interiectio senis comminantis. Aeque) .i. nihil. Sic Donatus, Tantundem ut antea, eben so viel als zuuor. Prorsus) .i. narro. Confimatio superioris sententiæ. Atqui) .i. certe. Expectabam) .i. te aliquid noui dicturum, Præter spem) id est, contra spem, quod filius sic respondet. Ironia est, & dicit ad spectatores. Euenit) .i. Simoni, in responsione filij, er hat sich nicht vorsehen, das der Son ein solche antwort zwürde von sich geben. Virum) per Ironiam posuit uirum pro defesso sene, q. d. Hoc non usu uenit, quod maxime uelit. Male habet) Cum magna irrisione, Man sol es dem manne nicht thun. Potin') .i. potes ne. Interrogatio continens admonitionem.

O Facilius)

Facilius) .i. possum, quam uerum dicere, q. d. Mendacium proloqui multis opus habet Pharmacis. Ridicule respondet Dauus, nicht leichters, das ist, leichtlich. Ego non mentior. Num) Est totius negocij propositio, & interrogantis est. Facilius) .i. Quam ueritatem dicere possum. Sed falsum dicere, illud est difficillimum. Nuptiæ) .i. constitutæ cum filia Chremetis. Illi) .i. Pamphilo. Huiusce) .i. Glycerij. Contemtum significat. Molestæ) Nam, ut antea dixit, omnes, qui amant grauiter sibi uxores dari ferunt, ob quod adycit, propter hospitæ huiusce consuetudinem. Vtitur autem senex blandis uerbis mitigans rem, ut alliciat Dauum ad uerum narrandum.

Nihil) .i. molestæ sunt nuptiæ. Callide respondet Dauus, & laudat magnam constantiam & fortitudinem filij. Aut) Conceßio, &wenn es gleich etwas ist. Adeo) .i. molestæ sunt nuptiæ. Bidui) es ist vmb einen tag oder zween zu thun, es &weret doch nicht lange. Sollicitudo) .i. nuptiarum. Nostin') ἀποδιωξις, figurata reiectio, kans bey dir abnemen. Si uis referre ad personam Pamphili, tunc expone Nostin') .i. ingenium Pamphili. Desinet) .i. illa sollicitudo, q. d. non amplius excruciabit se propter nuptias. Etenim) Ratio. Rem) .i. nuptias istas. Er &wird thun was recht ist, er &wird es recht bedencken. Reputabit) .i. diligenter, quia iam excesit ex Ephebis. Laudo) .i. libenter audio, quod hoc filius facere instituerit. Nouum uocabulum ostendit, quomodo sicet placuerit responsio serui de filio. Dum licitum)

Excusa-

Excusatio ante factorum, seu explicatio ante actæ uitæ, per collationem. ἄμωσ. Magno consilio uerba senis repetit, quæ supra dixerat. Dum ætas tulit, siue animum ut expleret suum, ut uerisimiliter dicat. Licitum est) .i. per te, h. e. Dum tu permisisti ante nuptias. Aetas) Iugetd, q. d. dum fuit adolescens, & ætas esset immatura nuptijs. Argumentum á puericia.

Dum licitum est ei, amauit) Iuuenes ob genuinum ipsorum, atq; insitum feruorem ætatis amoribus fere sunt obnoxij, facibusq; illis Cupidinis inflammantur, ut idcirco apud Ethnicos quondam ei ætati aliquid daretur, esset liberior adolescentia, nom omnia uoluptatibus denegarentur, liceret amare, liceret uti rebus uenereis, commeare explendæ causa libidinis ad mulierculas, animo suo obsequi, Ob quod Cicero in oratione pro M. Cælio, Si quis est, inquit, qui etiam meretricijs amoribus interdictum iuuentuti putet, est ille quidem ualde seuerus, negare non possum, sed abhorret, non modo ab huius seculi licentia, uerum etiam á maiorum consuetudine atq; concessis. Quando enim hoc non factum est? quando reprehensum? quando non permissum? Hæc ille. Ergo & hic ait Dauus, Dum licitum est ei, dumq; ætas tulit, & idem superius Simo quoq; dixerat. Præterea & apud Plautum in Bachid: Philoxenes ita Lydo de filij amoribus querenti respõndet, Eia (inquiens) Lyde, leniter qui sæuiunt, sapiũt magis. Minus mirandũ illæc ætas si quid illoriũ facit, quam si non faciat, feci ego isthæc itidem in adolescen-

lescentia &c. Porrò ad extinguendum illum iuuentæ ardorem, uenereæq; libidinis flammam Deus instituit matrimonium ceu remedium quoddam efficacißimum. Hinc & Paulus ait, Melius esse nubere, quam uri, & Salomon, Exhilaret te uxor (inquit) quam adolescens ducis, teu iucunda cerua, & uenustus hinnulus, illius te amor perpetuo exaturet, & amore eius semper fruere. Idem, Inueniens uxorem, inuenit bonum, & hauriet uoluptatem à Domino.

Tum id clam cauit, ne vnquam infamiæ ea res sibi esset) primum est, non peccare. Proximum, si omnino male agere decreueris, clàm id ut facias, ne infamiæ tibi sit. Plautus, Ita tuum confertò amorem semper, si sapis, ne id, quod ames, populus sciat, tibi sit probro. Ouid. Non peccat, quicunq; potest peccasse negare, Solaq; famosum culpa professa facit. Id) .i. fecit, scilicet, quod amauit, hat es heimlich gehalten. Commendat mediocritatem Pamphili. Ea res) .i. quod amauit. Decet) .i. ita se præbuit. Noêma. Fortem) non tantum adolescentem. Nunc) .i. hoc tempore, quia est in adolescentia, quia ut hoc consulis, & iubes. Est conclusio. Adpulit (Metaphora sumta est à re nautica, q. d. uult instituere honestam uitam. Adpulit) .i. lubens, quamuis impeditus amoribus. Subtristis) Noua occasio ad eliciendam sententiam. ἄλλως. Alia percunctatio & quasi occupatio ad confessionem eliciendam. ἄλλως. Confutatio à signo, & est Enthymema, subtristis uisus est esse aliquantulum mihi, Ergo non libenter ducit uxorem.

uxorem. Mihi) .i. ame, Græcismus est, q. d. Cur ergo tristior uisus est, cum gratæ fuerunt nuptiæ. Visus) Budæus in commentarijs Græce linguæ sic legit, subtristis uisus est esse aliquid. Nihil) Obiectio, in qua egregium mendacium profert seruus. Rem) .i. propter uxorem nihil est tristis. Nihil) .i. non. Callida & uafra confutatio seruuli, quia reijcit causam tristitiæ in ipsum senem per inuersionem uel translationem. Quod) .i. propter quod. Succensеat) .i. Pamphilus, q. d. Est alia res, propter quam irascatur. Quid) .i. quæ causa est, quod mihi succenset. Diligens est inuestigatio.

Puerile) .i. non est dignum, de quo uerba faciam. Extenuatio seu reiectio. Non enim habet, quod respondeat. Ideo reijcit. Quid est) Quasi iratus interrogat, & magis serio. Puerile) callide suspendit responsionem, ut prouocet calliditatem senis. Quin) Aduerbium adhortantis est, estq; uehementior interrogatio. Quid est) Simo non desinit percunctari & serio dicit. Ait) .i. filius tuus apud omnes. Facere) i. in nuptijs. du richtest zu kleine hochzeit an, Man kauffe zu wenig ein, du wilt zu wenig zur hochzeit geben. Mene) .i. audet dicere, me nimium parce facere sumtum. Sagt er, das ich zu wenig ein kauffe. Simo ad se pertinere statim intelligit. Te) Affirmantis, estq; translatio culpæ. Vix) Mimesis, estq; extenuatio. Inquit) .i. filius. Obsonatus) .i. emit ad nuptias. Decem drachmis) kaum für einen vngerischen gülden. Drachma est genus numismatis, Græcis idem

ualens, quod Romanis Denarius. Octo autem Drachmæ uno aureo Rhenensi æstimantur. Drachmæ decem precium Coronæ. Duæ igitur Drachmæ ualent ferè quarta aurei parte. Sex oboli precium drachmæ. Obolus quinq; nummuli Misnici. Videtur) das er luſt habe dem Sone ein weib zugeben. Quem) Amplificatio. Aequalium) meiner geſellen. Ab ætate. Potiſsimum) pro, potißimorum, die vns am beſten bekand ſein, à dignitate. Dicendum) .i. cum filius non adeſt. Iam ipſemet addit reprehenſionem & comprobat dicta Pamphili. Dicendum) Rurſus uerba Daui, q.d. Alhie geredt, Sonderlich, vnter der roſen geredt, zwen mans ja ſagen ſol. Hic] .i. abſente filio, nobis ſolis. Perparce] .i. paras nuptias aut es parcus in emendo, thuſt jm zu wanig, q. d. cum ille peccet, quod pueriliter ſuccenſeat, tu quoq; peccas, perparce nimium faciendo ſumtum. Laudo] .i. iſtam tuam conſuetudinem, aut eiuſmodi ſordes. Tace] Indignantis aut minantis eſt, ich mag ſolchs nicht hören. Commoui] .i. illis uerbis, quod ſignificaui nullas futuras nuptias, ich habe jhnen entrüſtet, ich habe jhm gegeben. Dicit ad ſpectatores cum quadam irriſione, ich habe jn getroffen. Ego] .i. pater exiſtens. Iſtæc] .i. illa curentur quæ ad nuptias pertinent. Quid nam] Indignantis cum admiratione. Rei eſt] .i. quod inſtituit ſeruus, ſecum loquitur de aſtutia & malicia ſerui diſcedens. Rei] .i. cum ſeruo meo. Vult] quid facere inſtituit eiuſmodi commento. Veterator) .i. Dauus. Proprium Epitheton Daui. Mali] .i. ſi filius promiſ-

ſa non

[a non compleuerit. Hem] indignantis est. Illic] .id Dauus est origo. Caput] .i. principium, fons, præcipuus autor, ein anfang, q.d. es kombt vom Dauo her.

ARGVMENTVM IOANNIS STIG: in Act. III. Scen: I. Ita pol &c.

Pertinet hæc scena ad Oeconomiam fabulæ, in qua quasi submota ac quiescente non nihil Daui persona fingit Poëta casu Simonem incidere in colloquium ancillarum Glycerij, qui etsi coram audiat partu laborantem Glycerium, tamen pro sua sagacitate non putat ueri simile esse illam parere, sed tum ancillas, tum Glycerium ipsam suspicatur esse subornatam à Dauo. Itaq; putat se iam plane intelligere Daui astutiam, quam caueri ac propulsari à se facile posse confidit, fallitur tamen hac persuasione, ut in sequenti scena apparebit.

ALIVD Ambrosij.

Mysis, quæ missa erat pro obstetrice accersenda, magnam occasionem præbet seni ad maturandis nuptias. Intelligit enim ex illius oratione grauidam esse Glycerium & iam instare partum, quæ res non tam perturbat senem, quã admonet suæ diligentiæ, ne securus Dauo deliberandi spacium permittat ad nuptias disturbandas. Proinde cum ita se rem habere intelligit, ut serui dolis, nisi cauet, facile possit decipi, primum gaudet, quod nunc factum intelligit. Deinde

constituit se porro diligentius cogitaturum, ne quid mali seruus machinetur, neue impune aliquid possit admittere.

ALIVD EIVSDEM.

Periculum Pamphili subinde maius fit, qui admodum periclitatur propter Daui consilium. Nam statim intelligit pater ex sermone ancillæ, quæ missa erat ad obstetricem, Pamphilum suscepisse puerum ex Glycerio, quod tamen omnino uerum esse minime credit senex, qui existimat hoc totum confictum esse à Dauo ad nuptias impediendas & sanè gaudet de sua sagacitate, quod subinde magis intelligit serui fallacias, à quibus se planè liberum esse sperat.

ALIVD Riuij.

Docet hæc scena Simonis exemplo nimiam interdum calliditatem obesse, neq; raro fieri, ut qui belle sibi olfeciſſe omnia, deprehendisseq; sagaciter uidentur, in magno uersentur errore, suaq; opinione multum fallantur.

Nimia interdum calliditas obest.

ALIVD ἄλλο.

Vt ad Epitasin quasi gradu quodam eatur, postquam iam Pamphilus patris uoluntati sese dedidit & patris consilium seruuli technis pulcre deludum uidebatur, casu fingit Poëta in mediam constitationem senis & serui mulieres incidere, à quibus satis cum periculo tota res proditur, ut Dauo in extremo discrimine desperandum fuerit, nisi subito periculum depulisset error senis, qui suspicatur mulieres

ad

ad hoc ablegatas esse, ut earum commento nuptiæ impedirentur. Ita senex nimium suspicioſus & cautus, ne serui dolis deludatur, ita sese capit, & in re uera fallitur.

ALIVD ἄλλο.

Supra dixit ancilla Mysis, se mitti ut accersat obstetricem. Nunc eam adducit, sed inter eundum ancilla exponit totum negocium de Pamphilo, quod is promiserit Glycerio, se nunquam eam deserturum. Hunc sermonem de improuiso audiens senex, quod uidelicet iam fides data sit puellæ, item, quod susceperit ex ea puerum, primum admodum admiratur & indignatur Dauo, Deinde uero foribus appropinquans, & audiens clamorem parturientis, iucundo quodam errore existimat, non uere parere puellam, sed confictum esse à Dauo, ut Chremes absterreatur, & nuptiæ penitus impediantur. Ita fingitur pater falsa suspicione seipsum ludificari in re, quæ nimis uera est. ne Pamphilus ad summam desperationem propter Glycerium adigatur.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. AND. MISENI in Act. III. Scenam I.

Adeon' est demens ex peregrina) Alludit ad legem, cuius infra facit mentionem, ciuibus Atticis non licuisse ducere, nisi ciues. Apparet hoc etiam ex Demosthenis oratione de Corona, ubi scribit quibusdam uicinis urbibus & confœderatis concessum fuisse

ius contrahendi matrimonij cum ciuibus Atticis, si quando insigni aliquo beneficio rempub. Athemiensium sibi deuinxerant. Eius rei extant etiam hodie reliquiæ in urbibus Imperij, ubi illi, qui sunt ex claris familijs & tribubus, quos uulgo uocant, die von den geschlechten, non ducũt, nisi ex claris familijs ortas. Eius etiam rei uestigia apparent in nobilitate.

Iuno Lucina fer opem) Iunonem Lucinam à Poëtis Dianam appellari constat ex Catullo, cuius hi sunt uersiculi. Tu Lucina dolentibus, Iuno dicta puerperis. Ouid. 3. fast.

Dicite, tu nobis lucem Lucina dedisti.

Dicite, tu uoto parturientis ades.

Siqua tamen grauida est, resoluto crine precetur.

Vt soluat partus molliter ipsa suos. Plin. lib. 16. cap. 44. Item facit mentionem Lucinæ putatq; nomen accepisse à Luco. Sic enim inquit, Esse quidem uetustiorem Lucum, non est dubium, cum ab eo luco Lucina nominetur. Ouidius autem 2. fast. & à luco, & à luce. h. e. quod producat in lucem infantes, Lucinam dictam esse putat. Inquit enim.

Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus,

Aut quia principium tu Dea lucis habes. Hinc apud Teren. in Andr. & in Adelphis parturientes implorant opem Iunonis Lucinæ his uerbis, Iuno Lucina fer opem, Serua me obsecro, credebant, enim præesse parturientibus.

Quos ludos mihi redderet] formula latina est quam commode uertunt Germani, Was sol er mir

für ein

für ein spiel zurichten. *Infra in Eu: Ludos præbere*, ein gelechter zurichten.

In portu nauigo) .i. *sum extra periculum.* In portu enim nauigare est simpliciter esse sine periculo. Deinde nominamus etiam hominem portum, in cuius præsidio acquieſcimus. Postremo illi dicuntur se recipere in portum, qui se traducunt ad tranquillam aliquam uitæ rationem.

SCHOLIA, quæ explicant Textum, Act. III. Scenæ I.

Est confirmatio querelæ Lesbiæ, quæ ante Act. 1. Scen. 4. de infidelitate amatorum conqueſta est. Hanc querelam Mysis nunc comprobat. ἀλλως. occasiones, quibus & senis suspiciones confirmantur, & Daui consilia interturbantur, & impellitur senex ad maturandas nuptias. Et quia ex fictis nuptijs ueræ futuræ sunt, occasiones præponuntur. ἀλλως. Quia statim omnia futura sunt perturbata, oportet turbarum occasionem probari. Ea est, quod reſciſcit senex esse natum puerum, atq; ita maturabit nuptias, &c. Ita] Ex abrupto orditur. Confirmat enim orationem, quam habuit Lesbia, licet hic non sit posita, sed supra. Pol] Iurantis est, Ια τραγεν. Dixti] .i. de infidelitate amatorum. Ferme] pro, facile ponitur. Inuenias) potentialis modus, pro, posit inuenire. Posuit enim secundam personam pro tertia. Virum] .i. raro inuenies fidelem uirum .i. amatorem, à loco communi exponit confirmationem. Inuenias, Enallage,

lage. Exordium sumitur à sententia digna muliere. Fidelem] der es gut mit einer meinet. Ab Andria] .i. Glycerio, der Glycerij magd. q.d. fauet Andriæ, uel pertinet ad hanc, quæ est ex Andro. Quid nonnunquam uerbum, Est, significat stare, ut, ille stat à parte Cæsaris. Senex hanc orationem audiens, statim ex uoce iudicat ancillam esse ex familia Glycerij. Ancilla) .i. quæ loquitur. Quid narras) Was dünckt dich darzu. Est percunctatio. Sed] Sententia à contrario sumta. Pamphilus] .i. de quo iam sermo erat. Est excusatio Pamphili. Hic, .i. non est talis. Hic, habet emphasin. Quid dicit) .i. de Pamphilo. Est admirantis, aut obiurgantis. Firmauit) .i. sancte promisit, se nunquam illam deserturum, Er hat bey trewen verheissen. Supra, dedit fidem. Hem) Interiectio, uerba accipientis cum quadam admiratione. Ἀπόφασις. Significatio metuentis ex subita proditione rei.

Vtinam] Dauus uereturnunc, ne inde aliquid mali eueniat, Igitur optat, aut senem surdum, aut ancillam mutam fieri. Vtinam) Votum secum loquentis ad spectatores. Hic) .i. Simo. Hæc] .i. Mysis. Surdus) quo illam non audiret. Muta] .i. ne uerbum posset loqui. Nam) Ratio fidei. Peperisset] .i. Glycerium. Tolli] .i. educari. O Iuppiter) præ indignatione ad subitum nuncium exclamat. Actum) .i. de meo filio. Est prouerbialis locutio, qua summam desperationem significamus. Græcis est περιπέπτωκα. Siquidem] .i. modo. Hæc] .i. ancilla. Vera] Hoc ideo

ideo addit, quod suspicetur esse ficta & instructa ita omnia dolis Daui. Bonum) .i. tale exemplum antea nunquam audiui, des gleichen habe ich noch nie gehöret. Ingenium .i. naturam, von guter art. Optimum] .i. libenter seruat, quod promisit. Optimum] .i. ingenium est in Pamphilo. Correctio. Confirmatio dictorum de persona Pamphili. Sed] præcisio illius colloquij. q.d. desine iam loqui illi puerperæ. Illi) .i. Glycerio parturienti. In mora) .i. ut sis præsto, quando tua opera opus erit. Sequor] .i. ut adsim in tempore. Quod) Secum loquitur & deliberat. Primum est admiratio descripta senis. Deinde ipse stultus suam sagacitatem prædicat. Remedium] mittel. q.d. Quomodo debeo mederi huic malo. Quid hoc) .i. rei, aut noui est, quod dixit Lesbia. Demens .i. filius. Peregrina] .i. meretrice suscipere filium. Nam erant leges Atticæ, quæ uetebant peregrinam ducere uxorem. Et peregrinæ erant in eo loco, quo sunt iam meretrices. Iam scio) .i. quid rei sit, nu kom ich dahinder, was die meinung sey, Prædicatio suæ sagacitatis. Ah) Admirantis. Argumentum ab honesto. Vix] Correctio. Videtur iam deprehendisse uerum, & putat hæc conficta esse á Dauo, ut turbentur nuptiæ. Nam opponitur seni opinio, & candor Pamphili. Sensi) .i. illos dolos esse. & me illis deludi. Sensisse) .i. intellexisse, &was ist er innen worden, was hat er erfaren. Hæc] Adhuc prædicat, quam sit perspicax. Hæc) .i. ex multis alijs. Hoc] .i. Dauo. Colligit ex causis & rationibus fingi hanc rem. Hanc) .i. Glycerium.

cerium. Simulant] geben für. i. ſuaſu & inſtinctu Daui. Abſterreant) .i. propterea hoc fingunt, ne det Chremes filio gnatam ſuam in uxorem. Iuno] Iam interſerta eſt fictio perſonæ. Iuno nomen habet á iuuando. Facti deſcriptio eſt, ſcilicet, parturientis mulierculæ. Cicero lib: 2. de natura Deorum, ut apud Græcos (inquit) Dianam, eamq; Luciferam, Sic apud noſtros Iunonem Lucinam in pariendo inuocant. Hui Illuſio parturientis. Fer) .i. propter partum. Serua) .i. ne peream in partu. Cito) .i. poteſt parere, Gebet es ſo balde zu, das man ein kind kan kriegen. Ridiculum) .i. ſtulte. Aduerbialiter, Wie gute boſſen ſind mir das. Approperat) .i. illo clamore, Non fat commode] Apoſtrophe ad Dauum & eſt irriſio, du haſt die kunſt verſehen zu rechter zeit, du haſt es vbel angefangen. Hæc] .i. inſtituta & negocia. Tibi] .i. á te. Diuiſa) .i. diſtributa .q.d. Tua conſilia iam ſunt nihili, nec unumquodq; ſuo tempore egiſti, non recte ordinaſti rem, omnia ſunt confuſiſſima, du haſt der zeit nicht wol wahr genommen. Saluſt: in Catil: Sed ea diuiſa hoc modo dicebantur.

Temporibus) .i. pro tempore. Nihil non ſuo tempore debet fieri, & permultum ad rem agendam, facit temporis opportunitas & occaſio, quæ καιρὸς Græcis dicitur, uſq; adeo, ut ſi quid non ſuo tempore fiat, quamlibet alioqui bonum, malum reddatur. Lege Eraſ: pro: γνῶθι καιρὸν. Mihi] .i. á me. i. non eſſe diuiſa temporibus. Eſt ſignificatio innocentiæ. Mihi .i. dicis. Diſcipuli) .i. Pamphili. q. d. ita ne tuo diſci-

pulo

pulo consulis, ut ipse prodas, Aut, non cogitas, quomodo debeas consulere filio. Nescio) quia mihi non sunt discipuli. Hiccine). i. Dauus. Discedens senex triumphans se cæpisse Dauum hæc loquitur. Imparatum) incogitantem vngewarneter sache. Argumentum à minori ad maius, Hoc fecit in falsis nuptijs, quid faceret in ueris. Adortus). i. aggressus Dauus, einen angreifen. q. d. Es ist gut das ich darhinder bin kommen Reprehensio est cum Ironia. Ludos] .i. irrisiones, fallacias, einen bossen reissen. q. d. &wie solt er mich vmb die fichten gefüret haben. Huius). i. Daui. Periculo) Es sol vber jn ausgehen, es stehet sein ebenthewer, ille periclitatur, illum manent pœnæ. Sunt uerba gratulatoria. Nauigo). i. in tuto sum, sum extra omne periculum. Ich verlire nichts dran. Prouerbium est latinum, quo significamus nobis omnia esse in tuto, nos esse extra periculum, ich bin aus aller gefahr. Portus autem significat stationem nauium, ubi solent hyemare, das gestade, Similitudo ducta est à nauigantibus. In portu) Gloriantis propter suam astutiam.

ARGVMENTVM IOAN: STIG: IN ACT: III: SCEN: II.

Adhuc Archillis, &c.

Initio huius Scenæ eleganti Hypotyposi ob oculos ponit Comicus medicorum in ratione curandi morem ac consuetudinem. Videtur autem taxare imperitorum medicorum arrogantiam & insolentiam, qui artem quæstus causa exercent. Neq; enim contenta

tenta est hic obstetrix, ut dicat, quod iussi, sed etiam sanctis pro imperio adderet, quantum imperaui. Tales ut hinc inde, ita etiam lib. 29 Cap. 1. depingit Plinius cum inquit, Diſ unt periculis noſtris & experimenta per mortes agunt, medicoq; tantum hominem occidiſſe ſumma impunitas eſt. Eſt autem bonis medicis & honor præcipuus & reuerentia præſtanda, quod cum Philoſophi, ut Plato, tum Poëtæ ueteres, ut Homerus, prudenter præceperunt. Porro etſi Simo Leſbiæ uerbis commouetur, Tamen nihilo minus ſuſpicatur rem tantum ſubornari ac componi aſtutia Daui, nec perſuaſum habet parere Glycerium. Expoſtulat autem cum Dauo tanquam autore huius fallaciæ, & colligit argumenta à plurimis circumſtantijs, quibus adductus exiſtimet ſimulari partum. Purgat ſe de ſimulatione Dauus, & remouet culpam autoritate famæ, quam eſſe fingit de nato puerulo. Rem tamen ea calliditate enunciat, ut ſenem nihilo minus in ſuſpicione de ſimulato partu Glycerij retineat.

ALIVD Ambroſij.

Non poteſt Simo adduci, ut credat Glycerium parere. Exiſtimat enim hanc totam fabulam eſſe confictam, ut ſuum conſilium de nuptijs mutet. Hæc ſuſpitio ſimulati partus maior fit, poſtquam audit orationem obſtetricis, quæ domo exiens diligentiſſime præcipit, ut magnam puerperæ habeant curam. Quia uero perſuaſiſſimum ſenex habet, omnia iſta fieri autore Dauo. Serio cum eo expoſtulat, quod antea admonitus,

monitus, ne quid in nuptijs fallaciæ tentaret, tamen omnia facere ausus sit. Sed Dauus suas partes & Pamphilū agens, egregie se defendit, callide & ficte, diluens senis suspicionem. Ostendit enim se, ut fidelissimum seruum omnia fecisse pro utilitate sui heri, propterea quod summis laboribus persuaserit Pamphilo, ut rellicta Glycerio animum iuxta patris sententiam ad uxorem applicet, atq; hac ratione uerisimili non nihil dubium & cogitabundum reddit Simonem. Verum is tamen post deliberationem secum statuit, ut Chremete exorato filius cogatur uxoren ducere.

ALIVD EIVSDEM.

Duriter expostulat cum Dauo senex tanquam autore omnium, quæ nuptias impedire possunt, & manet interim in illo errore, quod existimat puerum non esse natum ex Pamphilo. Porrò audiens excusationem serui non omnino iudicat eum innocentem esse. Capit itaq; consilium, ne plura accedere possint impedimenta de conueniendo Chremete. Quare hæc Scena continet occasionem maturandarum nuptiarum, ut quasi per gradus quosdam ad summam Epitasin res perducatur. Non enim potest senex ab ea sententia deduci, quin simulari partum ad disturbandas nuptias credat.

ALIVD RIVII.

Et hic Simo seipsum fallit, dum nimium callidis, sed uanis coniecturis, ut post docuit exitus, rem se intellexisse sperat. Perspicitur hinc & Daui uafri-

cies, qui domini errore pulcre, astuteq; ad suum abutitur commodum.

ALIVD ἄλλο.

Pergit senex in suspicionibus, quas semel animo conceperat de falso partu mulierculæ. Etsi enim & nunc audiat ipsam obstetricem præcipientem serio quæ Pharmaca exhibenda sint puerperæ, Tamen omnino credit hoc quoq; confictum esse à seruo ad nuptias disturbandas. Expostulat autem cum Dauo, quem putat autorem esse omnium rerum, quæ acciderunt, & grauiter ei commitatur, quod breui sit daturus grauissimas pœnas. Ad hanc expostulationem dupliciter respondet Dauus. Primum excusat se ab innocentia. Deinde futurum prædicit, ut liberet seruum omni suspicione, & credat peperisse puellam, ubi puerum ante fores positum uidebit. His uerbis etsi non nihil mouetur senex, Tamen pergit exequi suum consilium de conueniendo Chremete.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D: ANDREAE MISEni, in Act: III. Scenam II.

Vt sit superstes) hoc est, Vt saluus & uiuus maneat, das er lebendig bleibe, Gott gebe im ein langes leben. Sic & dicimus, Ex clade Vngarica pauci principum manserunt superstites, &wenig herrn blieben vbrig.

Abs te ortum esse) Es ist von dir her kommen, du hasts angericht. Obseruabunt pueri copiam & mo-

& modum commutandæ unius orationis. Supra dixit, Illic est huic rei caput. Hic, abs te esse ortum. Infra Quasi tu dicas consilio meo factum. Supra item aliter Iam primum ab illo affertur mihi hæc fallacia. In Eunucho sic, Parmenonis tam scio hanc technam esse, quam me uiuere. Aliter etiam sic, Tu autor es illius rei.

Edixin) Habe ich dirs nicht gesaget, oder verboten. Ab edico fit nomen edictum, h. è. decretum, ein gebot, ut, Princeps edicto publico exigit tributum pro suscipienda expeditione contra Turcam.

Nihil iam mutire audeo) Aliter sic, Ne hiscere audeo. Metaphoræ sunt, quas Germani sic reddunt, ich darff nicht mucken, ich darff das maul nicht auff thuen, hoc est, ne uerbum quidem proloqui ausim.

Posterius) pro, postea. Infra in Adelphis. Actus II. Scena 1. Tu quod te posterius purges. Item in Adelphis. Actus I. Scena II. Ipse continet posterius. Cicero pro Pub: Quintio. Posterius ista uidebimus. Item libro 12. Epistola 24. Sed hæc posterius. Plautus in Amphitr: Ne posterius in me culpam transferas.

Concurrunt) Latini utuntur uerbo, concurrere, non aliter atq; Germani, Es felt allerley für, Es begibt sich mancherley. Sic est infra quoq; in Heau: Concurrunt multæ opiniones.

Consilium capere) supra usus est uerbo frequentatiuo, Quid captant consilij, h. e. quid consultant, &was radschlagen sie.

Abstraxit) *Infra in Hecyr: Vix me illinc abstraxit.*

Expetit vxorem) *supra dixit, Animum ad uxorem appulit.*

Paruipendo) *.i. floccipendo, Ich acht es geringe, Ich bekümmere mich nichts darumb. Supra Paruifacere, minime, flocci facere.*

SCHOLIA, quæ explicant Textum Act. III. Scenæ II.

Senex à Dauo impellitur, *ut maturet nuptias, non ut ledat Pamphili causam, sed ut perturbet senem.* ἄλλως. *Hæc scena est generis iudicialis, & status coniecturalis. In hac autem scena est ille locus Ethicus, An parentes habeant ius cogendi liberos, ut ducant aliquam honestam puellam.* ἄλλως. *Oritur ex superiore scena. Spargitur autem partus in personas, ut seni suspicio augeatur, & ut maturet nuptias, quo excludatur à Glycerio Pamphilus. Hæc est enim futura Epitasis.* Adhuc) *Exordium pulcre exprimit medicorum consuetudinem, qui prolixe promittunt de ægrotantum salute.* Archillis) *uerba egredientis.* Adolescens) *.i. adesse.* Huic) *.i. puerperæ.* Es hat noch nit not mir jr. Salutem) *.i. ad uitam spectantia, pertinentia. Enthymema est, signa conferunt ad salutem, Ergo nihil est periculi.* Nunc) *præceptum de diligenter curanda puerpera.* Istæc) *.i. aliquas partes corporis, uel, quæ ex puerperio sordebant.* Lauet) *.i. abluat.* Post) *.i. post lotionem.* Iussi) *.i. imperaui, q.*

d. date

d. date ei potionem, gebt jr den tranck. Quod) .i. quantum, non plus nec minus, quam imperaui. Reuertar) Occupatio, & pollicitatio suæ diligentiæ. Perecastor) Iurantis est aduerbium, per, refertur ad nomen, scitus, q. d. admotum elegans, pulcer, quem Græci dicunt κοσμιον. Diæresis est autem, perscitus. Puer) .i. pro filio, ut Græci παῖς. scitus puer, quem Græci ὡραῖον. Deos) Est ominantis. Superstes) vnser Herr Gott, gebs jm zu gut. Quandoquidem) Translatio est ad ipsum patrem. Ipse) .i. Pamphilus. Qñ) .i. quia. Ingenio) &weil er so from vnd redlich ist. Cum) particula causalis, ponitur etiam pro quia. Iniuriam) .i. noluit deserere eam. Veritus) .i. Pamphilus. Adolescenti) .i. Glycerio, q. d. Quia non uoluit illi facere iniuriam, signum est boni ingenij.

Vel) i. etiam. Ironia est & expostulatio & translatio confícti partus. Quis) formula fiduciæ. Te) .i. tuam ingenium, Daue. Hoc) .i. hanc fallaciam de lauanda puerpera, q. d. hæc fallacia à te profecta est. Ortum) .i. te esse factorem & autorem. Quid nam Dauus his uerbis significat se esse innocentissi: Non imperabat) Argumentum est coniecturale á signis & colligit hoc esse commentum ἄμωϛ. Ratio, quare sciat esse ortum à Dauo. Imperabat) .i. obstetrix Lesbia. Coram) .i. præsentibus certis personis. Sed) Coniectura, q. d. igitur nihil ueri est, sed figmentum. Illis) .i. mulieribus. Clamat) .i. ut á me exaudiatur. Illis) .i. mulieribus. Intus) .i. in ædibus. De via) von der strassen. ô) Exclamatio. plena indignatione.

ΜΑΣ. Apostrophe ad Dauum, & simul est expostulatio. Itane tandem idoneus tibi videor, quem tam aperte fallere incipias dolis) primum est, non fallere herum, proximum accurate saltem, ac non aperte. sed clam id facere, ne uidelicet resciscat & ut metui uideatur. Apud Plaut: in Truculento meretrix Phronesium, Nullum (inquit) rem oportet dolose aggrediri, nisi astute, accurate exequare. (O) Exaggeratio expostulationis à sua persona, dignitate, & utilitate serui, & est ἀποστροφή. Abs te). i. qui es meus seruus. Tibi) .i. seruo. Idoneus) hastu mich den auffer sehen, den du teuscheſt. Saltem) .i. ad minimum, auffs wenigſte, i. incipias fallere. Accurate) .i. debuisses me incipere fallere diligenter, nicht so öffentlich, q. d. Mache es das es zu erleiden stehet. Aperte) Ita, en. fallere studeas, ne cui suboleat, quod machinaris. Metui) .i. à te ne homines comperiſſent te tantum conari, ut me fallas. Resciuerim) Comminatio & Apostopesis, q. d. tum actum esset de te, uel, pœna afficieris, uel, non feres impune. Certe) Illa est irrisio dictorum, alluditq; ad id, quod antea dixit senex. Hæc dicuntur ad spectatores. Certe hercle) Ironia. Duæ negationes pro una Græcismus est.

In fallere studeas, ne cui suboleat, quod machinaris.

Edixin') Amplificatio à commemoratione præteritæ admonitionis, q. d. nonne prohibui, ne faceres fallacias, in nuptijs. Veritus) .i. meum imperium es. Vereri est proprium serui. Retulit) .i. pro-

fuit,

fuit, interfuit, quid utilitatis habes ex tuis technis, &was hats geholffen, &was haſtu nu daruon, das du mich vexireſt, q. d. ſic contemſiſti, quaſi tibi non comminatus ſim. Credo) caput accuſationis. Credo) .i. tam apertum mendacium. Locus principalis & propoſitio eſt & obliqua, quam poſtea explicat. Tibi) .i. ſeruo & homini futuli. Teneo), quid erret) .i. Ich &weis wol, &was jm fehlet. Geſtientis, quod habeat, quo poſſit fallere ſenem, & ad ſpectatores dicit. Teneo) .i. intelligo, &woran es mangelt. Agam) .i. in ea re cum ſene. Habeo) .i. ſcio. Argumentum à facili. Quid taces) Interrogatio commoti & irati ſenis, q. d. nihil reſpondes. Credas) .i. interrogas, quare ita taceam. Quaſi) .i. ita interrogas. Fore) .i. de puerpera. Argumenta ſuſpicionum. Mihin) .i. renunciauit. Indignantis eſt. Eho) Admirantis. Tute) .i. nullo admonente, tua tantum ſagacitate. Hoc) .i. de puerpera. Irrideor) .i. à Dauo. Dolentis eſt cum iracundia. Renunciatum) confimatio. Qui) .i. unde, i. habeam, uel ſcirem, niſi ex eo quia te norim eſſe ueteratorem. Suſpectio) .i. talis cogitatio, ſi non aliquis renunciauit. Hic ponitur ſuſpectio pro ſuſpicio: Suſpiciens apud Saluſti: Pro ſuſpectum habens. Suſpectare, pro, ſuſpectum habere. Quaſi) .i. tam conſtanter affirmas, quaſi factum eſſet me autore. Scio) .i. hoc fieri tuo conſilio.

Non) purgat ſuſpicionem à ſua diligentia. Mos. Eleuatio confirmationis. Pernoſti) .i. ideo

falso suspicaris de me. Quali) .i. quam officiose. Egone) .i. nossem te, cum tamen diu fuisti apud me. Sed) Argumentum à sua innocentia. Accusat autem Simonem propter suspiciones. Narrare). i. bono animo. Verba) .i. quod te ludam. Falso) Ironia, q. d. ich mein, ich thue dir grosse gewalt. Itaq;) .i. quia habes me in omnibus suspectum. Mutire) .i. apud te, redemo. Hoc ego) Hac narratione seni fidem facit illam parere, & tamen ita narrat, ut illius animum suspensum habeat hæc fingi ad perturbandas nuptias, quod ideo facit, ut illum negligentiorem reddat ad urgendas nuptias. Scio) .i. dicas, quid uelis. Hic) Locale est. Neminem) .i. neq; Glycerium, neq; ullam aliam mulierem. Iam dicit generaliter, antea dixit specialiter. Intellextin). i. hoc fieri falso. Confirmatio ueri facti, sed repetitio propositionis, simulatur partus. ἄλλως, ubi sentit seni nondum persuasum hanc parere, affirmat seruus eam parere, & tamen ita narrat, ut opinionem seni faciat, simulari partum. Sed) secundum argumentum in defensione serui. Secius) .i. nihilo minus, etiamsi nolueris credere. Deferent) .i. ancillæ, unde postea certum erat hanc peperisse Pamphilo. Id) q. secretum quoddam, οἰκονομία. præmittitur consilium euentui, de quo infra. Sic sæpe fit in Poëtis, ut apud Virgil. Turno tempus erit. Id] .i. de puero.

Renuncio) uide astutiam serui, fingit enim se prodere Dauus, quod quidem ipse mox facturus est, ne senex credat ab ipso fieri quod ante prædixerat futurum.

rum. Hic igitur docemur non debere nos uerba tantum, sed & mentem dicentis inspicere, ex animo ne an simpliciter dicat, an dedita opera atq; ex composito, ut fallat. Nam Dauus hic, ubi sentit seni nondum persuasum hanc parere, parere eam affirmat & ita tamen narrat, ut opinionem seni faciat simulari partum, quemadmodum annotauit & D. Philippus. Sciens) .i. ne culpam postea in me transferas, & ut sis admonitus. Astutia serui hic consideranda est. Hoc) .i. quod puer ante ostium offertur. Dicas) .i. credas. Daui] Cum mulia dixit, Daui. Volo). i. cupio. h.e. uolo, ut tale quicquam de me non suspiceris, uolo esse extra istam suspicionem tuam, Ich wil mich entschüldiget haben. Ich wil in der sache vnuerdacht sein. Opinionem] .i. nimis suspicacem. Id) .i. periisse Glycerium, uel, quod puer ante ostium afferetur. Audiui) Comprobatio. Credo). i. certe esse uerum. Amotam) .i. quod me autore hoc fiat. Multa) .i. signa. συμβλημὸς coniecturarum. Concurrunt) reymen sich zu hauff. Argumentum Rhetoricum, Enthymema, multa concurrunt, unde facio coniecturam. Ergo hæc coniectura non est de nihilo. Qui) .i. unde uel ex quibus signis. Iam enim erat hoc, quod presserit. Coniecturam) .i quod existimo esse uerum, scilicet, hanc non esse puerperam. Coniectura est, quæ habet multa signa concurrentia. Hæc) .i. Glycerium. Falsum) nach dem man ist darhinder kommen, das es erlogen ist geweſt. Videt) .i. Glycerium. Apparari) .i. meo iußu. h.e. ubi uidet rem serio

ngi. Missa). i. ex composito. Ilico). i. hoc audito. Accersitum) supinum primum est, quod habet significationem actiuam, Accersitum .h.e. accersere, uel, ut accersat. ἐπιφώνημα, quibus confirmat propositionem. Puerum] Aliud signum. Hoc nisi fit] posterior pars est & habet nouam reprehensionem, & est quasi obiurgatio. Fit] &wenn es darzu nicht kompt. Videas]. i. experiaris. Mouentur nuptiæ] h.e. perturbantur, impediuntur, uel, non differuntur, uel, simplex pro composito, Amouentur .q.d. nisi uideris puerum ante oculos expositum, tum nihil mouentur nuptiæ. Consilij). i. ut ante fores deferrent puerum. Capere). i. mulieres. Quid ais] .i. de puero. Intellexeras] &weil du gewust hast, das sie das kind würden bringen. Extemplo). i. statim, cito.

Dixti) .i. ut aufugeret. Subijcit expostulationem, cur igitur non indicastis q. d. Quia non indicasti, Ergo simulatur partus. Quis] Est præcipuum argumentum defensionis ipsius serui. ἄλογος. Acuta inuersio, Tu affuisti, Ergo tuo instinctu est factus pessimus. Ille respondet & inuertit, Imò nisi ego affuissem ei, factus esset pessimus. Illa]. i. Glycerio officium & sedulitatem suam defert. Ego) Emphatice ponuntur. Nam omnes) Miscet uera falsis, quemadmodum Simon ille Virg: ut habeatur, illi fides & ita fere fieri solet, ut qui mendacia machinantur, uera admisceant, quo facilius falsis fidem concilient. Docemur hic igitur, non cuiuis esse credendum, nec uerba modo, sed & mentem inspiciendam si nobis imponi ac uerba dari nolimus.

nolimus. Nos). i. serui domestici. Hanc] .i. Glycerium. Misere hic significat, quod alibi, perdite amare, Er hat sie sehr lieb gehabt. Nunc]. i. a me persuasus. Daus se totum nunc offert Simoni. Nunc) .i. relicta Glycerio. Expetit). i. ego adduxi illum, ut iam uxorem cupiat ducere neglecta meretrice. Id). i. de puero, qui proijcitur ante ostiũ, Negoci) per Apocopen pro negocij, sicut Virgilius dixit peculi pro peculij, tugurij pro tugurij. Da). i. ut conficiam. Admonitio per sarcasmum. Tu) .i. qui es tam perspicax. Facis). i. quemadmodum cæpisti. Adituros) Ironice dictum, Quia res est honesta. Imo] ἔμπλοκος est, quo Simo causas indicat, cur maturet nuptias. Ibi]. i. in ædibus. Consultatio de oratione serui. Para). i. ad nuptias. Iam discedente seruo senex magnam & seriam incipit consultationem, qua uult significare, ut in multis credat seruo.

Non impulit) Hæc secum loquitur, Er hat mich dahin nicht bringen können, etiamsi usus sit optimis argumentis. Hæc) .i. peperisse Glycerium. Impulit) .i. non persuasit, & perfecit, ut crederem Glycerium peperisse. Consultatio, Est q; paraseue sequentis Scenæ. Haud scio] nondum mecum constitui, sum tamen incertus. Est dubitatio. Dixit). i. de partu & filio. Sed) Est obiectio. Paruipendo). i. orationem serui. Maximum] .i. præcipuum est in hac causa. Gnatus). i. per se. Pollicitus) .i. se ducturum uxorem. Nunc) Est consilium, quod uelit agere de conueniendo Chremete. Conueniam] .i. alloquar.

Chre-

Chremem) .i. etiamsi antea expulsus sim. Alias) .i. alio tempore. Malim] .q d. nihil. Gnato) .i. ut det, was solt ich sonst lieber wüntschen. Fieri) .i. ueras. Nam] A iure paterno. Nolit) .i. ducere uxorem. Orabo] Simplex pro composito. Cogere] .i. ad ducendam uxorem pro meo iure. Tempore) .i. commode, oportune. Ipsam] .i. prodire. Obuiam] .i. uenientem Chremem.

ARGVMENTVM IOAN: STIG: IN ACT: III. SCEN: III.

Iubeo Chremetem, &c.

In hac Scena caput illud est, quod Simo exoret Chremetem, ut filiam suam det Pamphilo in uxorem. Elegantißime autem expreßit Terentius amicorum duorum in re seria consultationem, ac mutuam beneuolentiam. Orat pro amicicia Simo à Chremete. Nihil amico recusat Chremes, modo utriq; bene ac feliciter eueniat. Re deinde deliberata in utriusq; commodum despondet filiam suam Chremes, & decernuntur nuptiæ. Est autem hic ob oculos positus egregius locus communis de amicicia, siue de amore erga proximum. Est enim ueri amici proprium, amici fortunis perinde ac suis ipsius ex animo consultum uelle, ut eleganter Plautus inquit. Hic amicus est, qui in re dubia te iuuat, ubi res est opus. Et huc alludit illa elegentißima Paroemia, Amicus alter ego. Et Manilius grauiter dixit, Nihil ex semet natura creauit, Condere amicicias maius nec rarius unquam. Porro hæc Scena habet initium Epitasεos.

taſeos. Hic enim turbæ exaggerantur, & res in periculum adducuntur.

ALIVD AMBROSII.

Ex fictis nuptijs ueras facere ſenex ſtudet, poſtea quam intellexerat id imprimis Dauum conari, ut filius in amore Glycerij perpetuo detineretur. Cupit itaq; pater, ut filio conſulatur in tempore, ne conſeneſcens quaſi in amore meretriceo poſthac penitus à matrimonio abhorret, & ne ulla fiat mora in nuptijs, Chremetem de integro orat, ut qui ſe antea in omnibus amiciſſimum præbuerit, in nuptijs quoq; futurus ſe facilem oſtendat dando unicam filiam ſuam Pamphilo. Hanc rem ut facilius perſuadeat & impetret, Primum diluit amorem Pamphili erga Glycerium plane nunc extinctum, idq; in fine probat teſtimonio ipſius Daui. Deinde confirmat & magnam ſpem facit Chremeti coniugium illud liberale ac firmum futurum. Poſtremo inſtituit collationem commodorum & incommodorum. Hoc modo perſuaſus Chremes liberaliter promittit ſe non grauatim hoc facturum de filia, cum id tantopere Simo exoptet. Ad genus autem ſuaſorium hæc Scena pertinet.

ALIVD EIVSDEM.

Verſatur Poëta adhuc in occaſione Epitaſis. Quia enim Chremes uidebatur non collocaturus filiam ſuam in uxorem Pamphilo amore meretriceo implicito, Ideo Dauus perſuaſerat Pamphilo, ut patri polliceretur ſe Chremetis filiam ducturum. Falluntur autem ſerui conſilia,

consilia, & fictæ hactenus nuptiæ confirmantur, ut uerę fiant. Porro continet hæc Scena exemplum orationis Deliberatiui generis. Petit enim Simo filiam Chremetis in uxorem suo filio. Exordij loco sunt salutationes senum inter se. Deinde sequitur propositio, Quæso te, da filiam Pamphilo in uxorem. Hanc propositionem amplificat pathetica obtestatione. Propositioni subijcitur ratio sumta ab occasione, quod Pamphilus alicno erga amicam sit animo. Quia autem minus sufficiens erat hæc ratio, cur Chremes suam filiam periculo committeret additur confutatio eorum, quæ á Chremete obijciebantur, cuius duæ sunt partes. In priore promittit nullum Chremeti ex discessione periculum fore. In posteriore confert incerta pericula cum certis commodis, plus boni, quam mali ex ea re fore. In fine repetitur ratio ab occasione sumta, Quam confirmat testimonio serui intimi Pamphilo. Id autem ideo fit, ut & periculum Pamphili crescat & turbata serui consilia noui periculi sint occasio. AD TEXTVM. Exequitur pater consilium de orando Chremete, ut filiam uxorem det Pamphilo. Quam in re utitur oratione & argumentis admodum proprijs, quibus adeo mouet Chremetem, ut qui se antea negarat filiam daturum Pamphilo, nunc liberaliter polliceatur se hoc facturum summa humanitate, estq; tota oratio plena suauitatis & humanitatis.

ALIVD RIVII.

Honesta, & quæ in rem communiter sint utrique ab ami-

ab amico petenda esse, neq; tam priuatam quam alie- Quid ab
nam quoq; utilitatem spectandam docet hæc Scena. amico pe-
Nam id demum ueri amici est, amici rationem non mi- tendum
norem, quam sui ipsius habere, eiusq; semper rebus sit.
haud secus, atq; proprijs consulere. Pulcerrime ue-
ro hic senile expressit colloquium Terentius, quam hu-
maniter, ciuiliterq; mutua uti consuetudine homines
deceat, docens. Perspicitur autem hic Chremetis ciuili-
tas ubiq; ac humanitas, prudentiaq; singularis. Nam
quemadmodum recte monuit Erasmus, Terentius hunc
semper placidum, ubiq; sibi præsentem, omniaq;, quan-
tum potest, pacantem inducit, at ita tamen lenem, ut
minime stupidum.

ALIVD ἄσημον

Instituerat pater, ut filium à Glycerio abstraheret,
nuptias simulare. Sed quia intelligit se hac ratione ni-
hil posse, ut in uiam redeat, quam ut quamprimum de-
tur honesta aliqua puella, serio constituit secum ex fi-
ctis nuptijs ueras facere. Quare Chremetem ex animo
orat, ut in danda filia Pamphilo facilem se præbeat &
simul diluit magno studio omnes obiectiones de amore
Pamphili, Certo affirmans hoc matrimonium felix ac
firmum futurum, propterea quod iam plane constituit
magnas esse iras inter Glycerium & filium. In hac pe-
titione etsi diu secum deliberet Chremes ne uidelicet
cum perpetuo suo dolore filiam conijciat in incertas
nuptias, ad extremum adeo se humanum præbet, ut om
nem suam operam polliceatur in nuptijs Pamphili.

ANNO-

ANNOTATIONES GRAMmaticæ. D. And. M. seni in Act. III. Scenam III.

Illi, qui de oratione iudicant, non immerito hanc Scenam inter grauissimas & elegantissimas huius Comediæ recensent, uel propter constitutionem orationis, uel propter suaues affectus senum uere paternos, cum uterq; sollicitus est de liberis, ille pro filio seruando & reuocando in uiam, ac corrigendo, Hic pro filia non male collocanda adolescenti in alieno amore occupato. Quod ad constitutionem seu dispositionem orationis attinet, generis est deliberatiui, petitoria. Petit enim Simo Chremetem pro collocanda illius filia suo filio uxorem. Hæc propositio est, seu status rei. Huc omnia argumenta, omnes sermones Simonis fuerint referenda. Sed priusquam proponat rem, tanquam pro exordio refricat memoriam ueteris amiciciæ & consuetudinis tam arctæ, tam magnæ, tam antiquæ, ut quæ à pueris cæpta, nunquam intermortua sit, Sed una cum ætate accreuerit. Orat item per illius filiam, Item per suum filium, quem iam perditum mercatricco amore, illum solum seruare, & in uiam reuocare posse dicit. Atq; ita in genere exorsus descendit ad speciem, Id posse fieri hoc modo, si nuptiæ, quas hactenus iudicio simulauit, secum maturet, ut uerè fiant. Nam ea est, ut dixi, propositio.

Chremes audita oratione tam officiosa, tantis precibus se onerari ab amico tam insigni, corrigit per occupationem, Nihil esse opus tam anxie, tam superstitiose

tiosè à se peti eam, rem ab homine amico, se præter ius amicitiæ, quod illi debeat, tam antiquo amico, alioqui fidem datam non immerito esse præstiturum, nec mutaturum consilium, cum antea filiam suam Pamphilo condixerit. Verum collatione ualde amica commodorum & incommodorum. Item ἀνακοινώσει qua illi relinquit rem æstimandam, conditionem addit, Hanc scilicet, si modo non plus mali sit oriturum, ex ipsis nuptijs, quam boni. Cum itaq; periculosum sit collocare filiam adolescenti amatori, ad ipsum reijcit, ut pronunciat, num fieri conueniat, atque in commune consulere iubet, non aliter atq; si suo loco sit, ipse uero illius loco, si censet esse in rem utriq;, cum ille Pamphili pater esset, se non aduersaturum. Grata & amica & in loco posita ἀνακοίνωσις seu communicatio, qualis est illa superior, Tu si hic sis, aliter sentias.

Simo omissis incommodis urget propositionem, omnino oportere fieri, argumentaturq; ab opportunitate seu occasione, esse scilicet opportunum & commodum, oblatam esse occasionem, qua semel neglecta, magnum damnum sit datura, Tale scilicet, ut postea non sit amplius spes ulla reliqua retrahendi Pamphili à Glycerio. Esse autem hanc, Pamphilum discordare cum Glycerio, interceßisse inter eos magnas simultates, Itaq; sibi spem factam, commode posse iam uelli (Atq; addit incommodum secuturum, si non iam diuellatur) priusquam mulierculæ confictis lacrimis, sicut habent doctos oculos ad lacrimandum uel Ouidio teste, & alijs malis artibus uictum a-

Amantium iræ.

doleſcentem ad ſe alliciant et pertrahant, cum difficulter ſint paſſuræ á ſe illum diuelli, CHREMES confutat oportunitatem γνώμη, ſibi non nideri ſatis commodam eam occaſionem, opponitq; per conceßionem, q.d. Eſto, male conueniat illis, eſto ſint, ut tu putas, lites inter illos, tamen non ſunt diu duraturæ. Sic enim ſolent amatores diſſentire, ſed á diſsidijs arctius coarctatur amor & gratia. Iſtam moroſitatem ſecum fert amor, ſed tantum abeſt, ut perpetuo duret, ut ſit etiam maioris amoris occaſio.

Vxorem demus.

SIMO urget oportunitatem, eamq; felicem futuram, ſi contingat Pamphilum fieri maritum.

Elegans locus de coniugio.

Elegans coniugio liberali leuari poſſe mala iſta omnia. Malignum eſſe remedium contra ferociam &c. Se non dubitare, quin facile ſit ſe expediturus & explicaturus ex malis omnibus, quibus iam obrutus, & tanquam merſus ac impeditus teneretur, uictum ſuaui & iucunda conuerſatione, commodiſq; moribus uxoris.

Huc pertinet io-cus de lu-po, cui ruſticus, daturus ux-orem credebat, ſe Præſtare illi ægre factum.

CHREMES iterum confutat, ſibi non uideri rem feliciter caſuram, quantumuis ille bene ſperet. Neq; enim Pamphilum perpetuo coniugium eſſe laturum, nec ſe, ſi quid inique acturus ſit cum filia, paſſurum. Præſtare igitur, ne matrimonio copulentur, quam ſi illi ægre copulati turpiter diuortium facerent. SIMO etiam refellit, quod dixerat Chremes, timendam eſſe diſſenſionem.

Tibi ita uidetur.

Tibi ita onem. Eſſe rem in Euentu ſitam. Nihil certi ſtatui poſſe non facto periculo. Meliorem maritum fortaßis Pamphilum futurum, quam uel ſperare auſit.

Quiſcis ego.

CHREMES commode reſpondet periculoſum eſſe, graue eſſe tam incerto

incerto euentui locum dari in filia, passurus citius periculum fieri aliter, quam cum probro filiæ, si repudietur.

SIMO posteaquam uidet, tam urgeri incommodum secuturum, summatim diluit omnes obiectiones collatione commodorum & incommodorum in hanc sententiam, Eodem recidunt omnia, quæ dicis. & huc redeunt omnes incommoditates, si repudiet aut demittat Pamphilus tuam filiam. Interim autem uide quæ commoda inde sint oritura tam mihi, quam tibi, si eis feliciter cesserit. Inibis à me maximam gratiam, si correctus filius à te mihi restituetur, seu in uiam reuocetur (si tu mihi tanquam perditum seruaueris) Item tu quoq; istos fructus percepturus es, ut sentias te filiam non male elocasse. Gaudebit etiam filia, cum sibi maritum firmum & constantem obtigisse uiderit. An tu ista omnia contemnenda esse censes. Sic tanquam uitæ Epilogi hæc dicit. Nam magno consilio repetit restitutionem filij, quam statim in exordio supra proponebat. At istue. Nempe incommoditas.

CHREMES. Quandoquidem uideo te tam bene sperare, mos gerendus omnino tibi est tam amico, Neq; uolo, ut officium ullum in me uel in hac re, uel in alijs omnibus possis desiderare &c. &wolan, do hat der nar ein weib (EO AD COENAM) Postea SIMO interrogatus confirmat etiam suam oportunitatem à persona & testimonio Daui, quanquam non satis probo testem. Est enim κωμικὸς μαρτυς. Et addit coniecturam seu signum, si filius non idem sentiret, non

credo Dauum tam impudentem esse, qui mihi suadeat, ut nuptias maturem &c. Confer cum oratione Simonis epistolam aliquam generis Deliberatiui, in qua ab amico petis, ut tibi ad usum studiorum pecuniam commodare uelit. Cum oratione Chremetis recusatoriam aliquam, tum demum es intellecturus. Cadunt autem in unum genus & petitiones & recusationes.

Optato aduenis) h. e. in ipso tempore aduenis. Formula latina est, qua solemus amice excipere hospites, du kömpst als hette ich dich gewüntschet.

Oro te per Deos) Ich bitte dich vmb Gottes &willen. Sic &, Oro te per nostram amicitiam, oro te per gnatum meum. Amicicia incœpta à paruis, cum ætate accreuit simul) prouerbialis figura, à paruis, cui sunt similes quoq; hæ, à puero. Infra in Adelph: à teneris annis, Ab incunabulis, à teneris unguiculis. Cicero lib. 1. Ep: Ab ineunte ætate. Infra in Adelph: usq; à pueris curaui. Germani omnes sic uertunt, von kind auff, uel, von jugend auff.

Alium esse censes nunc me, atq; olim, cum dabam) Atq; hic pro, quam, usus est. Sic enim solent Latini uti particulis, atq; & ac. Sic Plaut: Amicior mihi nullius uiuit, atq; is est. Cicero, Mihi diutius uidetur abfuturus ac uellem.

Si in rem est vtriq;) So es vns beyden zuträglich ist. Formula latina est, sicut & hæ, In rem tuam est, Ex re tua est. Item, Est tibi bono, h. e. est tibi utile. Es ist dir nütz. Item, Ex re. Infra in Adelph. è re natæ. Germani sic eloquuntur, Es wird dir zu nutz gedeyen, oder gereichen.

Vt

Vt sperem posse auelli) Metaphoricum uerbum est, quo in loco usus est, ut indicet ita hærere Pamphilum apud Glycerium, ut auelli opus sit, h. e. ut excludatur, separetur, ut distrahatur, ut disiungatur, ui propemodum opus erit.

Amantium iræ) Enallage est, ubi contra rationem tamen concinnitatis causa substantiuum uerbum cohæret non cum præcedenti, sed sequenti nomine substantiuo. Idem accidit in participijs & relatiuis, ut, Nunquam paupertas æque onus miserum uisum est & graue. In Phor: Et, Est locus in carcere, quod Tullianum apellatur.

Vt ante eamus, dum tempus datur) h. e. ut præueniamus malo, ut mature medeamur, ut consulamus oblata nobis tam commoda & oportuna occasione. Nam hoc uocat hic. Tempus, & supra rem. Germani reddunt, das &wir zuuorkommē. Anteire est præuenire, quod Germani reddūt, eimē dinge zuuorkomē.

Ex illis sese emersurum malis) Elegans est Metaphora. Mergere enim significat, eintauchen. Emergere, &wieder aus dem wasser auffaren. Similitudine igitur usus est à mergentibus, ut magnitudinem mali indicat, q. d. obrutus est malis, tanquam undæ immersus, impeditus, irretitus, captus, implicitus est, sed coniugio liberali deuictus facile emerget, facilè expediet ac euoluet se ex malis istis omnibus, Er &wird sich heraus &wircken. Infra in Eu: Vnde emergam, &wo ich heraus komme. Significat etiam ad splendidam conditionem peruenire, unde Poëta inquit, Haud

facile emergant, quorum uirtutibus obstat, Res angusta domi. Obseruabis autem coram constructionem, quod uerbo neutro usus est actiue in hoc loco, Et apud Ciceronem de Aruspicum responsis. Iam ista serpens, quæ cum hic delitescit, cum se emergit & fertur illuc, compressa & elisa morietur. Dicitur & emergor deponens. Cicero pro Sextio, Hominem emersum subito ex diuturnis lustrorum tenebris.

Periculum feceris) periculum facere formula latina est pro experiri, ein ding versuchen, q.d. qui scis male casuram esse rem, cum euentus nondum rem declaret. Infra in Eun: fac periculum in literis, fac in palæstra, fac in Musicis, solertem dabo, verfuche jhn.

Neq; me posse perpeti) Thema est perpetior, quo est usus M. Cicero lib. 2. de Oratore, perpetior & perfero.

Si eueniat) Germani sic, da Gott für sey. Qua oratione utimur deprecaturi malum aliquod. Obseruanda significatio uocis, Discessio, h. e. diuortium, so sich scheiden. Tale quoq; est, Dij mala prohibent. Infra in Hecy.

At si corrigitur) So mein Son besser würd. Obserua copiam Poëtæ, Corrigitur. Supra, Redeat in uiam Item, Tu seruabis filium. Item, Quis eum ab illa abstraxit. Infra, spero posse euelli. Aliter sic, si respuerit filius. Item, hic Restitueris filium.

In me claudier) per paragogen pro claudi. Est autem metaphora, q. d. nolo tibi meo officio deesse.

esse, paratus sum tibi quouis modo, & in quauis re obsequi. In Eu: Sic Act. I. Scen. II. Nunc ubi sensisti meam benignitatem in te claudier, du solt an mir auch keinen mangel haben, ich wil dir dienen wo ich kan.

Intimus est eorum consilijs) Aliter sic, Est illis à consilijs, h. e. nouit secretissima illorum quæq; consilia, Er ist nechster rahat. Eodem modo uocamus intimum amicum, h. e. optimum. Germani ferè eodem modo dicunt, jr innerlicher rath.

Vt maturem) uel ex hoc apparet, quæ sit uis uerbi, maturare, h. e. accelerare, satis tempestiue rem aliquam conficere sic Virg. 1. Aen. Maturate fugam. Est autem uerbum metaphoricum. Maturum, das reiff ist, ut, Maturum pomum, ein reiffer apffel. De ui uerbi, Maturo, uide Gell: sic infra est in Heau: Nunc Maturato opus est. Sic Liuius lib. 7. ab urb. cond. Legiones quantum maturare potuit in Aruncos ductæ.

SCHOLIA, quæ explicant Textum Act. III. Scenæ III.

Omnes Comœdiæ sunt distributæ in tres partes, In propositionem, Epitasin & Epilogum. Hactenus autem prima pars tractata est, nunc sequitur inicium secundæ partis, nempe, Epitaseos. Pertinet autem hæc scena ad genus suasorium. ἦθος. propositio est, quod Simo orat Chremetem, ut det filiam suam gnato, amplificata loco honestatis & utilitatis. Tribus argumentis utitur, ut persuadeat Chremeti. 1. ab

utili. 2. á facili. 3. á testibus. Parasceue præcedentis scenæ pertinet ad hanc scenam. Iubeo) .i. saluere. Elliptica oratio, de qua uide Vallam lib. 5. Cap. 367. Glück zu, besonder guter freund Chreme. O) est interiectio exultantis. Iubeo) Dispositio Rhetorica. Est autem Ellipsis & mutatio personæ, ut, Iubeo, ut sis saluus. Quærebam) Resalutatio. Te) .i. quærebam. Optato) uox gratulantis & est occasio sequentis disputationis seu deliberationis de nuptijs. In uerbo, Iubeo, est metalepsis. Aliquot) .i. uicini, causa istius digressionis. Adiere) .i. tanquam de re magna. Sind zu mir komen. Aiebant) .i. homines affirmabant. Auditum) .i. audiuisse, i. quod tu hoc ipsum confirmasti. Meam) .i. Philumenam. Gnato) .i. qui est perditus amator. Id) .i. ideo. Viso) .i. eo ad uidendum. Expositio occasionis. An illi) .i. qui affirmant inaudita. Tu ne) .i. qui hoc affirmasti, qui es autor istius rumoris. Ausculta) Exordium ductum á loco attentionis. Velim) .i. quare ad te uenerim. Quæris) .i. de nuptijs ex me, seu de tua filia. Scies) .i. ex paucis sermonibus. Ausculto) est pollicitatio.

Per ego) Propositio seu petitio obtestatione figurata. Deos) .i. pietatem. Amiciciam) omnia sunt nata ex disputationibus de officio, & ex præceptis de amicicia. Quæ) Amplificacio á tempore describens, qualis sit amicicia, uidelicet, uera non uulgaris. Adcreuit) .i. semper durauit, Ist mit vns auff gewachsen. Oro) obtestatio. Gnatam) .i. Philumenã. Tertia obtestatio, qua indicat inter illos futurum matrimoniũ

Meum)

Meum).i. Pamphilum. Cuius).i. gnati. q.d. quem tu solus potes mihi seruare, Est perditus, dedecorat me & meam familiam, sed tu solus potes eum corrigere. Potestas) .i, tu potes eum seruare. q.d. In tua potestate est, & est tuus. Summa).i. patria. Alia amplificatio à malis Pamphili. Vt me) petitio, ut nuptiæ habeant processum. In hac re) .i. in nuptijs. Fiant] Alterum membrum petitionis. In re] Genus. Nuptiæ] species. Ah) Illa est humanissima responsio, & fingitur Chremes ubiq; placabilis esse & respondet dilemmate, si utris q; proderit hæ res, faciam. Sin minus, haud faciam. Ah] q.d. quid opus est uerbis. γνώμη. Amicus ab alio amico non debet petere iniustum. Si fuerit iustum, tunc te adiuuabo, atq; id merito facio. Obsecra) pro obsecres pluribus uerbis, Estq; Enallage. Orando).i. multis obsecrationibus. á me).i. tuo intimo amico, et uicino. Impetrare) uox plena et caritatis & officij, siquidem, quod amicus ab amico petit, iustum id esse debet & honestum. Alioqui enim merito de negari posset. Quod autem rectum est, atq; iustũ, id ultro ab amico fieri, non orando, supplicandoq; impetrari oportet. Ob quod Cicero quoq; in libello de amicitia monet, ut ab amicis honesta petamus, amicorũ causa honesta faciamus, neq; expectemus quidem, dum rogemur. Sed studium semper adsit, cunctatio absit. Cato, Quod iustum est petito, uel quod uideatur honestum. Nam stultum est petere, quod possit iure negari. Hoc .i. de nuptijs. Quasi) Argumentum ab officio inter bonos amicos. Censes) Obiectio est. Alium).i. mutatũ.

Locus cõmunis de fide, quam tibi ex officio boni uiri seruabo.

Vide quid uerum amicum deceat.

Asq;) .i.quam. Olim).i.nuper. Dabam).i.filiam. Nunc).i.tam subito. Dabam) .i.cum promisi meam operam. Vtriq;].i.mihi & tibi. Conditio est. In re) .i.ex usu. Fiant].i.nuptiæ. Accersi iube) Hoc semper quauis in re spectandum, ecquid ea honesta sit atq; utilis, quid ne inde uel boni, commodiq; uel mali, contra atq; incommodi promanare aliquando possit. In deliberationibus imprimis spectatur rei ipsius tum honestas tum utilitas, qua quidem de re nulla Rhetores. Ex ea re) .i. ex nuptijs. Collatio ualde amica, sicut & ἀναλ κοίνωσις, quando illi relinquit æstimandam. In commune) .i.ex æquali, in medium, das beste darzu sagen, das zutreglich vnd nütz ist. Obseruandum est inter amicos in commune esse consulendum. Illa).i. Philumena. Pater] exponit nunc, quid sit in commune consulere, Imo).i.ideo, quia utile est utriq;. Ita) .i.tantopere. Postulo).i.quia in rem est. Fiat).i.de nuptijs, ut procedant. Res).i.utilitas. Quid est) .i.quare scis hoc ita futurum. Quid est) .i. quo ego moueri deberem. Iræ] Argumentum á facili, seu ex loco contrariorum, Iræ sunt inter Glycerium & gnatum, Ergo nuptiæ firmæ sunt futuræ. Iræ) á posibili, & occasione urget suam petitionem. q.d. iam potest commode fieri. Sunt].i.exortæ. Audio).i.quod sint iræ. Est ironica concessio. Ita].i.sunt iræ. Confirmatio suæ petitionis. Auelli).i.filium á Glycerio. Fabulæ).i.nugæ, non est credibile. Reijcit totum Argumentum ex loco contrariorum, Iræ sunt, Ergo non potest esse amor. Profectio) Est confirmatio superiorum. Sic est).i. quem-

quemadmodum dixisti. Dicam) Est uenustißima confutatio, & est Enthymema, Amantium iræ non sunt perpetuæ, Ergo statim possunt reconciliari. Wenn burn vnd buben vneins sind, So pflegt die lieb recht anzubrinnen. Sic) Est corrigentis.

Amantium iræ, amoris redintegratio est) Discordia fit carior concordia, & ut in Chil. ait Eras: huiusmodi dißidiola, quæ nonnunquam incidunt inter amicos, modo absit amaritudo, quasi reuocant amiciciam, excusso diuturnæ consuetudinis tædio ὀργὴ φιλούντων μικρὸν ἰσχύει χρόνον, Ita Plaut: in Amphytrione, Iræ interueniunt, redeunt rursum in gratiam. Verum iræ si quæ forte eueniunt huiusmodi. Inter eos rursum si reuentum in gratiam est, bis tanto amici sunt inter se, quam prius. Amantium] Infra in Eun: In amore hæc omnia insunt uitia, iniuriæ, suspiciones, inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rursum, &c. Amantium) γνώμη est, seu sententia. q.d. Iræ, quæ incidunt inter amatores, nihil sunt, quam reconciliatio noui amoris. Germani rectißime dicunt, der buler zanck, ist dir liebe anfang. Item die lieben die sich schieden, die gramen, die sich namen. Redintegratio] ein vorenderung. restauratio, q.d. redeunt ad amorem integriores. Amantium iræ] Wenn jr zwey vneins werden, die da einander lieb haben. & indicat hæc sententia, quæ iræ non sint perpetuæ. Hem) Admonentis. Ratio consilij, & addit institutæ dilutionis confirmationem. Id] .i. ideo, propter id, Quia ita est constitutum inter amatores. Id] q.d. nihil uolo agere, nisi

re, nisi quod utriq; sit commodissimum. Oro) q.d. Quia sunt iræ, Igitur oro, ut in tempore eamus, priusquam fiat redintegratio amoris. Ante eamus). i. præueniamus. Sic Plin: Iunior uocat amorem μυρολόγον h.e. litigiosum, morosum, friuolas causas agentem. Ante) .i. intempestiue. Commoratur in illo loco ab occasione. Tempus datur) .i. dum licet, dum est commodum. Occasio in aggrediundo, conficiundoq; negocio præcipuum habet momentum. Propterea Simo ait, Dum tempus datur, dumq; eius libido occlusa est contumelijs. Tempus enim præter notam significationem & opportunitatem notat, idq; ad Græcorum imitationem, apud quos καιρὸς, nunc tempus, nunc occasionem, commoditatemq; ad conficiendum aliquid significat. Virg: in XI. Imo ait, ὁ ciues arrepto tempore Turnus. h.e. inuenta opportunitate, siue arrepta, quod aiunt, occasione. Eius) .i. Pamphili. Libido) vnordentliche lust, .i. amor. Occlusa). i. inhibita, impedita. q. d. dum sunt iræ inter eos. Prius) A consequenti. Harum). i. Glycerij, & ancillæ. Lacrimæ confictæ] Nam, ut ille canit, ab amante lacrimis redimas iracundiam. Dolis] &welchs sie nicht meinen. Ouid: Neue puellarum lacrimis mouearis cauto, ut flerent oculos erudiere suos. Confictæ Germani dicunt, Ein weib kan weinen, vnd ein hund kan hincken, wenn er wil. Huc pertinet Germanicum dictum, an hunde hincken, an frawen weinen, an kauffleute schweren, da darff sich niemand ankeren. Confictæ) .i. expressæ per dolum. Reducant) bereden jn wi-

in wider: Misericordiam) .i. ut ignoscant uel priusquam redeant in gratiam. Alludit autem hic ad sententiam Chremetis, Amantium iræ amoris redintegratio est. Lacrimæ) Infra in Eu: Vna hercle falsa lacrimula. Animum) .i. ut agnoscat ægrotum animum amatorium.

Vxorem demus) .i. si uenerimus in tempore ad illum. Spero) Argumentum á consuetudine. .i. conuersatione filiæ. Coniugio] &wenn sie werden zu hause sitzen. Deuictum] .i. Pamphilum. q.d. deuictus amore coniugij & uxoris facile ex animo ejiciet reliquos amores meretricum. Vide prouerb. Ferre iugum. Dehinc] .i. ubi habebit coniugem. Malis) .i. ex amore meretriceo, & ponitur, emersurum in actiua significatione. Emersurum] Recte quidem hoc Simo, & ob id institutum est á Deo coniugium. Ita in Hecyra Pamphilus cum meretriculam Bachidem misere, perditeq; amaret, atq; ita eius teneretur amore, ut prorsus alieno ab uxore animo esset, & duobus mensibus hanc ne attingeret quidem, per consuetudinem tamen postea animus uictus est, cæpitq; ei placere uxor, ubi uidit eam pudentem, modestam, incommoda atq; iniurias uiri omnes ferre, & tegere contumelias, quemadmodum habet Terentius Scen: 2. Act. 1. Vbi Pamphilus ait, tum uxori obnoxius sum, ita olim suo me ingenio pertulit, tot meas iniurias, quas nullo unquam patefecit loco.

Tibi) Confutatio argumenti Simonis ab experientia. Tibi] .i. qui es pater Pamphili. Videtur)

.i. hoc

.i. hoc matrimonium fore utrisq; bonum & utile, Estque conceßio. Ego] i. qui sum pater sponsæ. Hanc] .i. meam filiam. Habere] quia amat aliam Perpeti] .i. ut aliud faciat, quam quod decet maritum. Perpeti] .i. nec puto me posse pati. Si tale quid obseruauero ἀμφιβολία est. Perpeti] .i. ubi intellexero esse discordias. Qui scis) .i. nuptias futuras incertas. Feceris) & wagen gewint wagen vorleurt, est ualde ridiculum. Periculum) .i. experimentum, q. d. an nuptiæ sint futuræ firmæ, an infirmæ. Est humanißima ac uere paterna uox. Periculum) .i. cum tuo Gnato, an sit futurus constans, nec ne. Prudenter sane Chremes, qui tantæ rei periculum in filia fieri graue esse putet. Graue) .i. mihi parenti. Filia) .i. unica. Nempe) Vltimum argumentum seu conclusio, in qua confert commoda & incommoda. Deniq;) .i. summatim. Omnis) q. d. hoc erit maximum malum. Discessio) scheidung. h. e. Si erit diuortium inter Pamphilum & Philumenam. Opponit multas causas paruo incommodo.

Quid & quatenus amici causa tentandum.

At si corrigitur) Si incommoditas leuis est, quæ re tentata euenire posset, & commoditas ingens speratur, tentanda omnino res est, uel cum periculo amici gratia. Huic simile quiddam habet A. Gellius lib: 1. C. 3. Corrigitur) .i. si resipiscit filius, si potest diuelli à Glycerio. Commoditates) .i. consecuturæ sunt. Amico) .i. mihi tuo uicino. Filium) Pamphilum. Restitueris) .i. in uiam reduxeris, qui adeo perditus est amore. Inuenies) in meo filio.

Filiæ)

Filiæ) .i. tuæ. Firmum).i.constantem. Ab euentis. Quid istuc) .i. quid multa dicam. Concedentis est. Si istuc animum induxti tuum) h.e. Vt filia mea nubat filio tuo. Supra,si ex re est utriq;.si putas referre,So du es fur gut ansiheſt. Nolo).i.paratus sum tibi inseruire in omnibus. Humanissima est pollicitatio, quæ in genere continet omnia officia.

Merito)Formula qua gratias agit.q.d.spes me non fefellit.Quid ais).i.de discordia inter Glycerium & Pamphilum.Quid).i.dixerim,rogas. Qui).i.unde. Amplificat circumstantijs & impellit interrogatio ne. Eos).i. Glycerium & Pamphilum, das sie mit einander vneins sind. Ipsas] Tertium argumentum ab autoritate testis. Dixit).i.inter eos esse iras. Ridicula probatio , Dauum dicit ut autorem omnium malorum. Intimus).i.familiarissimus. Eorum).i. Pamphili & Glycerij. Is).i. Dauus. Addit probationem de fidelitate Daui. Maturem) .i.accelerem cum tua filia. Quantum queam).i.quam primum. Faceret] .i. ut persuaderet ad nuptias. Velle) .i. ducere uxorem & relinquere Glycerium, contrahere matrimonium. Communicatio est. Eius].i. Daui. Ridiculum est. Sed] Paraseue ad sequentem Scenam. Huc] .i.ad me. Eccum] admirantis.

ARGVMENTVM IOAN. STIG. IN ACT. III. SCEN. IIII.

Ad te ibam.

Dauus cum in animum induxisset simulari nuptias

ptias à Simone, existimans euentum responsurum suo consilio, exagitat senem, eumq; urget ad maturandas nuptias. Sed Simo denuo aperit ei suum consilium, commemorans se eo die consecturum esse nuptias Pamphili cum Philumena. Itaq; Dauus deceptus suo consilio, exanimatur & animum metu fere despondet. Notandum autem hic est, non semper respondere euentum humanis cogitationibus & consilijs, ut admonet uersiculus Homeri, quem Erasmus sic uertit, Iuppiter haud, quicquid animo conceperis, illud perficit extemplo. Accidit enim plærunq;, ut, dum uidemur nobis esse circumspecti ac cauti, cogamur dicere id, quod minime sapientis est, Non putaram. Discant igitur hic pueri, nihil esse temere ac inconsiderate suscipiendum, cum fere omnis infelix sit temeritas. Nec enim male dixit, quisquis autor est huius uersiculi, Quicquid agas, prudenter agas, & respice finem.

ALIVD Ambrosij.

Persuasissimum habuit Dauus, senem prorsus ociosum futurum in nuptijs filij. Nam ideo primum Pamphilo persuasit, ut is diceret patri, se ductarum uxorem. Deinde Simonem ipsum serio est adhortatus, ut, quantum posset, nuptias maturaret, nimirum, ut illa responsione filij, & serui adhortatione senex omnino crederet nihil subesse doli, nec filium perdite amare Glycerium. Hæc callida ratio serui omnino fallitur. Nam quod ipse existimauerat impossibile esse, id maxime accidit, atq; hoc ita esse primum audit

uult ex ipso hero, qui non obscure exponit suum consilium de simulatis nuptijs, ex quibus ueræ sunt futuræ. Deinde Chremetem uidet astantem, qui talem se præbet, ut omnino daturus sit Pamphilo unicam suam gnatam. Ita Dauus in maxima conijcitur pericula, & suis quasi laqueis irretitus iacet deuinctus. Timet autem ut maxime iram adolescentis et dubius omnino redditur de sua uita. Videt enim consilia omnia, quæ sperauerat profutura, maxime obesse Pamphilo. Porrò hic imprimis est obseruandum, Terentium hoc perpetuo quasi fingere, quod callidissima consilia ut plurimum fallunt. Significat autem Poëta hanc esse imaginem plurimorum consiliorum in uita, ut multum ac sæpius cogitata secus cadant.

ALIVD EIVSDEM.

Re diligenter deliberata de nuptijs filij, intelligit tandem Dauus suum consilium longe aliter, quam cogitauerat, cadere. Nam eo ipso, quo studet adolescentem omni periculo liberare, magis impeditum reddit, & in nuptias conijcit. Hæc res astutum alioqui seruum reddit admodum anxium, ut qui satis intelligit omnia mala, quæ ad se reditura sint. Porrò admonet haud dubie Poëta in hac Scena, quemadmodum in alijs multis prouerbium illud nimis uerum esse, malum consilium consultori pessimum esse. Item proponitur hic imago, quæ in Comœdijs sæpe repetitur, callidissima consilia plurimum fallere, atq; obesse, si quis maxime ijs confidat. Porrò hæc Scena orditur.

ἐπιτροπ. Dauus enim, cum audit, quod accersenda sit uxor, intelligit ex oratione senis ex simulatis nuptijs ueras esse factas, & se suis consilijs Pamphilum in medias nuptias, quas impedire studuerat, conieciſſe.

ALIVD RIVII.

Non semper respondet consilijs euentus.

Hæc Scena non semper consilijs respondere euentus, multa secus, ac nos putaueramus, euenire, & institutos interdum dolos parum feliciter succedere, docet.

ALIVD ἄλλο.

Hactenus Dauus diligentiſsime laborauit in aliquo consilio inueniendo, quo senem posset fallere, & nuptiæ omnino impedirentur. Et quia putabat nulla alia ratione id fieri posse, quam ut Pamphilus parenti promitteret se ducturum uxorem, pluribus hic persuaſit adolescenti. Nunc uero optime deliberato consilio omnia secus acciderunt, hoc ipso etiam uoluit liberare adolescentem, magis reddit impeditum & conijcit in nuptias magno cum periculo. Quod cum intelligit seruus ex sermone senis, futuras uidelicet certas nuptias, maximopere incipit dolere & excruciari animo propterea quod ex eo consilio, quod exiſtimauerat futurum utiliſsimum, plurimum periculi ſibi & Pamphilo expectandum ſit. Itaq; in hac Scena imago proponitur plurimorum consiliorum. Vbi re optime deliberata propter opinionem negocia secus cadant.

ANNO-

ANNOTATIONES GRAMMATICAE, D. ANDR: MISENI *in Act. III. Scenam IIII.*

Aduesperascit) Es begind abent zu werden. Sic dicimus. Lucescit. Es fehet an tag zu werden. Habent enim uim uerborum incoatiuorum, ut calesco, frigesco.

Ea gratia) Ablatiuus hanc uim habet in oratione, ut pro ideo, ponatur, uel, ea causa, uel, in hoc, supra, Ea me hic restitisse gratia, das ich darumb hie gestanden sey.

Sic est res) Affirmantis & est magis Græce, quam Latine dictum, οὕτω ἔχει, Es hat also eine gestalt.

Gnatam vt det oro, vixq; id exoro) Exempli loco sit pueris. Orare, est petere aliquid, etiamsi non impetres. Exorare est petendo permouere. Germani, bitten, vnd erbitten.

Nihil loci relictum est preci) Germani sie, da wird kein bitten für helffen. Supra, Neq; consilijs locum habeo.

Perturbaui omnia) prouerbij speciem habet hæc sententia de eo, qui suis consilijs aut actionibus ubiq; multum malorum concitat & turbas ciet. Tale illud est, quod infra sequitur, Dauus interturbat omnia. Interturbare, perturbare, conturbare, idem significant.

SCHOLIA quæ explicant Textum Act. III. Scenæ. IIII. Ad

Ad te ibam) *& uerbis & gestu indicat se esse diligentem. In hac scena significatur Dauo, quod ex fictis nuptijs ipsius consilio ueræ factæ sint, Ex quo ipse in summum discrimen adducitur, neq; ullo consilio se inde explicare potest. Sic malum consilium est consultori pessimum, vntrew schlecht jhren eigen Herrn.* ἄλλως. *Significatur Pamphilo & Dauo serio esse nuptias factas, sicq; Daui consilium Pamphilo obfuisse. Nam hoc ad Epitasin periculi pertinet.* ἄλλως. *Hæc scena est generis Iudicialis. Narratio uero generis Demonstratiui.* Ad te) *sunt uerba solliciti de nuptijs.* Quid nam) *i. cur ad me uenis.* Cur) *warum bgehet man nicht zu kirchen. Increpat tarditatem senis per admirationem.* Adueſperascit) *Es ist bald abend.* Audin') *i. Chremes, quid scilicet dicat de filio. Simo gratulatur de seruo, igitur facit ad Chremetem apostrophen.* Illum) *i. affirmantem ea, quæ antea de filia dixi.*

Ego dudum) *Est integra ipsius senis oratio, in qua primum est exordium. Deinde propositio, de qua uenit ad narrationem, postea ad conclusionem.* ἄλλως. *Narratio constans duabus partibus. Prima est significatio uoluntatis. Secunda pars reddit seruum turbulentissimum.* ἄλλως. *Narratio, q. d. Hactenus nullam fidem habui tibi propter seruile ingenium, propter suspiciones. Iam uero habeo tibi fidem propter certa argumenta, quæ sunt mihi de tuo ingenio.* Idem) *quia tu es seruus. Translatio.* Solet) *id est, facere.* Deluderes) *i. faceres.* Ego) *i. ut te facerem.*

rem. Dauus audit se ab hero laudari. Igitur purgat se & est significatio summæ probitatis. Faceres) das du nicht so mit mir vmbgingest. Deluderes] das du das geteusch aus mir triebest. Exordium, in quo captat beneuolentiam à fide Daui. Facerem) Indicat se innocentem per interrogationem, q. d. nunquam cogitaui. Causa, quod amat filius. Credidi) .i. te esse talem. Accusantis est. Metuens) .i. perfidiam, uel, quod uelles me deludere dolis. Cælaui) das habe ich vorschwigen, h. e. simulaui nuptias.

Cælaui) Non est ei statim aperiundum consilium nostrum, cuius suspectam habemus fidem & ei credas quem suspicamur dolis nos delusurum, idq; cauere cuius sapientiæ est non uulgaris. Dicam) .i. de ueris nuptijs. Quid) .i. est. Scies) Locus attentionis. Nam) habes fidem à beneuolentia serui. Tandem) Admiratio, q.d. nunc demum habes mihi fidem, Tamen id deberes semper facere. Qui fiem) .i. quam sum fidelis & probus, Estq; reprehensio. Tandem) .i. iam pridem, aller erst. Non) propositio, pergit in narratione, in qua exponit, cur simulauerit nuptias. Futuræ) .i. ueræ, cum meo filio. Eo gratia) .i. ideo. Ratio simulatarum nuptiarum. Vos) .i. te & filium. Pertentarem) .i. ut scirem, quid animi haberetis. Quid ais) Dauus tenetur suspensus. Sic est res) so hat es eine gestalt. Vide) Admirantis, was sol man mir sagen, & probat simul senis consilium. Intelligere) .i. te id uelle simulatis nuptijs, te ideo simulare nuptias. Vah) Irridentis, estq; mera ironia. Callidum) .i. in simu-

Ne quid nimis

landis nuptijs. Hoc audi) .i. quod nunc dico. Altera pars narrationis, & nouus locus attentionis. Audi) reuocantis est. Hic) .i. Chremes. δεικτικῶς. Introire) .i. ut pararet, quæ opus essent parato. Opportune) .i. in tempore. Hem) Interiectio animi perturbati. Ach herre Gott. Perimus) .i. ego & Pamphilus. Quia Chremes & Simo iam in gratiam redierunt. Hæc secum loquitur. Narro) .i. Chremetide iris Glycerij & Pamphili. Iam oratio Daui crescit, & addit admirationem. Quæ) .i. de filio. Quid nam) Dicit seorsim admirans & ingemiscens. Det) .i. meo filio in uxorem. Vix) .i. multis precibus. Amplificatio à difficili. Occidi) uox perturbantis, qua significat se esse in summis periculis. ἀπόφασις. Hic res adducitur in summum discrimen. Hem) interrogantis & interminantis. Dixti) .i. quare ita exclamans, non tu es lætus. Inquam) .i. ut dixi. Optime) simulat se probare, quod senex fecerit in nuptijs. Optime) .i. ut fiant nuptiæ. Hunc) .i. Chremetem. Conclusio de nuptijs, quod scilicet sunt futuræ. Mora) .i. ut det filiam suam in uxorem meo filio. Er zwil das seine darzu thun. Domum) Liberalis pollicitatio. Ibo) .i. curabo, ne sim uobis in mora. Dicam) .i. familiæ. Apparentur) .i. nuptiæ. Renuncio) usus est præsenti propter certitudinem.

Nunc te oro) Epilogus, qui habet adhortationem, quæ à causa efficiente sumta est, & est elegantissima. Daue) Lætantis. Oro) .i. ut admoneas filium, cum sis eius præceptor. Oro) .i. quia sunt nuptiæ

ptiæ futuræ. Solus) autor fuisti harum nuptiarum. Allusit ad hoc, quod antea seruus dixit, quis igitur eum ab illa abstraxit. Ego) Dauus hæc secum loquitur, & est interpellatio, & obiurgatio. Quasi uero ego solus has effecissem nupias. Solus) q. d. in has nuptias nunquam consensit Pamphilus. Porro) id est, deinceps, in futurum. Enitere) .i. cum sint futuræ nuptiæ, Thue &weiter darzu. Corrigere) inen ermanen, i. ne nobis sit in mora. Allusit ad hoc, quod antea dixit, si quis magistrum cœpit &c. Faciam) Hæc Dauus non ex corde loquitur. Est autem polliticitatio. ἀλλως. Faciam) .i. inuitus. Ea tantum modo dicit, ne senex se tristem esse sentiat. Potes) .i. gnatum corrigere, & quid uis facile persuadere. Argumentum est à facili seu possibili sumtum. Irritatus) id est, ira commotus, iracundus, iratus Glycerio. Metaphora sumta est à canibus. &weil er noch schellig auf sie ist. Potes nunc, dum irritatus est animus) Docet omnibus in rebus arripiendam esse occasionem, & rei bene gerendæ commoditatem, in qua haud parum momenti situm est, minime negligendam, siquidem, ut ille canit, fronte capillata est post hæc occasio calua. Occasionis simulacrum ad hunc modum fingebat antiquitas, ut in Chiliad: habet Erasmus, uolubili rotæ pennatis insistens pedibus, uertigine quam citatissima semet in orbem circumagit, priore capitis parte capillis hirsuta, posteriore glabra, ut illa facile prehendi queat, hac nequaquam, unde dictum est, occasionem arripere. Hæc Eras: Ausonius sic de occasione.

Cuius opus? Phydiæ, qui, ſignum Pallados, eius
Quiq; Iouem fecit, tertia palma ego ſum,
Sum Dea, quæ rara & paucis Occaſio nota,
Quid rotulæ inſiſtis? ſtare loco nequeo.
Quid talaria habes? uolucris ſum, Mercuriuſq;
Fortunare ſolet, trado ego, cum uolui.
Crine tegis faciem? cognoſci nolo, ſed heus tu,
Occipiti caluo es: ne tenear fugiens.
Quæ tibi iuncta comes? dicat tibi, dic rogo quæ ſis
Sum Dea, cui nomen nec Cicero ipſe dedit.
Sum Dea, quæ facti non factique exigo pœnas,
Nempe ut pœniteat, ſic Metanoea uocor.
Tu modo dic quid agat tecum ſi quando uolaui,
Hæc monet, hanc retinent quos ego præterij.
Tu modo dum rogitas, dum percontando moraris,
Elapſam dices me tibi de manibus.

Quieſcas) *id eſt, deſine mihi commendare,* Ey lieber ſchweige ſtille. *Animo irato hoc dicit, in quo ſtrenuam operam pollicetur.* ἄμως. *præ dolore non uult amplius audire & tamen omnia inuitus promittit.* Age) *id eſt, expedias,* Richt es aus. Ipſus] *id eſt, filius. Ideo interrogat, quod timet, ne iterum ierit ad Glycerium.* Mirum] *id eſt, quia dixi eſſe inter Glycerium & Pamphilum iras, & eſt callida interpretatio.* Domi) *Quia iam iraſcitur Glycerio, & eſt Enthymema, Iraſcitur Glycerio, Ergo non eſt apud eam.* Mirum) Negligentis eſt. Hæc) .i. *de ueris nuptijs.* Itidem) .i. *ſimiliter.* Nullus ſum)

sum) Exclamatio omnino desperantis & est simul querela, quæ est amplificata exaggeratione, Quod suis consilijs non solum non profuerit Pamphilo, uerum in nuptias coniecerit, quæ alioqui non futuræ erant. Quid causæ) .i. nunc plane nulla est mora. Mirifica imago consiliorum plurimorum in uita, cum secus cadunt, optime deliberata. Nullus) Non dicit, perij. Nam qui perit, ille tamen adhuc existit cadauer, sed nullus dicit, quasi nunquam esset natus. Quin) .i. quo minus. Causæ) .i. excusationis. Hinc) .i. ex hoc loco. Pistrinum) .i. in istum locum supplicij. Via] .i. plana uia existente. Quid. Conscia mens ut cuiq; sua est, ita concipit intra pectora pro facto spemq; metumq; suo. Pistrinum ein Rosmůel. Nam seruorum opera utebantur in pistrinis. Preci] Es wird keine furbitte helffen. Cicero lib. 1. Epist. 1. Nec reliquit locum precibus, dixit h. e. etiam non rogatus fecit, sua sponte fecit. Relictum) Ich werde meinen Herrn nicht kőnnen erbitten. Perturbaui) Igitur merito pœnas dabo. Preci] q.d. preces iam nihil possunt efficere. Nunc sequitur enumeratio malorum. Herum) .i. Simonem. Filium) .i. Pamphilum. Conieci) .i. quadam iniuria & impetu & contra suam uoluntatem, Ich habe jm ein weib angehenget. Feci) .i. meo consilio. Fierent) .i. nuptiæ. Inuito) .i. recusante. das der Pamphilus nicht darumb weis. Hem, Ironice dictum. Nam seipsum irridet. q.d. Pulcre certe feci. Ey ich habe es fein ausgericht. Hem) Ironia in se ipsum. Ey, wie wol

hab ichs getroffen. Quod] .i. uerum. Reprehenſio. Aſtutias] Ey wie ſind wir ſo klug. Quieſſem] Hæc ſententia eſt principalis in hac Scena, & docet, quod ſi quis ſe immiſcet malis, is deniq; experiatur magna periicula. Quieſſem] .i. in fingendis aſtutijs, pœnitentia poſt factum. Eccum] perturbati uerba, & eſt paraſceue ad ſequentem Scenam. Ipſum] .i. Pamphilum. Præcipitem] Non dixit gladium, aut laqueum, ne eſſet Tragicum. Vtinam] uotum pro affectu, ſuntq; uerba timidi. Darem] .i. ut morerer.

ARGVMENTVM IOAN: STIG: IN ACT: III: SCEN: V. Vbi illic Scelus, &c.

Exprimit hæc Scena affectum animi iuſta de cauſa commoti ira. Stomachatur enim Pamphilus in Dauum, quod eius incogitantia & temerario conſilio in ſummum diſcrimen adductus ſit, Dauus territus conſcientia malefactorum, tametſi ingenio prædituus, uerſipelli & fraudulento, non quærit defendendi ſe occaſionem, ſed quod proximum eſt remedium, inuenturum ſe promittit aliud conſilium, quo expediat Pamphilum. Itaq; culpam confeſſus Pamphilum & tempore excluſum & aliis negotijs in ipſo periculo occupatum mollit ac lenit, ut pœnam differat. Monemur autem hic primum, ut delectum habeamus eorum, quibus nos ac fortunas noſtras committimus. Non enim cuilibet credenda ſunt noſtra negocia & conſilia, ſed illis potiſſimum, quorum nobis explorata

fides

est fides & constantia. Deinde docemur conscientiam assidue animum exercere sibi male conscium, ut inquit Ouid. 1. Fast.

Conscia mens, ut cuiq; sua est, ita concipit intra
Pectora pro facto spemq; metumq; suo.

Et Iuuenalis saty. XII.

Exemplo quodcunq; malo committimur, ipsi
Displicet autori, prima est hæc ultio, quod se
Iudice, nemo, nocens absoluitur, improba quamuis
Gratia fallacis prætoris uicerit urnam.

Et idem,

Conscia facti
Mens habet attonitos, & surdo uerbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum.

ALIVD Ambrosij.

Ad genus iudiciale pertinet hæc Scena. Primo enim querelam instituit, Deinde expostulationem. Continet autem ipsam ἐπίτασιν. Pamphilus enim, cui antea seruus magnam spem fecerat de Glycerio perpetuo retinenda, iam intelligens patrem instituisse ueras nuptias facere, iudicat penitus de se actum esse, & in breui carissimam amissurum Glycerium, qua amissa nullam sibi magis uitam expetendam intelligit, atque ex his maximis turbis non uidet, quomodo se explicet, maxime cum sancte sit pollicitus se im patris potestate futurum. Quare maxime indignatur & stomachatur aduersus Dauum, cuius imprudentia coniectus sit in ipsas nuptias. Cum illo tam serio expostulat, ut parum absit

fuerit,

fuerit, quin iustum de eo supplicium sumserit. Hoc enim quo minus fiat, sunt in causa magnæ sollicitudines adolescentis, qui immmens periculum, ne omnino pereat, quocunq; modo cuitare cupit.

ALIVD EIVSDEM.

Paulatim spargitur ἐπίτασις in personas. Pamphilus enim intelligit de se tandem actum esse, quod fretus consilio serui pollicitus patri esset, se in eius potestate futurum. Pater enim re impetrata à Chremete non obscure studebat quam primum maturare nuptias. Quare prodit Pamphilus stomachabundus in seruum. Orditur à reprehensione sui consilá, quod suas fortunas in discrimen adduxerit. Deinde incipit consultationem, quid patri respondeat. Sed priusquam eam instituit, ostendit se Dauus, ut illum grauissime commotum placet, sed Pamphilus incipit cum seruo expostulare & parum abest, quin eum indignis tractatum modis à se dimittat, Duo autem docet hæc Scena. Primum, damno accepto stultum sapere. Alterum difficile esse malæ causæ patrocinari.

ALIVD. Riuij.

Non cuiuslibet sequenda consilia, neq; cuiuis fortunas nostras committere nos debere hæc docet Scena. Nam id qui temere, nulloq; omni cum delectu facit, sæpenumero stultitiæ luit pœnas.

ALIVD ἄλλο.

Supra pollicitus est Pamphilus suasu serui se uelle

uelle uxorem ducere, existimans nimirum illa futura, quæ prædixerat Dauus, ut uidelicet ipse culpa liberaretur, & pater negligens factus alia quæreret ociosus. Nunc uero, quia omnia contraria accidunt, & intelligit parentem serio maturare nuptias, ita perturbatur, ut quid in ea re faciendum sit, prorsus ignoret. Angitur autem uel imprimis hac cogitatione, quod intelligit omnino esse liberale & contra officium filij negare, quod quis pollicitus est suo parenti. Seruo etiam, qui dedit hoc consilium, adeo est iratus, ut uix reprimere se possit, quo minus statim dignum de eo sumat supplicium.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. ANDR: MISENI IN Act: III. Scenam. V.

Scelus) Obseruent pueri, ne errent in genere esse hic auxesin. Vsus est enim scelus pro sceleste. Ergo est illic scelus. pro ille sceleste, Alioqui nomen adiectiuum non quadrabit cum substantiuo, Sic dicimus odium, pro, odioso.

Nulli consili) Nulli, hic genitiuus est antiquus à Nominatiuo, Nullum, Quod, Nullius, genitiuum formant. Talis antiquus casus est infra quoque in Heauton: Hoc ipsa in itinere alteræ dum narrat pro, alteri.

Precium ob stultitiam fero) h.e. iam pendo pœnas stultitiæ, es geschicht mir eben recht, cum tam stultus fuerim, sed nunquam id inultum auferet; h.

e. non

e.non erit impune, er sols nicht vmb sonst gethan haben, reposcam ab eo pœnas, sumam de eo supplicium.

Vides me impeditum esse tuis consilijs] Metaphora elegans est. Impeditum enim proprie significat id, quod intricatum est, das vorwirret ist, quod non facile potest expediri aut resolui, aut explicari. Est ergo sententia, uides etiam in quanta mala, in quanta pericula & sollicitudines coniecceris me tuis consilijs. Atq; hoc ipse Poeta indicat, cum uocat rem impeditam & perditam.

At iam expediam] h.e. eripiam te ex tantis malis, Ich wil dir wider heraus helffen. Est autem eadem Metaphora, quæ fuit illa superior, Impeditus sum. Contrarium est, Expediam te, h.e. liberabo te, restituam in integrum. 11. Expedi hoc mihi. h.e. explana & dilucide explica. Sags deutlich. In Eun: III. Expedies iram. h. e. compones simultates, conciliabis pacem, in Hecy: IIII. Expedi te hoc crimine. h. e. fac ne tale quippiam de te suspicentur, in Hecy: wircke dich aus dem vordacht. V. Vix expediui impeditum animum. h.e. Vix elapsus Bachidi cæperam amare uxorem, in Hecy:

Oh tibi vt ego credam furcifer] furcifer à ferenda furca dictus, qua serui furaces & mendaces ignominiam, ne pergerent esse furaces, notabantur. Talia sunt conuicia in seruos etiam hæc: Infra in Adelph: Mastigia. q.d. uerbero, dignus est, in quem uerberibus animaduertatur. Plaut. in Aulularia, uerberabilissime. Item, præstigiator, fur, trifur, carnifex, scelus, carcer,

carcer, ueneficus, pistrino dignus in Heauton:

Ex tranquillissima re coniecisti me in nuptias] h.e. antea in tranquillo erant mihi res meæ, salua erant omnia, eram extra omne periculum, Tu autem perturbasti omnia, tuo consilio iam periclitor, qui me nihil tale cogitantem præcipitasti in nuptias, aus einem rüglichen wesen.

Quid meritus es] Deponentale præteritum à themate, mereor. Supra usus est in neutrali terminatione, Quid commerui.

Vt ad me redeam] h.e. Vt respirem, ut conquiram aliquid consilij. Infra, Iam resipisco. h.e. sine ut me colligam, sine ut recipiam animum, das ich wider zu mir selbst komme, das ich mich besinne, das ich wider ein hertz fasse. Contrarium est, Non sum apud me. Infra in Heau: Vulgo, Er ist nicht daheim, Er ist nicht bey jm selbst.

SCHOLIA, quæ explicant Textum, Act. III. Scenæ V.

Indignatur Pamphilus, quod stulto seruo obsecutus ad has calamitates peruenerit. Est autem sententia, stultus accepto malo sapit. ἄμωος. Querela qua primum indignatur seruo, quod ei obtemperauerit, Deinde suæ stultitiæ. ἄμωος. Hæc Scena παθητικὴ uehemens est, ut res petit. Describitur enim perturbatus adolescens, callidus iuuenta. Ergo pro decoro magna est uehementia & contentio orationis. Tota hæc

ta hæc Scena generis est deliberatiui. Est autem bi-
membris. Prior pars habet querelam Pamphili, quæ
amplificatur circumstantijs personarum Pamphili,
Daui serui, & patris, cui promiserit se obsecuturum.
Altera pars est expostulatio, cui addita est commina-
tio. Daui oratio constat deprecatione & pollicitatio-
ne melioris consilij. Vbi illic) Querela, in qua pri-
mum indignatur seruo, qui dederit tale consilium.
Secundo quod illud non melius expenderit. Scelus)
.i. scelestus. Nomen rei posuit pro appellatione rei
der schelmes hals. Perdidit).i. suo consilio, quia me
à Glycerio abstraxit, der mich in das vnglück bringet.
De Dauo hæc loquitur. Iam sequuntur expostulatio-
nes, quæ pertinent ad Epitasin. Prodit enim Pamphilus
à patre, & expostulat cum Dauo.

Perij) Dauus uidet Pamphilum commotum.
Igitur utitur uerbis timidis. q.d. male metuo. Versor
in summo periculo. Perij) Eo uocabulo significat se
iam esse in magno discrimine, & est uox desperantis.
Atque (Correctio istius disputationis Daui. Iure).i.
à Dauo, quod me perdidit. Es ist mir eben recht ge-
schehen. Illa est Pamphili querela per translationem
de sua persona, Dolet itaq;, quod sit serui consilijs se-
ductus. Iners) .i. in tanta causa. Nulli consilij).i.
sine ulla cogitatione, das ich so gar vnbedechtig vnd
vnuersonnen bin. Iners) .i. sine arte, vnwitzig, loser
humpler, vndüchtig, fauler esel. Comisisse) .i. de-
bebam committere. Potentialiter autem hic usus est,
commisisse. Fortunas) mein ehr vnd gut, diuitias
& hono-

& honores. Futili) einem &weschhafftigen menschen. .i. uano, qui multum uerborum profundit, qui nihil potest cotinere. Metaphora ducta est à uasis. Nam uas futile dicitur, quod facile potest effundi, das oben vnd vnten ausgehet, & nomen habet à fundendo. Seruo) Nemo homini futuli suas committet fortunas, nisi cum Pamphilo Terentiano precium ob stultitiam ferre uelit. Seruon') Est amplificatiuncula in singulis uerbis. Est Enthymema, & sic redigitur in formam Syllogismi, omnes, qui res suas committunt futili, illi merito precium ob stultitiam ferunt, Pamphilus res suas commisit seruo futili, Ergo merito precium ob stultitiam fert. Precium) pro supplicio sumitur. Noema. Inultum ferre) Pro impune habere, Fero) Sueton. in Tiber. Perseuerantiæ grande precium tulit. Stultitiam) Quia hanc rem soli seruo commisit. Fortunas) &wolfart. Precium est medium uocabulum. Sed hic accipitur in malam partem. Fero) Narren sol man mit kolben lausen. Futilis dicitur, Qui plenus est rimarum, & est nomen uerbale à fundo. Hæc disputatio eo pertinet, ut in nostris rebus diligentes simus. Homines stulti ferunt precium ob stultitiam, Ego sum stultus, Ergo iure fero precium. Inultum hic est nomen in compositione, ultum alioqui esset participium, estq; significatio passiua, quanquam sit deponentis. Id) .i. quod dedit malum consilium. Er sol dennoch vngestrafft nicht bleiben.

Posthac) Hic desinit Pamphilus à querela, Dauus nunc loquitur, uti homines solent loqui, qui sunt

in aliquo periculo. Scio) Significatio magnitudinis sui periculi. Incolumen) .i. beatum scilicet, me non postea periclitari de uita, q.d. &werde ich jtzunder nicht geschlagen, so &werde ich nimmermehr geschlagen. Hoc) .i. præsens, q.d. Si nihil mali mihi acciderit. Est commune dictum hominum, q.d. Sic periclitor, si hoc euasero, scio me non postea periclitaturum, das keine not &werde haben. Malum) .i. infortunium, in quo nunc uersor. Sed quid) Consultatio per ratiocinationem, quid sit faciendum in illis malis. Est & argumentum ab inhonesto, q. d. non conuenit meæ ætati, ut qui antea sancte pollicitus sim, uelim mutare fidem. Patri) .i. aduenienti, &wie werde ich nu bestehen für meinem vater. Vtitur isto uocabulo propter reuerentiam. Ducere) .i. uxorem. Pollicitus) .i. antea patri. Fiducia) .i. impudentia, uel, quo ore, qua fronte. Aliter sic, qua audacia, quo animo, qua fronte id ausim facere, aus &waser turst &werde ich das dürffen thuen. Significat se hoc non posse facere. Me) .i. de me. Ellipsis est, & uox desperantis. Me) Archaismus. Sed quid) post hanc disputationem redit ad querelam, quam antea instituit. Faciam) .i. nescio, quid nunc instituam præ nimia sollicitudine. Nec quidem Nunc Dauus secum loquitur, quia uidet Pamphilum adproperantem. Ago) .i. curo sedulo, ut aliquid inueniam, quo explicem me ex his malis. Nec quidem) seruus non statim se uult offerre Pamphilo, & sentit aliquid inesse periculi. Me) .i. faciam, scilicet, scio, & hæc secum loquitur significans se esse in summo & extremo

extremo periculo. Atq; id) Addit correctionem. Ago) .i. quæro aliquid consilij, ut inueniam, quid faciundum mihi sit.

Dicam) Est consilium, quid uelit agere. Dicam) .i. Pamphilo. Dicit de suo consilio, quod secum constituit & se ipsum, ut solet fieri, consolatur. Aliquid) .i. consilij. Inuenturum) .i. aliquod consilium excogitaturum. Malo) .i. præsenti periculo. Producam) .i. differam, protendam, prolatem, interponam, auff schiebe, q. d. ut differat ne incipiat me uerberare, uel, excipiat me uerberibus. Scio) .i. sum in extrema desperatione. Oh] Indignantis, & est occasio expostulationis. Visus sum) uox est trepidantis, die schalckheit ist an tag komen. Visus sum) .i. à Pamphilo. Ille iam intelligit se non posse diutius cœlari, & secum istam orationem instituit. Ehodum Expostulatio, in qua utitur ironia, quod Dauum appellat bonum uirum. ἄλλως. Orditur expostulationem grauissimis uerbis, nominans illum bonum per ἀντίφρασιν, ut qui maxime absit à bonitate. Non enim potest inuenire in illum satis dignas contumelias. Eho) Compellantis ironia. Quid ais) Interrogatio, qua significat suum dolorem. Quid ais) Was sagt man guts. Viden') caput expostulationis. Miserum) .i. antea ex amore. Consilijs) .i. de nuptijs, uel, ut pollicerer parenti me ducturum uxorem.

Expediam) Non quidem confutat, sed promittit se iterum denuo omnia bene effecturũ. ἄλλως. Primum addit circumstantiam temporis, Dein-

de effectum etiam. Expedies) .i. talem causam, in qua ego sum coniectus in incertas nuptias, q. d. tu nunquam facies. Certe) Affirmantis. Nempe) id est, expedies. Confutatio. Modo) .i. expediuisti, Quia coniecisti me in nuptias. Imo) .i. expediam. Melius). i. consilium me daturum. Oh) Indignantis. Credam) i. ut possis melius inuenire consilium. Argumentatur ab impossibili, furcifer es, Ergo non credam. Amplificatio expostulationis à magnitudine periculi. Furcifer) Appellatio, qua significat summam iracundiam in Dauum, serui enim apud ueteres pro stigno contumeliæ cogebantur gestare furcam. Credam) .i. quod possis melius inuenire consilium. Tu rem) Argumentatur ab impossibili & à maiori ad minus. Rem expeditam non potuisti tueri, multo minus impeditam restituere. Tu rem) q. d. tu perdidisti omnem rem, Quomodo igitur nunc perditam restitues. Tu) .i. furcifeer, qui integram, expeditamq; turbasti. Rem) .i. causam. Perditam) .i. malam. Hem) Interiectio est dolentis & redit ad affectum, quo antea etiam est usus. Fretus) q.d. ego usus sum tua opera, & tuo consilio, der mich dahin gebracht hat. Quo) .i. cuius consilio. Qui me) Repetitio instítutæ accusationis, & mutatio personæ indicat iracundiam. Compellat autem iam Dauum. Coniecisti) .i. contra meam uoluntatem. Tranquillissima) .i. in optima causa existentem.

An non) Redit ad expostulationem. Alludens ad hoc, quod dixit, ut ab illa excludar hac concludar, h.e. ut

ut conijcerer in incertas nuptias. Dixi). i. ut ab illa excluderer, hacq; concluderer. Dixti) Conceßio. Quid meritus es) Interrogat de pœna eſtq; comminantis uox. Crucem) confeßio peccati & pœnæ. Agnoſcendo culpam & erratum, mitiorem reddimus, quem offendimus. Quare prudenter Dauus & erratum agnoſcit, & pro eo ſupplicium ſubire non recuſat. Recte hoc loco Donatus, plena (inquit) ſatisfactio eſt confeßio peccati ſine recuſatione pœnarum. Crucem) Confitetur, ſe meruiſſe pœnam. Sed) Redit ad ſuam naturam, & fingitur omnino eſſe perturbatus. Redeam) .i. ut qui antea non fui apud me. Diſpiciam). i. exquiram aliquod conſilium, Ich ſöl etwas erfinden. Excogitabo, quo uos explicem ex his malis. Diſpicere eſt quaſi diſquirere. Hei mihi) Dolentis. Redit ad ſuum affectum adoleſcens. Spacium) id eſt, tempus, occaſionem, raum vnd zeit. Sumam) Der Zweile haben, das ich mich an dir rechnen könde. Dete) .i. Dauo. Vt volo) .i. Wie ich im ſinne habe, & ut meritus es. Namq;) Ratio, Quare non uelit facere. Præcauere) .i. meas res curare, q. d. Vt caueam, ne in has turbas atq; nuptias incidam.

Hoc tempus te vlciſci ſinit) id eſt, non uacat iam, ut de te ſupplicium ſumam, Ich kan mich jetzt nicht an dir rechnen. At reperiuntur tam ſtulti, qui malint ſtatim ulciſci, neq; in idoneum tempus differre uindictam, quam ſibi præcauere, quod fieri non debere docet hoc loco Terentius. Securitati enim ante, quam uindictæ conſulendum eſt ſemper. Hic pueri

imbibant illam præclaram Salomonis, atq; egregiam doctrinam, uindictam prohibentem, Ne dic reddam malum, sed expecta Dominum, is saluabit te. Tempus) .i. hic dies.

ARGVMENTVM IOAN: STIG: IN Act. IIII. Scenam I. Hoccine credibile &c.

Vt exaggeretur Epitasis, inducitur Charinus, qui cum Pamphilo expostulat eò, quo fidem datam præstare non uideatur, & est elegans collatio diuersiorum ingeniorum. Tumultuatur Charinus, ut homo inelegans & rudis. Excusat se modeste Pamphilus, asserens non suo consilio, sed imprudentia pocius, ac maxime Daui culpa utrumq; in discrimen uenisse. Continet autem hæc scena locum communem de perfidiæ detestatione & admonet fidem datam præstandam esse, Qua de re docet Cicero in lib: 1. Offic: Habet enim perfidia suas pœnas, ut testatur Silius Italicus his uersibus,

Dubio qui frangere rerum.

Gaudebit pacta ac tenues spes linquet amici,
Non illi domus, aut coniunx aut uita manebit.
Vnquam expers luctus, lacrimæq;, aget æquore sem(per
At tellure premens, aget ægrum nocte, dieq;
Despecta ac uiolata fides.

ALIVD Ambrosij.

Sicut in prima parte huius fabulæ contulit cum

cum Pamphilo Charinum in consilijs ac moribus dissimillimum, Ita etiam hoc loco Epitasis personæ Pamphili statim subijcitur oratio Charini, in qua omnia sunt immoderatiora. Conqueritur autem de perfidia Pamphili, quod is antea pollicitus fuerit, se omnino uelle effugere affinitatem Chremetis, nunc præter omnem spem mutauerit sententiam, & in hac parte miras agit Tragœdias, neq; potest modum aliquem facere suæ iracundiæ. Expostulat autem cum Pamphilo inhumanissime, quod fidem semel datam fefellerit, & quod præter æquum & bonum, eripuerit sponsam optimo amico. Deinde satis honestam excusationem Pamphili omnino reijcit, tantum pergens in illa stulta ac confidenti accusatione & in illa opinione amissæ sponsæ. Tandem uero interuentus Daui autoris omnium turbarum efficit, ut aliquo modo suspicionem, ac culpa liberetur Pamphilus. In fine est addita magnifica serui pollicitatio de nouo inueniendo consilio, quo expediat Pamphilum miserrime impeditum. Pertinet autem hæc Scena ad genus Iudiciale.

ALIVD EIVSDEM.

Birria seruus, qui missus erat, ut obseruaret, quid futurum esset de nuptijs Pamphili, domum reuersus, cum renunciasset Charino, quod uxore excidisset, adolescentem ita perturbatum reddit, ut quid instituat omnino ignoret. Tandem uero ad se rediens grauissime conqueritur de perfidia Pamphili, & durius cum eò expostulat, ut à quo magna affectus sit iniuria,

quod contra quam promiserat Chremetis filiam uidebatur ducturus. Oratio uero Pamphili tota consistat translatione, quod Daui consilijs adductus contra suam uoluntatem patri promiserit se ducturum Chremetis filiam. Charinus igitur intelligens ex multis argumentis Dauum huius mali autorem esse, incipit & cum eo expostulare. Dauus cum factum neq; negare, neq; excusare posset, utitur deprecatione, id quod serui persona exigebat, quanquam ea quoq; translatio est, quod in fortunam reijcit turbata de nuptijs consilia. Adhæc promittit suam operam utriq;, se quicquid sit periculi, discussurum & inuenturum aliquod præsenti malo remedium.

ALIVD Riuij.

Continet hæc Scena elegantem præfidiæ detestationem, docetq; datam fidem sancte semper præstandam, neq; ulla unquam in re uiolandam esse, maxime uero, si de amici commodo agatur.

ALIVD ἄδηλον.

Antea satis intellexerat Charinus, quod Pamphilus penitus abhorreret á nuptijs, & quod adiuuare uellet, quantum posset fieri, ut Chremetis filia daretur Charino. Itaq; lætus discesserat omnino existimans, se aliquid impetraturum apud Chremetem, cum nihil impediret Pamphilus. Verum ex seruo quem miserat, ut aliquid certi nunciaret, num uere eo animo esset Pamphilus, postquam intellexit præter omnem opinionem Pamphilum dixisse patri, se uelle uxorem ducere,

lucere, omnino desperare incipit de suis nuptijs, nec aliud cogitare potest, quam quod exciderit uxore. Quare indignatur tantopere, ut nullum prorsus, seruet modum. Primum durissime reprehendit illud factum Pamphili, quod fidem non seruarit. Deinde cum eo acerbissime quoq; expostulat, quod amiciciam uiolauerit, nec functus sit officio boni adolescentis. Tandem uero culpa omnis transfertur in Dauum, qui ut ambos sibi placatos raddat, large pollicetur in hisce turbis suum studium, bene sperare iubens adolescentes.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. ANDR: MISENI IN Act: IIII. Scenam. I.

Hoccine credibile est, aut memorabile) Ist das auch gleublich, oder je erhört. Est autem hic locus communis de perfidia hominum, ut semper sibi melius malint esse quam alijs, idq; cum dispendio aliorum nusquam tutam esse fidem, neminem præstare, quod promiserit. Dignus locus, quem ediscant pueri, ut ita iudicium confirmant huiusmodi sententijs, quibus etiam doctissimi homines sua scripta tanquam insignibus ornamentis pingere & ornare uoluerunt.

Comparat vt commoda) .i. Comparare sua commoda, seinen nutz schaffen. Et in Heau: Act. 2. Scen. 4. II. Itane parasti te, in Eun: Act. 2. Scen. 2. &wie hastu dich also in die sache geschickt, wie hastu dich also für gesehen. III. Ita comparatam esse omnium naturam, in Heau: Act. 3. Scen. 1. das alle

leute also gethan sind. h.e. sic affectos esse omnes homines. IIII. Quam inique comparatum est in Phor. Act. 1. Scen. 1. &wie vngleich gehets auff erden zu. V. Nunquam uidi iniquius certationem comparatam, Ich habe nie gesehen, das vngleicher were zu gangen. in Adelph. Act. 2. Scen. 2. VLPIANVS, Iure naturæ æquum est neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem. ff. de regulis Iuris.

Tum necessario se aperiunt) als denn geben sie sich an den tag, denn lassen sie sich mercken, denn kompt die grosse büberey herfür, thun sich auff. h.e. perfricant frontem.

Expostulem) Expostulare est conqueri de iniuria aduersus aliquem, mit jm zu har liegen. Expostulo cum eo hanc iniuriam, Ich wils mit jm ausrechnen. Exprobrabo ei perfidiã, ich wil jm seine vntrewe fürwerffen, ich wil mit jm von der sachen reden. Theocr: ὡς μέμφομαι οὐκ με ποιεῖ.

Ingeram mala multa) Metaphora est elegans, ac si dixisset, plaustra conuiciorum in eum accumulabo, sicut & subijcit, Multum molestus ei fuero. ich wil jm viel böser wort geben, ich wil jn vbel ausrichten, ich wil jn vbel schelten. Ratiocinatio est à consequenti. Sic Plautus in Pseudolo, Assiste, onera hunc maledictis, ingere mala multa. Item in Mercatore, omnia mala mihi ingerebant.

Nihil promouerit] Obseruandum est verbum, promouere, quod hic significat conficere, assequi uoti compotem fieri, du wirst nichts ausrichten, es wird

wird dich nicht helffen. Item non succedat tibi consilium tuum, contemnet Pamphilus tua conuicia. Sic & promouere significat. q.d. Porro mouere, seu ocyus se mouere inter eundum, weiter kommen. Sic infra in Eu: Moue uero te ocyus, nihil promoues. Item promouere significat impedire seu morari, moram producere, extrahere, etwas hindern oder auffziehen. Significat item iuuare, auxilio esse ad aliquid consequendum, einem dienstlich vnd förderlich sein. Sic est usus Suetonius in Vespasiano.

Animo morem gessero) Supra, sui animum ut expleret suum. Infra in Heau: Ingenio frui, indulgere animo. Germani sic reddunt, ich wil mein mütlin külen. Ich wil meinen zorn auslassen. Infra in Adelph. Animo obsequi. Postulas me subducere) Est decipere, fällere, persuadere, einen berücken, vmb die fichte füren, auff einen affen ort setzen, vmbfüren, auffsetzen. Sicut Græcis ὑπαγειν. Est autem autem elegans Metaphora, sicut & illa, quam infra sucijcit, nisi me lactasses. h.e. Nisi me uanis pollicitationibus & confictis uerbis alliceres, & mihi imponeres & falsa, ut subijcit, spe produceres. Lactare autem significat proprie, seugen. In Phor: sic, ut Phaleratis dictis ducas me. Spectaui ex animo meo) .i. iudicaui te talem esse in me, qualis ego in te sum, æstimaui, comparaui, der ich meinete, wie ich were, so werestu, weil ichs keinem hette gethan, so dachte ich, es solte mirs auch keiner thun. Spectare significat probare, æstimare, schatzen: h.e. Ego tuo candori & fidei nihil dif-

fidebam,

fidebam, sed falsus sum, Ich habe gemeinet, du solleſt so trewlich handeln als ich.

Nisi me lactasses amantem) Metaphora, & supra, subducere me istis dictis postulas. Infra in Phor: Item elegans est formula, ut, phaleratis dictis ducas me. Significat autem ista omnia confictis, falsis, & uanis promißionibus aliquem allicere, cum re ipsa nihil subsit. Germani bene reddunt, mit guten geschmückten worten einen vmbfüren oder auffsetzen, falsa spe producere, sicut subijcit.

De te exemplum capit) h.e. te imitatur, Er nimpt ein exempel von dir, Er lernet es von dir. Quid exemplum proprie significat, supra dixi, Magnum exemplum continentiæ. Et infra, cum dicit, Aliorum exempla commouent. Vide prouerb. A uicinis exemplum. Altercasti) priscum est, pro altercatus es. Altercо neutraliter est. Dicitur & altercor deponentaliter. Supra, commutare uerba. Nunquam destitit instare) Instare significat magno studio urgere. Supra. Ille instat factum, hart antreiben, vnd einem anligen, ut, præceptoris est instare, ut pueri diligenter discant, Significat item appetere, nahe sein, ut, instante uere redeunt hirundines, &wenn der Lentz schier kommen wil, denn kommen die schwalben wider.

Interturbat) Interturbare est uerbum uehemens & significat ein schertz vorderben, Nam (inter) in compositione significat ualde. q.d. &wo er hin kompt da schlegt alle wege der donner nach.

Nisi Deos sat scio fuisse iratos) Tale quippiam

piam est, quod Germanice post acceptum damnum dicere solemus, ich meine der Teuffel habe mich geritten, das ich jm gefolget habe, ich meine der Teuffel hat mirs gerhaten. Vide prouerb: Genius malus.

Hoc non succesſit, alia aggrediemur via) Obserua copiam, non succeßit, parum succeßit, parum proceßit, præter spem euenit, es ist vns nicht gelungen. Sic est quoq; apud Liuium lib. 3. Deca: 3. proceßit id parum. Viam hoc loco Terentius pro ratione consilij dixit ad imitationem Græcam. Euripides in Hecuba, σῶμ' ὁδῷ βουλευμάτων. uide prouerb. posteriorib⁹ melioribus. Manibus pedibusq;) prouerbia sunt, quibus summum studium et conatum significamus in rebus agendis. Germani sic dicunt, ich habe mit henden vnd füssen geweret. Item, er gehet tag vnd nacht damit vmb. Infra in Phor: Sine prouerbio sic est locutus, non ceſſauit pro te eniti.

Capitis periculum adire) Mein leben in die schantze schlagen, h. e. in diserimen uocare. Germani sic, in fahr leibs vnd lebens sich geben. Infra, satis periculi cæpi adire. Illa formula loquendi est quoq; usus Cicero. 1. offi:

Tuum est, si quid præter spem euenit, ignoscere) Grauißimus est locus. Nam sapientißime dixit Poëta, consilia non ex euentu, sed ex animo æstimanda esse & notanda, Sicut & Cicero lib. 1. Epist. 7. iudicat facta non ex euentu, sed ex consilio esse iudicanda. Huc pertinent multi loci clarißimorum uirorum, ubi de iniquis iudicijs hominum disputãt, qui etiam ho-

am honesta, necessaria, prudentia, utilia consilia bonorum uirorum reprehendunt, si euentus consilijs non respondent, sicut Demosthenis consilium utile & necessarium ab Aeschine reprehendebatur, cum infeliciter dimicatum esset cum Philippo Macedone. Vide grauissimam disputationem Demosthenis in oratione de Corona, ubi grauiter disserit & rectissime, per Deos stetisse, quo minus sua consilia fuerint felicia. Et neq; se, neq; ullos sapientes uiros præstare posse, ut euentus respondeant consilijs, etiam honestissime & necessario iuuentis. Deorum hoc esse proprium & ingenibus Deorum positum esse, sicut Homerus inquit. Huc pertinet sententia Psalmorum. Qui dat salutem regibus. Vide etiam orationem Ciceronis pro C. Rabirio. Quanquam hoc plerunq; facimus, ut consilia euentibus ponderemus, & cui bene processerit, multum illum prouidisse, cui secus, nihil sensisse dicamus. Sic & lib. 11. Epist. 7. Et lib. 12. Epist. 25. Sed hæc sententia sic & illi & nobis probabatur, ut ex euentu homines de tuo consilio existimaturos uideremus, si cecidisset, ut uolumus & optamus, omnes te & sapienter & fortiter: Sin aliquid esset offensum, eosdem illos & cupide & temere, feciss dicturos. Et subinfra, Redeoque ad illud, quod initio scripsi toties facti tui iudicium non tam ex consilio tuo, quam ex euentu homines esse facturos, & lib. 6. Epist. 4. Conscientiam rectæ uoluntatis maximam consolationem esse rerum incommodarum, nec esse ullum magnum malum præter culpam, à qua quando tantum absumus, ut etiam optime

senserimus, euentusq; magis nostri consilij, quam consitium reprehendatur & quando præstitimus, quod debuimus, moderate, quod euenit, feramus.

Restitue] Elegans formula latina est. Sic est quoq; usus Suetonius in Cæsare, Restituit in integrum, Sic est infra in Prologo Hecyr: Restitui in locum. Inma in Eu: Vt suis restituam. Est autem sententia, Expedi me ex istis malis, fac ne porro pericliter, fac ut res meæ sint tranquillæ, ita ut antea fuerint, fac ut curis nuptiarum uacuus sim, Hilff mir aus dem vbel.

A Glycerio) .i. Ab ædibus Glycerij. Apud Plautum in Menechmis est etiam talis locutio. Sic quoq; solet loqui Terentius, A Glycerio, an der Glycerij haus.

SCHOLIA, quæ explicant Textum.

Act. IIII. Scenæ I.

Expostulatio Charini cum Pamphilo, quod datam fidem de ducenda uxore fefellerit, quæ amplificata est loco communi de perfidia. Ἔνστασις. Hæc Scena pertinet ad genus iudiciale. Charinus orditur suam querelam à loco communi, & est elegantißima, sed non satis bene ad personam Pamphili accommodat, Est autem hæc sententia, quod in mundo solet fieri, ut maxima pars hominum, infinita & ingentia polliceatur, Verum cum opus est seruare fidem, omnino nihil præstet. Ἔνστασις. Hæc Scena est generis iudicialis, & status Iuredicialis. Propositio accusationis est. Non iuste facit, qui pollicetur suam operam & tamen non seruet. Propositio defensionis est inficiatio.

In prima

In prima parte affectus sunt animi immoderati. Primo querela est, Deinde sequitur expostulatio. ἄλλως. Spargitur Epitasis in plures personas, ut plus sit querelarum. ἄλλως. Est & hæc Scena bimembris. Prior pars habet querelam, quæ ornata est egregio loco communi de perfidia. Est autem oratio instituta in genere. Infra in expostulatione in specie idem dicit, sicq; oratio reuocatur à Thesi ad Hypothesin, &c. Nata autem est hæc quærela & expostulatio ex pollicitatione Pamphili. Inseritur autem hic, ut plus turbæ sit in Epitasi & Pamphilus grauius periclitetur.

Hoccine) Exclamatio, qualis conuenit huic adolescenti Pamphilus fingitur tenere perpetuam mediocritatem. Econtra ille fingitur omnia impotentius ferre. Est itaq; querela de perfidia. Hoccine) Pro, hoc non est, Oratio negatiua. Propter affectum autem effert orationem per admirationem & interrogationem Memorabile) .i. nunquam auditum, vnerhört. Vecordia) .i. malicia, quod plane exuerit humanum affectum. Vecordia hoc loco perditum animum significat. q.d. Peruersitas & improbitas animi. Et ucsanus esse dicitur, qui est perturbato & improbo animo, ein vor zweiuelter böser mensch. Innata) .i. ut aliquis tam uecors, tam stultus & insanus sit. Vt malis gaudeat) ut sit ἐπιχαιρέκακος. Hoc non est probi hominis, estq; definitio uecordiæ. Comparant sua commoda) sie schaffen jren nutz. Comparet) .i. acquirat, q.d. quærat suam utilitatem in aliorum incommodis. Vide hac de re tertium librum offi. Cicero. Exigit id

igit id Christiana caritas, ne cui faciamus, nobis quod nolimus fieri, quam quidem legem ualde placuisse Alexandro seuero testatur in eius uita Aelius Lampridius, cuius super hac re uerba sunt, clamabatq; sæpius, quod à quibusdam siue Iudæis siue Christianis audierat & tenebat, idq; per præconem, cum aliquem emendaret dici iubebat, Quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris, quam sententiam usq; adeo dilexit, ut & in palatio & in publicis operibus perscribi iuberet. Ah) παθος & est amplificatio ab indignitate rei. Verum) pro, bonum genus hominum, sollen das auch leute sein. Imo Correctio, sunt quidem homines, sed peßimi, es sind ei-tel teuffel. In denegando) i. ut negent se facturos esse aliquid, ut hic Pamphilus negauit se ducturum esse Philumenam, uel si cui denegare debent, i. primo rogati, haud grauatim promittunt suam operam alijs. Est pictura illorum hominum, qui sunt uecordes, aut describit perfidiosos homines. Denegando) .i. cum rogantur. Dicitur autem hoc de illis qui largiter promittunt principio rogati, postea cum debeant promissum præstare, inueniunt excusationem quandam, quo minus id faciant, quod principio promiserunt. Quis) .i. quibus. Pudor) q. d. qui uerentur aliquid denegare. Pudor) da schemen sie sich, i. ut non faciant, quod se non facturos dixerant. Modo) .i. tantummodo. Est) .i. instat. Perfeci) .i. præstare promissam fidem, satisfacere, vorheissen ist adelisch, halten aber ist beurisch. Vulgare prouerbium est. Perfici) .i. re ipsa ostendere, quod sunt solliciti, & est Græcismus, infiniti-

tus pro gerundio. Tum) Est descriptio istius malitiæ, q. d. tum cognoscuntur, quales sint. Necessario) Quia debent præstare aliquod officium. Aperiunt) .i. quando peruentum est ad rem, exhibent se totos, quales sint, Sie machen das man sichet, was sie für leute sind. Timent) .i denegare admoniti. Res) .i. malicia eorum. Denegare) .i. quod promiserunt. Aperiunt) sie geben jr falsch hertze an tag. Tum) id est, quando debent perficere promissa. Ibi tum) .i. cum ad ipsam negationem peruentum est. Est amplificatio, in qua recitat hominum uerba, qui multa pollicentur & re nihil ostendunt. In summa, Execratur sua oratione Charimus omnes, qui suas proprias res magis, quam alias curant. Impudentissima) wenn man es bey dem licht besicht. Descriptio, quomodo soleant denegare, & quod ad cogitationes pertineat, pingit.

Quis tu es) Loquitur per Mimesin de dignitate primum personæ, & dicit, quibus uerbis soleant uti in promittendo, was gehörestu mir zu, was gehestu mich an, was habe ich von dir, q. d. ibi fingunt multas causas, quibus explicent se ex his causis. Quis tu) per contemtum, & illa uerba referuntur ad autoritatem personæ. Quis mihi) Loquitur de necessitudine, Ich kan dir nicht helffen, sondern meinen freunden. Meam) .i. concederem, darem, committerem. Meam) .i. uxorem uel amicam. Alludit ad suum amorem, & hæc proprie loquitur de Pamphilo. Heus) ach lieber sage, was du wilt. Conclusio finalis illorum hominum. Proximus) h. e. primum mihi

mihi est prospiciendum. Idem superius quoq;, quanquam alijs uerbis, reperitur, Omnes sibi melius esse malunt, quam alteri. Recte senarius ille Græcus, φιλεῖ δ' ἑαυτοῦ πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα, Nemo se ipso diligit quenquam magis, Ich gůnne mir mehr guts, den einem andern. Proximus) .i. Carus, benenolus, Ich bin mir selbst das beste schůldig. Attamen) occupatio, seu, subiectio, ab es sey auch redlich gehandelt. Fides) .i. fidelitas, quæ data est. Roges) .i. interroges auditis illis excusationibus. Fides) .i. quare igitur promiserunt. Nihil pudet) .i. nihil erubescunt, Sie werden nicht ein mal rot darfůr. Hic) .i. ubi promissa sunt præstanda. Hic) finalis particula est tanquam Epiphonema, q. d. plane omnia inuertunt, postquam promiserunt. Opus) .i. uereri. Illic) .i. principio, ubi nihil promiserunt. Non verentur) .i. denegare, uel, non aliquid polliceri. Ibi verentur) .i. seruare fidem. Plautus plæriq; homines, quos cum nihil refert, pudet, ubi pudendum est, ibi deserit eos pudor. Simile est, cum dico, wen einer kõmpt, vnd bittet mich vmb einen gůlden, vnd ich sprich zu jhm, kom morgen wider, vnd wen er auff den andern tag kõmpt, spreche ich zum knechte, sprich ich sey nicht daheime.

Sed) Hactenus dixit de sua indignatione, quod multi sunt homines in mundo, qui aureos possunt polliceri montes, sed reipsa nihil præstare. Nunc sequitur deliberatio et consilium. Agam) was sol ich nu thun, & uult quadam applicatione indicare Pamphilum

esse ex eorum numero. Repetitio irascentis. Agam) .i. instituam. Adeamne) consultatio est & pro ingenio adolescentis apta deliberatio. Eum) id est, Pamphilum. Propositio consultationis. Expostulem) .i. quod datam fidem fefellerit. Sol ich mich nicht mit jm schelten. Expostulare significat conqueri apud eum, a quo nobis est illata iniuria. Hanc) .i. tam contumeliosam. Iniuriam) pro, de iniuria Ingeram) Ich wil jhm viel vnnützer wort geben. Descriptio naturæ Charini. Cic. lib. 15. Epist: 19. Regeram tibi tot Stoicos rusticos. Mala) id est, maledicta. Ingeram) .i. inferam, tanquam quædam tela. Atq;) occupatiuncula, quam confutat. Dicat) id est, dicere posit. Es möcht einer sagen. Promoueris) .i. expostulatione. Non enim honori tibi erit sed uertetur uicio. Multum) Responsio & confutatio, i. promouero. Est plane inhumanum. Molestus ero) id est, mea expostulatione, Ich wil jm eine röte abjagen. Ich wil mich vnnütz machen, Ich wil mein mütlin külen. Animo) .i. indulgebo iræ. In And: Euomam in eum ægritudinem meam.

Charine) Querela cum defensione, & occurrit illius iracundiæ, priusquam incipiat. Dij respiciunt) .i. de insperato. Propositio est, & humanissima oratio Pamphili, ut nihil humanius dici posit. Imprudens) .i. nihil cogitans talia, aus vnuersinnenheit. Culpam in se transfert. Respiciunt) .i. nos adiuuerint, Es sey den, das es Gott sonderlich vorhütet. Imprudens) .i. ignorans & insciens. Perdidi)

Ich

Ich habe mich in gros vnglück gebracht. Ne quid habeat Charinus, quamobrem merito de Pamphili fide queratur, perfidiæuæ ipsum insimulet, ei hic sese purgat de non præstita promissi fide, & quando hoc fere queri solet, prudens quis & dedita opera, an imprudens fecerit, Idcirco utitur hoc loco Pamphilus assumtiuo statu & primum quidem per concessionem, purgationemq; sese defendit, cum non consulto ac de industria, sed per imprudentiam & ipsum se & Charinum perdidisse, ait, Deinde culpam à se omnem remouet, atq; in Dauum totam reijcit ac transfert, cuius suasu, impulsuq; in id uterq; incommodum, periculumq; sit coniectus. Porrò, quo maxime nititur Pamphilus, hoc ei Charinus extorquere conatur, cum inquit, Itane imprudens? tandem inuenta est causa. Et paulo inferius, scio coactus tua uoluntate &c. Charine) Altera pars scenæ habet expostulationem. Status est. Pamphile soluisti fidem. Pamphili excusatio constat partim querimonia, partim remotione criminis, se non esse in culpa, sed si quid peccatum sit, hoc omne imputandum esse Dauo consultori &c. Status Assumtiui.

Itane) Charinus nunc satis cum sua rusticitate & impotentia animi respondet. Estq; expostulatio, Ia &wol vnwissentlich, & loquitur ironice, Ey lieber. Imprudens) Repetit illud uerbum Pamphili. Inuenta est causa). i. excusatio aliqua, q. d. habes rationem, qua tuum factum firmas & defendis, keine entschüldigung. Soluisti fidem) .i. fefellisti, non

præstitisti fidem, du hast nicht glauben gehalten. Libere dicit, quid de eo sentiat. Quid tandem) Exoratur expostulationem ab Ironia, q. d. quare dicis, me soluisse fidem. Nunc) .i. posteaquam cognoui totum negocium. Expolitione Rhetorica explicat propositionem. Subducere) du wilt mir das maul schmieren. Quid istuc) id est, quare ergo me ita accusas. Postquam) Expostulatio & amplificatio. Amare) .i. Philumenam filiam Chremetis. Dixi) .i. tanquam amico, h. e. cum proderem meum amorem. Est caput occasionis. Complacita) .i. statim de tuo commode cogitasti. Quid: Nitimur inuetitum, cupimus semperq; negata. Heu) Est παθος dolentis, ach ich armer mensch, q. d. existimas te esse fidelissimum amicum. Spectaui) Ita simplices, probiq; fere decipiuntur. Salomon, Ore simulator euertit proximum suum. Falsus) .i. erras uehementer, non recte intelligis, deceptus es. Alij legunt per interrogationem. Ille omnino confutat hoc & it inficias. Gaudium) .i. postquam complacita est tibi puella. Expositio expostulationis. Solidum) .i. plenum, integrum, constans, perpetuum, firmum. Lactasses) id est, oblectasses tuis pollicitationibus, illexisses laborantem amore, vmbgefüret, geeffet, so du mich auch noch nicht vexiret hettest. Produceres) .i. Suspenderes, extraheres, das maul auffsperren, auffziehen, vber das narren seyl &werffen, sublimere alicui os est in Aulularia Plauti. Habeas) .i. Philumenam, permissio, irati animi & est imprecantis. Habeam) .i. illam, quam odio

odi. Nunc Pamphilus uult se defendere recitando mala & incommoda sua. Ah) Honestißime se excusat & transfert culpam in seruum Dauum. Habeam) .i. pro uxore, pergit in sua defensione. Verser) .i. propter amorem. Consilijs) .i. persuasionibus. Confecit) Er hat mir grosse gremschafft gemacht. Ah) purgatio, Est q; formula reijcientis. Reijcit enim culpam in seruum, qui fuit autor huius mali. Sollicitudines) .i. molestias, in angst vnd not bringen. Meus) .i. existens. Carnifex) stockmeister. Translatio est. Quia me uarie contorsit. Vocat eum iam carnificem, quem antea pater dixit magistrum. Quid mirum) Reijcit culpam in Pamphilum, & est irrisio satis amara. Istuc) .i. si fuit in te carnifex. Exemplum) .i. à te hoc didicit.

De te exemplum capit) E seruuorum moribus de Domini ipsius natura, cuiusmodi uir is sit, quoue præditus ingenio, iudicium facere, aut certe coniecturam ducere possumus. Qualis autem herus, talis ferè est seruus, uulgari ac trite hodie prouerbio dicitur. Et sane heri probitas familiam etiam reddit meliorem, Bonus paterfamilias domum efficit bene instituta, Qualis (inquiunt) Abbas, Tales & Monachi. Haud) Est quædam antea confutatio, qua studet illum iterum lenire sed parum proficit. Dicas) .i. non sic me irrideas. Me) .i. animum meum, &wen du wüsteſt, wie ich gesinnet bin, &wie gut ich es mit dir meine. Amorem) .i. erga Glycerium. Scio) Charinus omnia reijcit, & dicit ironice, q. d. non opus est

uerbis multis, scio omnem rem. Altercasti) .i. disputasti. Ironia. Vult enim significare, illud non esse factum. Cum patre) Quasi uero, der vater hat dich kaum mit schlagen können darzu bringen, q. d. der vater hat dir kaum ein wort gesagt, so hastu deinen willen darein geben. Amarulenta ironia. Cogere) i. non potuit te impellere, ut illam duceres, Er hat dich nicht können zwingen, noch vermügen. Illam) .i. Philumenam.

Imo) .i. audi. Corrigentis est, & confutatio, seu narratio, sicut incæpit à translatione. Transfert enim culpam in seruum. Fatetur quidem factum, sed tamen excusat, & dicit non à se esse factum, sed à seruulo. Quo) .i. quia. Aerumnas) vmb mein vnglück. Hæ) .i. cum filia Chremetis, q. d. non fuit res seria, quod deberem ducere filiam Chremetis. Apparabantur) .i. non erant ueræ, sed tentandi gratia erant institutæ. Quisquam) .i. non tantum Chremes. Dare) .i. mihi. Scio) Charinus ironice illudit excusationem Pamphili, q. d. du hast dich nicht lange lassen darzu treiben vnd bitten oder schlagen. Conuenit autem hæc ironia in eos, qui quod libenter & auide faciunt, coacti facere uideri uolunt. Vide Prouer: Volens multo sane animo. Voluntate) .i. fecisti hoc nemine cogente. Mane) Charinus uoluit nunc abire. Reuocat igitur eum Pamphilus & libenter uellet, ut is acciperet excusationem. Amicis igitur eum alloquitur uerbis. Mane) .i. audi, uox Reuocantis. Illam) .i. Chremetis filiam. Nondum scis) .i. noli sic esse furiosus. Indignantis

dignantis, & est Enthymema. Scio) q.d. quid mihi multa uis dicere. Cur me enecas) .i. cur toties dicis mihi de tua amica. Est explicatio & repetitio loci principalis de Daue. Enecas) .i. excrucias, obtundis. Est frequens apud Comicos, enecare pro obtundere aliquem, & odiosum esse alicui, loquacitate per Metaphoram, Enecat me. Destitit) .i. carnifex meus Dauus. Instare) anzuhalten. Ducturum). i. uxorem Chremetis filiam. Suaderc) .i. non destitit. Enallage, pro, suadebat. Er hat es mich vberredt. Vsq; adeo). i. tam diligenter, sine intermissione. Perpulit) traxit me inuitum, in suam sententiam, Item, non destitit, donec id, quod uoluit, perfecit, bis das er mich vberredt hat.

Quis) .i. qui hoc tibi persuasit. Est admirantis. Iam cum de Dauo audit Charinus, aliquando mitior est factus. Istuc) .i. fecit, qui hoc tibi persuasit. Dauos) .i. effecit. Dauos in nominatiuo uetercs dixerunt Græca declinatione. Dauus) q.d. ille bonus seruus. Est admirantis. q.d. ille, qui promisit suam operam utrisq;. Interturbat) .i. Dauus est omnium turbarum & malorum autor, aut, perturbat omnia. Potest referri ad Dauum, uel ad Charinum. q.d. omnia peruertit turbando. Omnia) Hæc uox non debet adesse, quia uersus alioqui non pateretur. Quamobrem) .i. ille interturbat, quid ita, qui fit hoc. Nescio) .i. quare hoc sit factum. Querela præ indignatione enim non uult exponere suum dolorem. Nisi) Excusatio, das es sey eine sonderliche straffe von

Gott. Mihi). *i.* erga me. Nisi) *particulam hic obseruabis positam esse pro, sed, Græca consuetudine, & frequens est apud Comicos. Est hic uersus prouerbialis, scio Deos fuisse iratos. Infra in Phorm.* Irato Deo meo. *Vnde uenit quod antiquitas, cum primum nasceretur, credidit semper suo genio (gutem Engel) suo angelo, sicut est in Euangelio multum de custodia angelorum. Sic etiam gentes Deum genium uocarunt, qui procuraret eorum bona, quem colebant. Vnde,* Dijs uolentibus, Iratus Deus. Iratos). *i.* male propijs. Auscultauerim) *.i.* Dauo seruo futili. Factum) Iam relicto Pamphilo loquitur cum Dauo, & cum eo expostulat duris uerbis. Hoc) *.i.* ut dicit herus tuus. Daue) Compellantis est. *q. d.* tune perdidisti adolescentem. Factum) Affirmantis, ut leniat huius iram. Confessio enim meretur ueniam. Hem) Indignantis. Quid ais] quid hoc monstri est. Scelus) *.i.* scelestе.

At) *q. d.* Dij tibi male faciant. Diunt] prodent antique. Duint etiam dixerunt, quod iam plane est exoletum, Gott gebe dir den lohn, wie du vordienet hast. Dignum) *.i.* tale supplicium, quale meritus es. Eho) Communicatio per amplificationem, cum scilicet ipsum aduersarium adhibemus in consilium. Dic) Interrogatio, quæ habet attentionem quandam audientis. Hunc) *.i.* Pamphilum. Si omnes) *.i.* tu non feciſti, ut seruum decet. Hoc) *.i.* tuum consilium, cum tamen sis seruus. Deceptus) Sunt uerba ueteratoris, estq; prouerbialis locutio. Postulat autem

Dauus

Dauus erroris sibi gratiam fieri, quo clarius innotesceret spectatoribus Dauum esse falsum. ἄλλως. Incipit paulatim spondere suam operam, & est concedentis, Deceptus) es hat mir gefelet. Defatigatus). i. in fallacijs inueniendis, in alijs consilijs excogitandis. Ich bin noch nicht verzaget. Indefessus est Dauus sperandi autor. Defatigatus autem deducitur à defetiscor. Scio) Concedentis uox cum quadam ironia, scilicet, te non esse defatigatum, du zweiuelst nicht, wenn gleich der karn gar im drecke stunde.

Hac non successit) Non facile est desistendum incepto, etiamsi parum fortuna primo respondeat labori, nihilq; ex sententia cedat, propterea sequitur, nisi id putas, quia primo processit parum. Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum. Huc reuerendum est prouerbium. ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται, uir fugiens & denuo pugnabit, quo monemur, sicut ait Erasmus, non protinus abijcere animum, si quid parum feliciter successerit. Nam uictos posse uincere. In instituendo puero hebetioris ingenij multæ tentandæ sunt uiæ. Nam etsi parum procedat primo, succedet tamen aliquando. Etenim, ut ille canit.

Quid durum magis est saxo? quid mollius unda?
Dura tamen molli saxa cauantur aqua.

Huc pertinet Græcanica illa paræmia Αευτέριον ἀμεινόνων, qua significabant, ut Erasmus ait, ea, quæ prima experientia parum bene successerant, secunda non-

da nonnunquam commodius euenire, & prioris consi-
lij erratum, posteriore consilio corrigi.

Hac) *Hic pollicetur se daturum operam, ut illas*
turbas sedet, & illa uerba proprie ad Pamphilum per-
tinent. Consolatur *autem eum pollicitationibus, &*
addit obiurgationem. Cæterum *est optima sententia*
quod una res sæpius sit tentanda, & non esse de studio
& conatu desistendum. Aggrediemur) Wir wol-
len auff einen andern rhat dencken. Id) *.i. ita.* Pa-
rum) *.i. infeliciter, male,* Habet uim negandi. Ma-
lum) *.i.* Quod *conabatur, ist nicht fortgangen.* Con-
uerti) *.i. emendari, das man die sache nicht kunde wi-*
der gut machen, Restitui, corrigi. Imo] Ironica con-
cessio, & *est facetum.* Imo) *q.d. quid ni,* O *ja, du bist*
nicht vngeschickt. Credo) Quia *ego noui te.* Adui-
gilaueris) *.i. ualde laboraueris, si adhibueris diligen-*
tiam. Ex vnis) *q.d. conijcies me in maius malum. du*
wirst die sache wol erger machen. Conficies) *q.d.*
impossibile est te rem malam posse bonam reddere.

Ego Pamphile) Deprecatio *est cum pollici-*
tatione sui officij. Seruitio] *.i. seruitute.* Quia *sum*
seruus tuus. Tibi) *.i. meo domino.* Manibus] *.i.*
summo conatu. Noctes] *zu aller zeit.* Capitis] Am-
plificat *suum officium, das ich auch mein leben dran*
wage. Dum] *.i. dummodo.* Tuum) Ab *officio heri*
ne *sit nimium durus in seruum, das solstu widerumb*
thun. Præter spem) *q.d.* Si *infeliciter cadit consi-*
lium, *si non respondet euentus uotis nostris, si non fe-*
liciter *processerit conatus.* Parum succesit) *.i. in-*
feliciter

feliciter consilium cecidit. q. d. Successus non est in mea potestate, sed in potestate fortunæ, Ist es vbel gerhaten. At) Translatio in ipsam fortunam. Facio] .i. do operam, ut melius procedat. Sedulo] .i. sine dolo, ex animo, ich mein es gleichwol gut. Melius) .i. consilium. Reperi] .i. excogita, noli uti mea opera, erdencke du etwas bessers, vnd las mich mit frieden. Me missum face) .i. Sine uel omitte me, noli uti meo consilio. Cupio) .i. ita fieri. Est quoddam uotum. Restitue) Est imperiose dictum. q.d. Vide, ut omnia recte fiant, explices mè ex nuptijs, in quas me coniecisti, restituas me in pristinum statum rerum, restitue me in integrum, solue me cura nuptiarum. In quem) .i. in quo loco accepisti. Est Græca constructio. h.e. Prius redde saluam & integram rem quemadmodum antea fuit. Faciam) .i. ego restituam te. Pollicitatio, estq; signum confidentiæ. At iam) .i. ut restituas me in pristinum locum. Vrget Pamphilus rem. Opus] Emphasis) .i. ut fiat. Hem) Significatio quædam, qua ostendit, quod iam habeat consilium in promtu. Hem) Interiectio significans se aliquid inuenisse. Sed) Fingit statim esse impedimentum aliquod. Concrepuit) Occasio noui consilij inueniendi, & ad sequentem Scenam. Nihil ad te) .i. hoc pertinet, quod aperiuntur fores. Quæro) .i. consilium cogito. Demum) .i. queris, wiltu erst darnach dencken. Nunccine) .i. nunc deniq; uis inuenire consilium. Hem) Dolentis .i. putabam te habere in promtu. Inuentum) .i. Consilium,

scilicet,

scilicet, ut in pristinum locum restituaris. In hac Scena loci accusationis & defensionis tractati sunt.

ARGVMENTVM IOAN: STIG: IN ACT: IIII. SCEN: II.

Iam vbi, &c.

Monet hæc Scena neminem esse adeo cordatum ac prudentem, quem non alicubi transuersum ageret humanæ naturæ imbecillitas. Tametsi enim Pamphilus non ignorat, quantum pietati debeat erga patrem, Tamen superatus amore statuit se potius offensum habiturum patrem, quam derelicturum Glycerium. Pulcre autem ob oculos ponit duorum amantium diuersos affectus ac naturam. Pamphilus certe ac constanter in animum inducit præstare fidem & amorem Glycerio. Dubitat & fluctuat Charinus, ut dicas eum præter uehementiam amoris parum habere, quod ad animum cordati adolescentis pertinere uideatur. Talem describit his uersibus Ouidius.

Sed tamen hæret amor, crescitq; dolore repulso
Attenuant uigiles corpus miserabile curæ.
Adducitq; cutem macies.

Cæterum amoris uis & amantium ineptiæ, sollicitudines ac curæ graphice depinguntur à Poëtis, ut Ouidio, Propertio, Seneca, & alijs. Extat etiam opp amoris apud Strosam patrem elegantissime scriptum.

Accipe inauditi formam maris, & mea quali
Cymba sit Antoni stricta magisterio,

Vnda

Vnda hic sunt lacrimæ, uenti suspiria, remi
Vota, error uelum, mens male sana ratis.
Spes denuo duræ comites constantia amoris.
Est malus, dolor est anchora, nauita Amor
Adde, quod est portus reliquis moribus, mare nostrum
Non tantum portu, sed statione caret.

Tali tempestate tanquam extremo periculo obruti hærent Pamphilus & Charinus, tanquam iam desponsuri animos, nisi uterq; liberaretur casu. h. e. interuentu Critonis.

ALIVD Ambrosij.

In ipsa perturbatione cum Pamphilus diligentissime secum deliberaret, quomodo præsens periculum uitare posset, muliercula ex insperato uenit, quæ exponens Glycerij uoluntatem, animum Pamphili iam labascentem confirmat. Huic ut par erat, adolescens humanissime pollicetur se perpetuo non desertorum Glycerium, ut qua nihil in uita habeat carius. Deinde adsunt duo alij, Dauus & Charinus, quorum alter Dauus Pamphilum bene sperare iubet magnifica utens pollicitatione noui alicuius consilij. Charinus uero omnino oblitus, quid suam personam deceat, impudenter postulat, ut omnibus relictis id unum conetur, ne Pamphilo nubat Philumena.

ALIVD EIVSDEM.

Ancilla Mysis, quæ initio ad obstetricem missa erat, Pamphilum diligenter suæ fidei admonuit, ne desereret Glycerium, nunc iterum in medijs turbis adest,

dest, quæ animum ægrotum adolescentis facta mentione Glycerij, quod teneretur desiderio uidendi Pamphilum, ita mouet & accendit, ut tota alia deliberatione posthabita incipiat sancte iurare se præter unam Glycerium nullam aliam ducturum uxorem. Porro quia consilio Daui in nuptias coniectus est Pamphilus, subinde ab eo admonetur, ut bene sperret, nec dubitet hanc rem, quæ uidetur plena esse periculi, facile ad salutem conuerti posse. AD TEXTVM. Quia opus habere uidebatur adolescens in tanta dubitatione admonitore, ne fidem semel datam Glycerio falleret, fingit Poëta ancillam adhortatricem, ne scilicet sub patris oppressione frangatur. Porro producuntur mulieres hoc consilio, ut in fabula querelæ augeantur & Pamphilus magis sollicitus reddatur.

ALIVD RIVII.

Perspicitur ex hac Scena Pamphili integritas, qui datam amicæ fidem seruare inuiolatam cogitat, etiamsi capiundos sibi sciat inimicos omnes homines.

ALIVD ἄσημον.

Supra eo consilio ancilla Mysis adhibita fuit, ut animum adolescentis admodum sollicitum propter sermonem patris de uxore ducenda confirmaret, ne deseret Glycerium. Nunc etiam hoc idem agitur. Posteaquam suasu Daui coniectus est in nuptias, admonitusq; á muliercula, sancte adiurat, se nunquam uelle deserere Glycerium, & simul constituit, cum aliter fieri nequeat, se patri hoc dicturum, quod uidelicet nullam

lam aliam præter unam Glycerium habere cupiat, & quia uocatus est serio per ancillam, ut quam primum ad amicam ueniat, facit id quoq;, ne aliquid dubij relinquatur de sua fide. Sed præter hoc colloquium adolescentis & ancillæ describitur ingens sollicitudo Charini, ne uxore excidat. Item additur deliberatio serui de consilio inueniendo, ut quam primum rem quasi perditam restituat, & liberet Pamphilum omni sollicitudine.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D: ANDREAE MISENI, in Act: IIII. Scenam II.

Noli te macerare) h. e. Ne nimium propter Pamphilum crucies te. Metaphora est, pro, noli te affligere, noli te conficere curis, greme vnd krencke dich nicht. Macerare autem proprie significat macrum reddere, mager machen. Macer, der do mager ist. Macerare etiam mollire significat, weich machen, einbeissen. Sic est infra Act: 5. Scen: 3. Cur me macero, cur meam senectutem sollicito. Sic est etiam in Adelph. Salsamenta hæc fac macerentur pulcre. Horat: Inuidus alterius rebus marcescit opimis.

Orare iussit, si se ames) Obseruent pueri usum pronominis reciproci, & poterit hic locus exemplo esse, quomodo sit reciproco pronomine utendum. Imperitus enim aliquis sic dixisset, orare iussit hera, si se ames, ut ad eam ueniat.

Integrascit) .i. incipit renouare, vornewert

ſich, integratur Glycerio metus, ne ducam aliam. Integraſcere ſignificat in integrum uenire, à uerbo integro, aui.

Quieſci, ſi hic quieſſet) q. d. nemo coegiſſet eum ad nuptias, Eſt autem Græca imitatio. Nam πείνω μοι conſtruitur cum genitiuo, & loco genitiui utimur ablatiuo. Infra, Quod ſi quieſſem, nihil euaniſſet mali.

Valeant) ualere medium uocabulum eſt, quo tam in bonam, quam malam ſignificationem uti poſſumus. Hic in mala uſus eſt Poëta, ualeant, h. e. pereant, male ſit illis, qui nos diſiunctos pocius, quam coniunctos malunt.

Non Apollinis magis verum) uide Prouer: Ex tripode, & Liui: lib: 1. ab Vrb: cond:

Per me ſtetiſſe) .i. per me eſſe factum, ne fierent nuptiæ, das es meine ſchuld ſey, das es an mir gelegen ſey, das es an mir gefehlet hat, das ichs gehindert habe. Liuius lib: 4. Dec: 3. per eum ſtetiſſe, dicebat, quo minus &c. Et lib: 8. ab Vrb: cond: Hæc quo minus perpetua amicicia eſſet, per populum Romanum ſtetiſſe.

Id faciam in procliui quod eſt) h. e. quod impendet faciundum, quod facile factu eſt. Sic Cæſar & Plautus procliue pro facile dixerunt, q. d. quod iam eſt neceſſe fieri, quod eſt in promtu, das do vorhanden iſt, das do leichtlich zu thun iſt. Vide Prouerb: Tam in procliui, quam imber.

Dies hic mihi vt ſatis ſit vereor) uereor, timeo,

timeo, metuo, & si qua sunt talia, idem efficiunt uel cum negatione uel sine ea, ut, uereor ne ueniat & uereor, ut ueniat. Ita hic, uereor ut sit satis, pro, uereor, ne sit satis. Idem in Hecy: Male metuo, ne morbus aggraueſcat. Idem in Hecy: uereor, ne parturire eam intelligat uide Vallam.

Quod tibi dieculam addo) Diecula diminutiuum á dies significat breue tempuſculum ac momentum, ein ßœnig friſt. Apud Plautum in Pſeudolo, Iſtuc malum erat præſens, huic, i. malo erant dieculæ. Eſt etiam in Cicerone ad Atticum lib: 5. Epiſt: ult: Cum dieculam duxerit, nuſquam reſp: plus .ſ. protraxerit.

SCHOLIA, quæ explicant Textum Act. IIII. Scenæ II.

Vt plus fiat querelæ & turbarum in Epitaſt producitur & mulierecula accerſens Pamphilum ad puerperam Glycerium. ἄλλως. Ne conſileſcant ſtatim turbæ, prodeunt plures perſonæ, à quibus confirmatur Pamphilus, in ſuo inſtituto, ne deſerat Glyceriam. ἄλλως. Et hic obiter mulierculas producit, ſicut antea Charinum, ut plus eſſet turbarum ſub ipſam fabulæ καταſτροφὴν. Iam hoc prodeſt mulierculas producere, ut ſollicitum magis ſollicitent. Iam) Myſis exit à Glycerio & priuſquam exeat foras, loquitur ad Glycerium conſolandi cauſa. Vbi vbi erit) q. d. quocunq; in loco ſit, Er ſey auch ßwo er ſey. Conſultatio

addita pollicitatione. Inuentum) pro, inueniam. Formula certitudinis. Adductum) .i. curabo, h. e. mecum adducam. Pamphilum) .i. uirum & coniugem. Tu modo) .i. tantummodo. Adhortatio seu consolatio. Anime mi) mein hertz, mein lieb. Est uox blandientis. Macerare) Metaphorice pro sollicitare, & angi. Quin uidet eam magno sollicitari dolore propter ægretudinem Pamphili. Mysis) Est uocantis. Quid est) Respicientis & admirantis, quod de improuiso uidet Pamphilum adesse. Hem) Lætantis interiectio. Obsers) .i. in tempore aduenis. Ista sunt plane Dialogica. Quid est) Admirantis est cupit autem certior esse de Glycerio, q. d. quomodo agitur nunc cum Glycerio, wie stehet es alles zu. Miratur & quærit. Existimat enim Glycerium esse in doloribus. Orare) Narratio, in qua breuiter dicit rationem, quare sit missa. Deinde addit gestus & affectus, quibus appellat animum adolescentis. Hera) .i. Glycerium. Venias) Enallage, q. d. omnino languet & te conuentum expetit. Iussit) id est, pro imperio suo. Ames) .i. si habeas sui curam. Alterum uerbum est, quo excitat affectum. Videre) h. e. nihil aliud uult, quam ut familiariter tecum loqui possit.

Vah) Hæc oratio indicat, quantopere motus sit animus adolescentis eo ipso, quod hera uelit, ut ad se ueniat. Vah) est particula admirantis & pronuncianda cum quadam perturbatione animi. Malum) id est, amor, seu, sollicitudo Glycerij. Dicit hoc ad se ipsum. Jetzt hebt sich das vnglück erst mit

mit jm an. Siccine) Apostrophe & obiurgatio ad dominam. Siccine) .i. doleo, quod tu nobis ambobus debes inseruire. Nunc respondet ancillæ, uel est Stomachatio in seruum. Illam) Glycerium. Opera) .i. tuo instituto, deinet halben, durch dich. Miseros) .i. antea existentes. Sollicitarier) .i. oportet perturbari, bekümmert machen. Sollicitare alioqui proprie significat, anmuten. Nam) Addit rationem. Accersor) .i. ab ancilla ad Glycerium. Apparari) .i. sese deseri putat. Apparari) .i. á patre meo. Quibus) .i. á quibus, i. nuptijs, q. d. non futuræ fuissent nuptiæ. Wie leichtlich hette ers können vberhaben sein, Er hette leichtlich können daruon sein. Ita Charinus irridet querelam Pamphili. Hic) .i. Pamphilus, Quia suspectum habet eum Charinus. Quiesci) .i. quietus esset. Si quiesset) .i. si non in causa fuisset.

Age) Ironica serui reprehensio. ἄλλως. Dauus admonet & obiurget Charinum, ne uelit tantum ridere Pamphilum. Timet enim Dauus, se omnium istorum daturum pœnas, quæ aguntur. Sua sponte) von sich selbst. Instiga) Ironice est dictum. Wiltu jhn noch darzu reitzen, q. d. suppedita modo fomenta iracundiæ, quasi uero non antea satis commotus esset. Vide prouerb: Currenti addere calcaria. Instiga) hilff jhm darzu. Non sunt instigandi, qui suapte alioqui sponte insaniunt satis. Hic] .i. Pamphilus. Age] Admonentis cum quadam obiurgatione, Charinus posthac talibus uerbis utatur. Atq;] confirmatio uerbi Pamphili. Ea res] .i. quia sentit tibi apparari nuptias. Mœrore] .i. dolore. V 3 My-

Mysis) Nunc sequitur erudita & pulcra oratio Pamphili ad consolandam Mysidem. Ita confirmat se Pamphilus & mulierculas. ἄμωμος. Hac oratione ostendit Poëta, quis fuerit animus Pamphili erga Glycerium. Mysis) compellatio habet assenerationem. Per omnes) q.d. nec uolo, nec cupio, deserere Glycerium. Adiuro) Ad, auget significationem & addit uehementiam, q. d. sanctissime iuro. Non) .i. deseram, uehementiæ causa repetit, & propter iracundiam non uult nominare patrem. Dilui enim illam obiectionem, pater poterit te cogere. Nunquam) .i. per omnem reliquam uitam. Emphasis est in aduerbio. Capiundos) q.d. si scirem ipsum etiam patrem mihi fore inimicum, etiamsi totus orbis nolit. Propter uerecundiam non nominat patrem, quem tamen etiam putat. Wenn ich wüste, das ich alle menschen solte zum feinde haben. Expetiui) Ich habe sie mir erwehlet, Redit ad id, quod incæpit. A sua uoluntate. Contigit) á fortuna, i. quemadmodum uolui. Conueniunt mores) Ich kan mit jhr wol vmb komen, eius mores mihi placent, Wir sind eben recht zusamen, Wir sind beyde eines sinnes. Erit igitur firmum matrimonium. Prudenter loquitur Pamphilus, ut cordatum ubiq; adolescentem agnoscas. Fieri enim potest, ut inter eos firma coalascat amicicia ac concordia, quorum non conueniunt mores, idq; in amicicia præcipuum est, ut sit morum in ea similitudo. Propterea recte Pamphilus ait Glycerij mores quadrare ad ingenium suum, potest enim ut alicubi

Similitudo morũ.

cubi ait Eras: per se præclarum esse, quod tamen non sit aptum. Valeant) id est, pereant. Conclusio & est formula male imprecantis. Omnes homines) uerecunde loquitur in genere, nõ loquitur de patre, tametsi uideatur ipsum putare. Dissidium) id est, diuortium, q.d. qui nos dirimere uolunt, qui uolunt nostrum amorem esse irritum. Valeant) Dicit in plurali. Impium enim esset imprecari parenti. Hanc) .i. Glycerium. Finalis conclusio de non deserenda Glycerio. Nemo) q.d. ego perpetuo seruabo. Mors) Huic enim nemo resistere potest.

Resipisco) .i. recipio animum, ich kome & wieder zu mir selbst. Hoc audiens Charinus magnopere gaudet. Charinus saltem cogitat de sua salute & dicit se resipiscere, quod audierat iuramentum, Pamphilum deserturum Chremetis filiam. Nón Apollinis) Alia asseueratio á iureiurando, certißimum est, quod nunc dixi. Hactenus dixit Pamphilus de sua uoluntate, nunc incipit de suo consilio. Verum) q. d. hoc, quod dixi, est uerißimum, & est confirmatio suæ orationis. Responsum) .i. oraculum, spruch, beschlus. Apollo habuit multa oracula. Ex tripode loqui, h. e. oraculi uice asseuerare. Vide Eras: Huc alludit Pamphilus. Si poterit) .i. si est poßibile. Biceps consilium, tanquam dilemma. Stetisse) das ichs gehindert habe. Stare per te significat aliquem esse impedimento & obstaculo. Vide Hadrianum & L. Vallam lib: 4. C. 225. In procliui) .i. leichtlich, quod parum abest, quin faciam. Comœdia dicitur stare, quando

placet populo. Infra in Hecyra. Credat]. i. Simo.

Quis videor] Alloquitur Charinum & cupit hoc negocium cum eo communicare. Verum Charinus male illi respondet. Miser] .i. uideris, quia non poteris resistere parenti. πάθος. Pamphilus expectabat aliud responsum, fortis dici putabat. Ego] quia excludar propter te. Consilium] .i. ut adiutem uos. Ille intercedit & uult significare, quod excogitare uelit, quo liberet maxime Pamphilum. Fortis) Laudantis, q.d. profecto non dubito de te. Ironia á contrario, ja du bist keck, du bist vnerschrocken. Hæc dicit ad Dauum, non ad Pamphilum. Conere) .i. isto consilio, q. d. mihi cupis prodesse. In uerbo, Conere, est Epitasis, q.d. sed nescio, quid poßis efficere. Hoc) .i. quod ego sum sollicitus. Dauus alloquitur Pamphilum, & est eius consilij collaudatio. Effectum) .i. efficiam, quod petis. Respondet á possibili, Non possum tantum conari, sed etiam efficere. Est Epitasis in uerbo, Effectum. Hoc) .i. consilio. Quin habeo) .i. consilium. Est formula certitudinis. Quid est) Charinus interrogat Dauum, quasi sua res ageretur. Igitur male á Dauo excipitur. Huic) .i. Pamphilo. Reiectio. Ironice respondet & effertur seruus in superbiam. Habeo) .i. prodesse cupio. Ne erres) .i. ne existimes ad te pertinere, das du es &wissest. Sunt uerba serui admodum contumacis. Sat habeo) Charinus hic pene se ipsum consolatur, q. d. bene est, Tamen nihil despero de meis rebus. Charinus nihil curat, Bene inquit, ich acht sein nichts. Quid facies)

facies] Iam interrogat Pamphilus Dauum, quomodo uelit agere. Facies] .i. quid es incepturus, quod consilium uis excogitare. Cedo] .i. dic quæso. Est urgentis. Vt sit] ut, pro, ne non. Incipit Dauus suum negocium à magnitudine rei amplificare. Mihi dies] Cum ipse nihil habeat, quod posset conuenire præsenti negocio amplificat & extollit suum officium, & simul Pamphilum obiurgat. Satis sit] .i. sufficiat. Agendum) .i. expediendum. Vacuum) .i. ociosum, tantum temporis me habere. Narrandum) .i. meum consilium. Vos). i. adolescentes, tu & Charinus. Amolimini) .i. recedite, trollet euch hin weg. Mihi] .i. cum tantum negocium sit, quo minus possim excogitare aliquid, quod sit ex re nostra. Amolimini) heb dich von mir. Spe iniecta, etiam Domino imperat seruus callidus.

Impedimento) .i. uestra præsentia, quo minus possim cogitare aliquid. Hæc oratio ostendit, quam magnifice ostendant suam operam homines callidi & cum uident aliquam necessitatem adesse, tunc transferant culpam in tempus uel in alias circumstantias. Impedimento) .i. quo minus possim excogitare consilium. Ego] Ipse cogitans, quid conducat facere, uidet & respicit ad petitionem, ut ad Glycerium ueniat. Hanc) .i. Glycerium. Visam) Quia me uidere cupit. Quid tu) .i. facturus es. Ad Charinum dicit, & quasi increpat. q.d. Non es abiturus. Cum Charinus sit tardiusculus & abire non uelit, nisi certissimus factus sit, urget & repre-

hendit illum Dauus. Agis) .i.cur non hinc abis. Significatio tarditatis. Tu] .i.Charine. Verum).i. quid agere uolo, quid animo cogitem. Ille iam lætatur de absentia Pamphili, et utitur procœmio. Imo).i. illo procœmio. Indignantis. Significans, quod sibi presentia, sermone, & moribus sit molestus. Narrationis) Dicit hæc ad spectatores. Odiose enim loquitur de Charino in tertia persona. Incipit) .i. Quo uelit ire. Fiet).i. Quid est futurum de mea causa, scilicet, de ducenda Philumena. Vide Prouerb: Quid de pusillis magna procœmia. Me] .i. de me. Eho) Est acerba responsio, & merito obiurgat Charinum. du bist ein grober gesell. Non satis habes) .i. non es contentus. Exponit impudentiam. Dieculam] .i. moram, in qua potes adire Philumenam, uel, protrahens nuptias Pamphili. Tibi) .i.cui nihil debeo. Huic) .i. cui plurimum debeo. Addo) q.d. Non uides quomodo differo nuptias. Promoueo).i.differo, zu ruck schieben. Huic) .i. Pamphilo meo heroni. Daue) .i. mea causa aliquid ages, uel mei sis memor. Petitio est. Ergo] .i. Optas, aut aliud petis. Ducam) .i. Philumenam in uxorem filiam Chremetis. Attamen) .i. inseruias mihi. Ridiculum) q.d. hominem. Vituperantis est. Absolute positum est in modum exclamandi, cum significatur aliquis affectus. Ridiculum] fantast, narr. Irrisio personæ Charini. Face] pro fac. Est imperantis, quasi sit suus seruus. Poteris] .i. mea causa efficere. Quid] .i. Quare cur. Enthymema. Habeo].i.quo possim tibi inseruire.

uire. Attamen] Orantis. Si quid].i. consilij habueris, aut poteris. Age] .i. ueni. Vox consentientis, tamen cum magna difficultate. Veniam] Vocabulum incertitudinis & dicit irato animo & pollicetur inuitus. Si quid] .i. inueneris, quod sit ex re mea. Tu Mysis] πρόσωπον ad sequentem Scenam. Exeo] .i. ex ædibus Glycerij. Operire] Mandantis. Noli [inquit] abire. Quapropter] Hæc est uox mulierculæ sollicitæ pro sua hera. Interrogat enim causam Facto] .i. facere. Argumentum à necessitate. Maturare, von stat gehen, oder bald ein ding ausrichten. Matura) q.d. redeas statim. Rogat, ut uelit quam primum redire. Iam] Pollicetur se statim rediturum.

ARGVMENTVM IOAN: STIG: IN ACT: IIII. SCEN: III.

Nihil ne esse, &c.

Non potest adduci ancilla, ut omnino credat nuptias inter Glycerium & Pamphilum processuras esse, maxime hoc audito, quod pater adolescentis serio urgeret nuptias cum filia Chremetis. Ideo in hac Scena sollicite conqueritur de infelicitate nuptiarum, ex quibus summum capit dolorem Glycerium. Sed hæc querela quæ futura erat longior, præciditur subito aduentu Daui portantis puerum, qui callide tandem persuadet Mysidi, ut puerum gestet in ulnis, ne ipse merito reprehendi possit, sed, ut tota culpa in ancillam conferatur.

ALIVD

ACTVS IIII. SCENA III.

ALIVD Ambrosij.

Quod ad argumentum huius Scenæ attinet, primum ancilla deplorat infortunium optimæ Glycerij, quæ cogitur in perpetuo esse mœrore propter Pamphilum. Deinde Dauus uenit portans puerum, quo spectaculo nihil potuit uenustius ac elegantius esse. Is ut liberet se omni suspicione, Mysidi blandis uerbis respondet, ut puerum ante ianuam senis opponat.

ALIVD RIVII.

Initium Scenæ habet communem querelam de instabili humanarum rerum conditione, de qua noti sunt uersiculi Ouidij.

Ludit in humanis diuina potentia rebus,
Et certam præsens uix habet hora fidem.

ALIVD ἄλλο.

Relicta est ancilla admodum perturbata, Inprimis uero propter illum sermonem habitum, unde satis intellexerat Pamphilum cogi a patre, ut uxorem ducat, ideoq; admodum est sollicita pro Glycerio, ne misera deseratur. Etsi enim de fide adolescentis non admodum dubitet, tamen ueretur uim patris, qui pro suo iure filium cogere posit, ut relicta amica uxorem ducat.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. ANDR: MISENI IN Act: IIII. Scen. III.

Nihil ne esse proprium) Locus communis est de inconstantia rerum humanarum, Adeo sunt incerta, fluxa, fallacia omnia, ut & ea subinde fallant, quæ

quæ certissima futura speramus. Adeo nihil est, cui tuto fidere possis. Significat autem proprium, constans, firmum, perpetuum, certum & solidum, das bestendig ist. Infra sic. Quod uoluptates eorum sunt propriæ.

SCHOLIA, quæ explicant Textum, Act. IIII. Scen. III.

Orditur querelam à generali sententia, quæ est quasi locus communis, quod uidelicet in humanis rebus nihil sit perpetuum. ἄπλως. Est grauissima querela ab affectu, & est pulcra sententia à loco communi. Proprium) .i. stabile. q.d. Ille res, quas putamus esse proprias, sunt inconstantissimæ, & res omnino fluxæ. Dici enim sic potest, scilicet, neminem habere aliquid proprium, das niemand darff sagen, das er etwas gewisses habe. Cuiquam) Omnium rerum uicissitudo. Item, Fortuna nunquam perpetuo bona, in Hecyra. Dij) Exclamatio per admirationem quam subiungit illi generali sententiæ. Fidem) .i. imploro. Summum) .i. proprium. Ir hoffnung vnd jr schatz. Addit speciem exponens quid accidit. Alludit ad Philosophorum sententiam, qui disputant de proprijs bonis, ut, uirtute, industria. Bonum) .i. amicum esse constantissimum. Est explicatio ad generalem sententiam. Heræ) .i. Glycerio. Amicum) .i. animo. Gradatio & congeries. Exponit enim, quid sit summum bonum. Amatorem) .i. corpore. Paratum) .i. fore. q.d. ubicunq; res postulat, defensorem esse fidelem, der do nit würde wancken,

sondern

sondern ewig bey jr bleiben. Loco] .i. fideli. Periphrasis fidelis mariti. Verum] .i. sed nihil inde, nisi omnia male habet. Ex eo] .i. Pamphilo, qui existimatur summum bonum. Misera] .i. Glycerium. Quem] .i. quantum. Dolorem] .i. ne amittat. Facile] .i. certe, gewißlich. Hic] .i. ex dolore, quod amittere debeat summum bonum. Illic] .i. in Pamphilo adhuc præsenti, uel, in summo bono, in amore, spe, expectatione. Noema .q.d. plus est mali, [bekummernis] cum auferuntur bona quam boni [freude] cum tenentur, uel, in amißione earum rerum, quæ nobis sunt carę, plus est doloris, quam antea, cum haberemus aliquid boni uel gaudij. Boni] .i. gaudij. Sed Dauus] Occasio colloquij & est admiratio. Illa autem, quæ sequuntur, spectantur magis in gestu, quam in oratione. Homo] Interrogantis. Istuc] Inuolutum puerum portabat Dauus, & tum ille euoluit puerum & profert, quem postquam expediuit, tum dicit mulier, Quo portas puerum, &c.

ARGVMENTVM IOAN: STIG: IN ACT: IIII. SCEN: IIII.

Mysis nunc, &c.

Dauus cum imprudentia sua in summum adduxisset Pamphilum, Quia supra dixit, Deceptus sum, at non defatigatus, omnem lapidem mouet, ut impeditum Pamphilum expediat. Itaq; initio etiam hic satis temerario consilio puerum ex Glycerio natum exponit ante ostium Simonis & instituit Mysidem, ut ea quasi

subseruiens

subseruiens dolis interuenientem Chremetem absterreat, quo minus concedat in matrimonium Pamphilo Philumenam.

ALIVD Ambrosij.

Post multas deliberationes tandem seruus inuenit nouum consilium, quod existimat omnino profuturum Pamphilo, cuius res in summo iam erant discrimine. Colligit autem satis astute, si puer conspiciatur à senibus sine omni dubitatione id euenturum, ut nuptiæ penitus impediantur. Verum hoc ipso audacissimo consilio res magis perturbata fuisset, nisi subito aliquo casu ex præsentibus malis Pamphilus liberatus fuisset.

ALIVD EIVSDEM.

Quod paulo ante pollicitus est Dauus de nouo consilio inueniendo ad disturbandas nuptias, hoc re ipsa nunc præstat. Sed cum consilium sit admodum audax & temerarium, magis nocet, quam prodest causæ Pamphili, qui haud dubie uel propter eam causam in summum discrimen adductus esset, nisi singulari casu ex his tantis turbis emersisset.

ALIVD RIVII.

Hæc Scena ostendit, quomodo paret Chremetem à nuptijs absterrere Dauus, cuius imprudentia ante Pamphilus in nuptias coniectus erat.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. ANDR: MISENI IN Act: IIII. Scen. IIII.

Expromta

Expromta memoria). i. gewis, frisch, lustig, parata, præsenti, protracta in medium, ualde promta, in usum educta. q. d. opus est, ut nunc exerceas memoriam & astutiam. Ab expromendo deducitur. Alludit autem ad id, quod dici solet, Mendacem oportet esse memorem propter illud consilium periculosum, quod inceperat.

Ex ara hinc sume verbenas tibi) Quid proprie uocarint Romani Verbenas apparet ex Liuio lib. 1. ab urb: cond: Vbi ritus & sacrificia fœderis faciendi, denunciandiq; per fœciales belli describit. Fœcialis regem Tullum ita rogauit, Iubesne me rex cum patre patrato populi Albani fœdus ferire? Iubente rege, Sagmina inquit te rex posco, Rex ait, pura tollito, fœcialis ex arce graminis herbam puram attulit, postea regem interrogauit, Rex, facis ne me tu regium nuncium, Populiq; Romani, Quiritium uasa, comitesq; meos? Rex respondit, quod sine fraude mea populiq; Romani, Quiritium fiat, facio. Fœcialis erat Marcus Valerius, patrem patratum Sp. Fusium fecit. Verbena caput, capilloscq; tangens pater patratus (ad iusiurandum patrandum, id est, sanciendum fit) fœdus, multisq; id uerbis, quæ longo effata carmine non operæ est referre, peragit. Potest autem ille locus intelligi ex Plinio, qui lib: 22. Cap. 2. Sic scribit, Quoniam non aliunde sagmina in remedijs publicis fuere, & in sacris legationibus, quam uerbenæ, certe utroq; nomine idem significatur, hoc est, gramen ex arce cum sua terra euulsum. Hac semper & legati

gati cum ad hostes, clarigatumq; mitterentur usi, id est, res raptas clare repetitum, unus utique Verbenarius uocabatur. Et libro 25. Cap. 9. Eandem herbam secutus Græcos ἱερροβοτάνην uocat, Nulla (inquit) Romanæ nobilitatis plus habet, quam ἱερροβοτάνη. Aliqui περιστερεονα, nostri uerbenacam uocant. Hæc est, qua legatos ferre ad hostes iudicauimus. Hac Iouis mensa uerritur, domus purganturq;, lustranturq; &c. Magi utiq; circa hanc insaniunt &c. Hinc Pastor in Pharmaceutria Virgilij recte dicit, uerbenasq; adole pingues & mascula thura. Nam eius herbæ in sacris Magicis plurimus fuit usus. Vocat autem Liuius sagmina, quod sint sanctimina, aut sacræ hærbæ, sicut & Græca Etymologia ἱερροβατάνη, idem habet. Hinc Horat: lib. 4. Ode. 11. uocat castas uerbenas, h. e. puras, Ridet argento domus, ara, castis uincta uerbenis. Abusiue tamen uerbenas uocamus omnes frondes sacratas, ut est Laurus, Oliua, Myrtus.

Si mihi forte iusiurandum opus sit ad herum) obseruent pueri constructionem uocis, Opus. Plærumq; assciscit ablatiuum, ut in hac scena, opus est mihi ad hanc rem tua expromta memoria. Item, Mea opera opus est uobis, sit autem interdum, ut nominatiuus præponatur, sic hic, Iusiurandum opus est, sic Liuius lib. 9. Dec. 3. Quæ opus essent ad exercitum Hispanicensem. Rare autem cum accusatiuo construitur, opus est ad hanc rem.

Nouã nunc relligio in te istæc incesſit) Honeſta oratio, quam Germani ſic uertunt, Biſt du den ſo newlich heilig &worden, ſic & dicimus, Inceſſit me gaudium, timor, dolor, Liuius lib: 2. ab urb: Cond: Timor inde patres inceſſit &c.

Repudio conſilium) mein anſchlag gefellet mir nicht. Metaphora eſt. Repudiare enim ſignificat uxorem dimittere, Inde repudiare conſilium, h. e. mutare, reijcere, damnare omittere, uel abijcere conſilium, anders raths &werden. Sic eſt apud Sueton: in Tiberio, prænomen repudiauit. Et infra in Adelph. Et quæ tibi putaris prima in experiundo repudies. Repudiare autem & repudium remittere, quibus eſt uſus infra in Phor: ad ſponſalia proprie pertinent, die gelübde &wieder auff ſagen, ſitq; ante nuptias, ſicut diuortium poſt nuptias. Vide ff. de uerb: & re. ſignifica. Repudij libellus, ein ſcheidbriff. prænomen. M. P. L. Nomen Tullius. Agnomen, Aphricanus, Germanicus. Cognomen, Scipio, Cicero.

SCHOLIA quæ explicant Textum Act. IIII. Scenæ IIII.

Dauus, cum ſuperius prædixiſſet ſeni ſore, ut puer à mulierculis ante ipſius ædes deferretur, nunc ipſe puerum profert & mulierculæ tradit ante oſtium apponendum, dumq; aliud conſilium, ſecum commmiſcitur, commode ex ipſius Chremetis interuentu nouos dolos comparat. Ille autem locus de puero tantum ad delectationem pertinet. ἀπλῶς.

Hic

Hic fit, quod supra præmonuit Dauus senem ita futurum, nempe, de exponendo puero, ut nuptiæ moueantur, ubi Chremes resciscit puerum natum esse ex Pamphilo. Sed Dauus) Admodum miratur, quid sit noui. Mi homo) Interrogatio blandientis, quales solent esse mulierum. Istuc) id est, quod tu portas. Quo) δωο wiltu mit hinaus. Mysis) Exordium, in quo facit sibi Mysidem beneuolam, istaq; uoce significat se fauere ancillæ, quam primum commendat ab ingenio. Nunc) In uoce, nunc, Epitasis est. Ad hanc rem) id est, quam instituí, sc. ad puerum. Memoria).i. ad præcepta retinenda, quæ sum dicturus. Astutia).i. agendum. Tribuit autem ancillæ omnem astutiam, ut modo illam retineat. Quid nam) δωας hastu im sinn. Interrogantis est cum admiratione. Fingit autem occasiones non consilij á Dauo excogitati sed non friuolum plane erat. Accipe) Propositio. Habet autem quasi captiuam his rerbis, & significat se esse in magno negocio. Hunc) id est, puerum. Ocyus).i. celeriter, á Græco ὠκύς, i. uelox. Atq;) Admonitio addit præceptum. Nostram) .i. Simonis. Obsecro) Interrogatio conueniens mulierculæ. Humi).i. ponam.

Ex ara) id est, ex altari Apollinis. Olim semper aræ constituebantur in honorem Apollinis. Verbenas) Nostri, Eisenhart oder Eisenkraut. Plaut. Sterne mihi aram. Verbenas uocabant herbas puras, quæ ex loco sancto, h. e. ex arce & ara accipiebantur á Consule uel á Pretore, ut ijs legati proficiscentes

ad fœdus faciendum, uel ab bellum indicendum co-ronarentur. Subsſterne) *legs jm vnter.* Facis) *ue-nit mulierculæ in mentem, quod non de nihilo hoc fa-cit Dauus.* Quamobrem) *Callidum ingenium an-cillæ hæc uerba indicant.* Id) *.i. puerum ueſtræ ia-nuæ apponas.* Quia) *.i. ideo non facio.* Liquido) *mit gutem gewiſſen.* Si forte) *Simulat ſe ſummis ui-ribus fugere mendacium.* Liquido) *id eſt, clare, ma-niſeſte, ſine aliquo ſcrupulo, ſine dubitatione, frey.* Ad) *pro, apud.* Appoſuiſſe) *id eſt, puerum.* Poſsim) *id eſt, hoc facere.*

Salo: Qui uerba ſpectat fallitur.

Vt liquido poſsim) *uide ſerui aſtutiam, quanquam in iureiurando non tam uerba, quam ani-mus ſpectatur & quam in alijs rebus omnibus tam hic quoq; plurimum refert, quo quid animo dicatur, aut fiat & ut homines ſanè fallantur, Deus tamen profecto non fallitur, ut illud omittam, qui ſuo in-ſtinctu hortatuq; impulit, eum perinde omnino in cul-pa eſſe, ac qui fecit. Daui autem ſuaſu puer ante oſti-um ponitur. Haud diſsimili plane fraude hic Dauus utitur, atq; ex decem illis unus, quos poſt cladem Can-nenſem Romam pro redimendis captiuis miſit Hanni-bal, nullo alio fidei pignore accepto, quam ut iurarent ſe redituros. Nam ſicuti ſcribit Tit. Liuius cum egreſ-ſi caſtris eſſent, unus ex ijs minime Romani ingenij homo, uelut oblitus aliquid iuriſiurandi ſoluendi cau-ſa, cum in caſtra rediſſet ante noctem comites aſſe-quitur. Et cæteri quidem cum nihil impetraſſent, ad Hannibalem reuerſi ſunt, hic unus uero domum abijt,*

abijt, quod fallaci reditu in castra iureiurando se religioneq; exoluisset, quod ubi innotuit, relatumq; est ad senatum omnes censuerunt comprehendendum & custodibus publice datis ad Hannibalem deducendum. Cicero quoq; in 3. lib: Offi: hunc reditu in castra liberatum se esse iureiurando, non recte interpretatum ait, fraudum enim distringere, non dissoluere periurium, fuisse igitur stultam calliditatem, & quæ peruerse imitaretur prudentiam. Itaq; decreuisse senatum, ut ille ueterator & callidus uinctus ad Hannibalem duceretur. Lege T. Liuium 2. Bell: pun: 2. Huc refer fabulam illam Aesopicam de duobus adolescentibus obsonium se apud coquum emturos simulantibus & carnis partem coquo alias interim res agente surripientibus, quorum qui abstulerat per Iouem nihil habere, is qui sub ueste occuluerat, nihil abstulisse identidem deierebat.

Intelligo) uox concedentis cum Ironia. Noua) Eleganter dictum est. Incessit). i. an uerecundaris mentiri. Thema est incesso, non incedo. Cedo). i. da. Blandientis est, q. d. Tu es compositus ex mendacijs, & uereris mentiri. Religio) Nam seruum nolle mentiri, noua religio est. Moue) Adhortantis cum quadam obiurgatione, q. d. quid disputas. Ocyus) .i. cum puero & ante ostium pone.. Porro) & weiter. Intelligas). i. ego postea tibi dicam causam. Proh) Admiratio subiti interuentus Chremetis. ἄλλως. Exclamatio, qua significat Chremetem non in tempore uenire. Pater) .i. Chremes. Repudio] Ich las

Licet rationes cõsiliorum faren.

interdum mutare. fahren. Intenderam) Metaphora ducta est à uenatoribus, qui retia intendunt ad feras captandas, uel, à sagittarijs, qui arcum intendunt.

Repudio) Decet sanè, neq; leuitatis est, aut inconstantiæ repudiare consilium, quod intenderas primum, si id commodo fiat tuo. Satius enim est recurrere, quam currere male, iuxta prouerbium, h. e. præstat mutare consilium in melius quam in male institutis pergere. πάλιν δρομῆσαι μαλλον, ἢ δραμεῖν κακῶς. Nescio) .i. tuum consilium non intelligo. Narres) .i. quæ sit tua sententia. Ego) consilium nouum. Tu vt) aliud præceptum. Ab dextera) quasi non affuerim. Assimulabo) .i. fingam, ich wil gleich thun, als. Subseruias) orationi) .i. respondeas mihi commode ad interrogata, auff eines rede acht haben, cum alicuius orationi commode respondeamus, quemadmodum ipse uult, q. d. ut compares uerba ex mea oratione, uel accommodes uerba ad meam orationem, uel, ut apte ad mea uerba respondeas, das & wir vberein stimmen, das du darzu redest, Infra, Mitte id, quod scio, dic quod rogo. Orationi) .i. responsioni, q. d. commentum adiuues. Verbis) .i. tuis. Vide) secundum præceptum. Ego) Metuentis est. Nihil) pro, non, q. d. Metuo, ne mihi magnum malum immineat. Vobis) .i. Pamphilo & tibi. Vide) i. cauta esto, intellige, specta. Si quid est) .i. si qua causa est. Mulier fingit se timidam esse. Est autem pollicitatio à simplicitate mulieris. Vides) .i. intelligis, sentis, sapis. Manebo) .i. faciam cum puero, ita ut iußisti. Ne)

Dicit

Dicit de causa finali, q. d. ne sim huic uestro negocio impedimento. Vestrum) .i. Pamphili & tuum. Remorer).i. retardem, retineam, impediam.

ARGVMENTVM IOANNIS STIG: in Act. IIII. Scen: V. Reuertor &c.

Hic Dauus cum deterrere cupit á nuptijs Chremetem, mira dissimulatione id agit potissimum, nt se omnium rerum ignarum esse ostendat. Itaq; incipit iurgium cum Mysside pe puero, primum id efficere cupiens, ut Chremes interueniens intelligat Glycerium ex Pamphilo peperisse. Deinde ut ciuem illam Atticam esse ostendat, quam lege cogatur ducere Pamphilus, itaq; ita abstrahit Chremetem á nuptijs. Ingeniose autem exprimitur ingenium ac natura serui ueteratoris, cui ubiq; facile est, & uersare dolos & promte imponere fraudes.

ALIVD Ambrosij.

Mirabiles ludos reddit Dauus altero suo consilio de puero. Chremetem enim, qui iam ædibus egressus nuptias fieri quam primum cupiebat, nihil etiam suspicantem de Pamphilo, de integro commotissimum reddit ac cupientem quidem statim mutare sententiam suam de nuptijs Pamphili. Itaq; puero uiso ante ianuam Simonis, id secum serio statuit, quod nullis precibus motus unicam filiam Pamphilo dare uelit. Deinde ancilla, in quam tota

culpa depositi pueri transfertur, in id loci redigitur multis interrogationibus Chremetis ac Daui, ut quid respondere debeat prorsus non intelligat. Interim uero Dauus serio exultat de suo hoc consilio, quod quia Chremes absterritus est, putat pulcre processisse, nec aliter credit, quam ex ea re plurimum utilitatis ad Pamphilum rediturum. Porrò cum hæc scena contineat egregium spectaculum, diligenter est uidendum, quomodo mirabiliter gestibus ac uerbis elegantissimis ornata sit à Poëta.

ALIVD EIVSDEM.

Venuste & suauiter describitur tota disputatio serui cum ancilla de puero posito ante ædes Simonis. Primum simpliciter utitur inficiatione, quod nihil unquam resciuerit de puero Glycerij. Deinde ut se purget omni suspicione Chremetem alloquitur indicans hoc audax incæptum sibi omnino displicere. Tandem digresso Chremete intelligens ancillam omnino esse perturbatam, & grauiter commotam studet eam miti & humana oratione placare.

ALIVD RIVII.

Hic plane Daui astituam clare perspicere est, ut mitis consilijs appositò ante ianuam puero, rogatq; Mysidem, unde nam sit, quisue attulerit, perinde quasi ipse nesciat, Chremetem à nuptijs deterrere conetur.

ALIVD ἄλλο.

Exponitur in hac Scena ridicula contentio serui cum

ui cum ancilla de puero posito ante ianuam Simonis. Primum contendit pluribus uerbis & gestu, se nihil scire de isto puero. Deinde minatur, ut, nisi tollat puerum, eam luto prouoluere uelit. Hæc omnia in eum finem facit seruus, ut Chremetem deterreat à nuptijs apparandis, quem sciebat ob eam causam redire nunc ad Simonem, ut nunciaret omnia apparata esse ad nuptias filiæ. Vt autem se purget omni suspicione confidenter Chremetem alloquitur, significans hoc consilium de puero sibi admodum displicere, & simul accusat ancillam, ut, quæ digna sit statim abstrahi in cruciatum. Postremo uero digresso Chremete, cum uidet ancillam sibi factam esse iratissimam bonis uerbis & excusatione eam placare studet.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. AND. MISENI in Act. IIII. Scen: V.

Tum annona cara est) *Annonam uocant latini totum prouentum annuum non solum frumenti, sed omnium aliarum rerum*, Was ein jar wechst von allen früchten. Vide Vallam apte discernentem, quid penu sit, & quid commeatus, quid annona.

Adeon' videmur vobis idonei in quibus sic illudatis] *Infra in Heau: Habere pro ridiculo, ac delectamento.* Obserues uariam Sintaxin uerbi illudo, Sic enim dicis latine, illudo te, illudo in te, & illudo tibi. Suet. in Tiber: Illudens discrimini publico. Eines spotten, ein fur einen narren halten.

Animaduertendum) Man ſol es von jm nicht leiden. *Supra*, Ea primum ab illo animaduertenda iniuria eſt.

Suſurrari) Metaphora eſt, quam Germani ſic reddunt, ich höre die leute mummeln, h. e. increbuiſſe famam audio. *Infra in Heau:* Syrus cum ueſtro illo conſuſurrat. Cælius ad Cicero: Sed ſuſurrantes dumtaxat ueniunt. Et Virg: Eclo: 1. Sepæ leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.

Lex Attica. Aut dulcet aut docet.

Coactus legibus eam vxorem ducet) Præclare conſtitutum fuit legibus Atticis, ut, ſi ciuis uitiatorem ciui inferret, legibus ducere eam uxorem cogeretur. Conſentit autem hæc lex cum lege diuinitus data, quæ extat in Exo: ca. 22. Niſi quod illic additur de numeranda dote, ſi pater puellæ uitiatori uitiatam filiam nollet collocare. Hanc legem repetunt Decretales Pontificiæ de Adult. et ſtupro Cap. 1. Et ſequenti, ſi duxerit quis uirginem nondum deſponſatam, dormieritq; cum ea, dotabit eam, & habebit uxorem. Si uero pater uirginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam uirgines accipere conſueuerunt. Et capitulo ſequenti, peruenit ad nos, quod felix quandam uirginem ſtupro decepit. Quod ſi uerum eſt, quamuis eſſet a lege pœna plectendus, nos aliquatenus duriciem legis mollientes diſponimus, ut aut quam ſtuprauit uxorem habeat, aut ſi renuendum putauerit, corpora hæc caſtigatus, excommunicatusq; in monaſterio, in quo agat pœnitentiam, recludatur, è quo nulla ſit egredien di ſine præcepto licentia. Leges autem imperatoriæ ſeuerius

seuerius constituunt in flagitium stupri. Vide instit. de pub. Iud: pœnam lex Iulia irrogat stupratoribus, si honesti sunt, publicationem partis dimidiæ bonorum. Si humiles, corporis coertionem cum relegatione.

Iocularium in malum insciens pene incidi] Infra in Phorm: uocat iocularem audaciam. Et Suet. in Cæsa: Vocat iocularia carmina, quæ milites iactarunt & cecinerunt, cum persequerentur currum Cæsaris, Gallico triumpho eius libidinem perstringentes. Sunt autem hæc, Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem. Ecce Cæsar non triumphat, qui subegit Cæsarem. Item urbani seruate uxores, Mœchum caluum adducimus, auro in Gallia stuprum emisti. Hic sumsisti mutuum. Sic & Liuius dixit ioculariter canere. Et Horat: lib:1. Saty:1. Et iocularia fecter.

SCHOLIA, quæ explicant Textum, Act. IIII. Scen. V.

Illud diligenter est in Terentio obseruandum, quomodo summa diligentia & præcedentia & sequentia connectere solet. Est autem hic primum expositio uoluntatis senis de nuptijs, & secum hæc uerba loquitur, Reuertor, &c. ἄμωσ. Parasceue huius Scenæ est in Act: 3. Scen: 4. Cum Chremes inquit, Domum ibo, &c. ἄμωσ. Antea pollicitus est Chremes se reuersurum & domi nuptias apparaturum. Iam igitur accedens secum loquitur. Reuertor) .i. ad Simonem. Gnatæ) .i. Philumenæ. h.e. Curaui ut dos

& uestes

& ueſtes ſint paratæ. Accerſi) .i. uocari generum Pamphilum. Rectè dixit, Iubeam. Quia ſumma poteſtas nuptiarum in patre puellæ eſt. Quid hoc) .i. quod eſt poſitum ante ædes Simonis. Admirantis, & eſt occaſio de puero, quo uiſo mutat Chremes ſententiam, & omnino alius redditur. Sed quid hoc) Admirantis, & non ſatis intelligentis, quid ſit. Puer) Iam propius accedit. Mulier) Eſt percunctatio & expoſtulatio cum Myſide. Quia uiſo puero cogitat non eſſe de nihilo adeſſe puerum. Hunc) .i. puerum. Vbi) Exclamatio conſternati animi. Mulier enim nihil reſpondet, ſed uidet, ubi manſerit Dauus. Illic) .i. Dauus propter ſenem non uult perſonam, aut nomen Daui nominare. Eſt) Diſceſſerat enim, ut & ipſe de foro uenire uideatur. Non mihi) Eſt percunctatio interrogantis. Vrget enim reſponſum. Hem) Indignantis cum admiratione. Hæc referenda ſunt ad decorum. Nuſquam) Reſpicientis. Mulier nihil reſpondet. Eſt) .i. Dauus. Væ) Exclamatio. Homo) Non uult eum nominare propter præſentiam ſenis. Reliquit) Accuſatio à perfidia. Homo) Non exponit nomen, quaſi incertam perſonam nominans.

Dij noſtram) Was ſol man jmmer ſagen. Orditur ab exclamatione, & eſt admirantis. Hoc autem facit, ne intelligat ſenex hoc ex compoſito fieri. Fidem) Facetiſſime eſt à Poëta fictum. Venit enim Dauus admirabundus, & ſunt uerba uenientis de foro, Eſtque pulcrum principium, ut perſuadeat ſeni ſe uacare culpa. Quid turbæ) Wie iſt ein ſolch geſchrey vnd

gelauffe

geleuffte auff dem marckte. Vide callid:itatem seruj, & ut ex tempore consilium ceperit, satis aptum sibi accommodum. Turbæ) Generale. Hominum) Species Annona) Vsurpatur hic generaliter non solum pro frumento, uerum pro omni alimento, fur alles, das man haben sol. Quid dicam) Hic deridet scipsum, & simul etiam suum inuentum. Hæc autem uerba dicuntur ad spectatores, Chremete nõ audiente. Nescio) Quia non fui apud fõrum.

Cur tu) Expostulatio Mysidis cum Dauo, propter cuius tamen aduentum fit læta. Tu].i. Qui tanta promisisti. Me) .i. tam miseram. Solam) .i. reliquisti. Hem) Admirantis. Dissimulat Dauus, ne Chremes intelligat, quasi loquatur de re ignota. Fabula) &was ist mir das vor ein new spiel. Illudit irrisione quadam. Eho) Interiectio admonentis ab officio. Incipit nunc Dauus exagitare ancillam ad desperationem usq;, & ideo urget, ut audiat senex ex Glycerio puerum esse. Vnde est) &wie bistu zum kinde kommen. Sanus) Respondet per reprehensionem quandam. Item, Tu pol homo non es sobrius. Germanice sic dicimus, Ich meine das du vnsinnig bist, das du schwermest. Sanus) Ancilla non uidet consilium Dauj. Id).i. de puero. Quem) facetum est. Neminem) .i. præter te. Miror].i. nescio. Veteres enim olim usurparunt miror pro nescio, cum particula, unde. Vnde fit].i. puer. Secum loquitur. Dicturan'] wiltu mir nicht sagen. Percunctatio cum singultu & gestu. Quod rogo) Repetitio percunctationis & imperi-

ose

ose hoc dicit. Au) Interiectio consternatæ mulieris. Concede] Hieher stehe. Cupit illam instituere, ut apte respondeat. ἀλλως. Repetitio callida, & submissa uoce hoc loquitur. Quia Chremes ueniebat á sinistra. Dexteram].i.prope puerum. Deliras)bistu von sinnen kommen. Illa dicit submisse propter senem. λῆρος. i. nugæ. Inde delirare, wenn einer in der aberwitz gehet,á Lyra furth. Lyrando, q.aberrando. Postea per Metaphoram dicitur de senibus furentibus præsenio. Tute].i.dedisti puerum. Submissa uoce dicitur. Caue] Comminantis.q.d. non feres impune. Vnum).i.facies.h.e. Nisi subseruies orationi. Maledicis).i. comminaris mihi. Vnde) Interrogatio est. Dic clare) Thue das maul auff,rede laut,ut possit exaudiri. Iam iubet loqui,ut audiat Chremes. A vobis).i.puer est.

Ah ah] Eludit hoc, quod dixit Mysis, risu quodam,ac refutat cum conditione sexus. Mirum] Cum gestu loquitur hoc. q.d. Non. Es ist ein gros wunder warlich. Meretrix) A natura, uult dicere, si esset honesta mulier, non hoc feciſſet. q.d. nihil est noui, quod apposuit puerum, quia est meretrix. Sententia autem est uerißima. Nihil enim non impudenter facit, quæ abiecto semel pudore prostituerit pudiciciam, corpusq; suum uulgo publicauerit. Meretrix) q.d. facis pro tuo officio & more, du thust wie dein art ist. Ab Andria est).i.est ancilla Glycerij,sie gehört der Glycerij zu. Argumentum á conjectura uel ratiocinatio, qua colligit puerum esse ex

Pamphilo.

Pamphilo. Intelligo) .i. quantum audio ex ipsius uerbis. Adeon') Ironia, & est expostulatio, habt jr ewr affenspiel an vns ersehen. Videmur) habt jr vns so gar darzu ersehen. Illudatis) .i. quos sic habeatis ludibrio. Veni) Gratulatio .q.d. iam intelligo, quod antea intelligere non potui. Ich vorneme nu wol, wie viel es geschlagen hat. Veni in tempore) Qui sapit dabit operam, ut in tempore ueniat prudens ac sciens, non ut Chremes imprudens, quanquam quomodocunque quis in tempore uenerit, haud perinde refert, atq; uenisse. Hinc ille in Heau: In tempore ad eam ueni, quod rerum omnium est primum. Propera] Imperiosum mandatum est. Quia faciebat, ut clamitaret puer, quo certior redderetur Chremes, nec dubitaret. Propera] .i. Mysis. Mane) Submisse loquitur. Mysis enim hoc audiens facere uult, sed ipse reuocat & in aurem dicit, mane & caue. Caue] Dicit, ne obsequatur statim suis uerbis. Excessis) Pro, excesseris, aut pro excedas, sicut faxis pro facias.

Dij] Imprecatio. Eradicent] .i. puniant. Territas) .i. feci sti me omnino de tuo consilio incertam. Tibi dico] .i. an non nosti me, kenstu mich nicht an der sprache, Hæc Dauus submisse dicit, & est reprehensio. Quid vis) Interrogatio. Rogas) .i. quid uelim? Reprehensio est. q. d. Quasi antea non audiuisses. Nunc redit ad institutam orationem Dauus. Cedo] .i. dic. Tertio repetit interrogationem. Dic mihi] q.d. nisi dixeris, feres infortunium. Nescis] Responsio per ironiam, q.d. Tu ita interrogas, quasi

quasi non noueris. Mitte) .i. dicere. In aurem dicit. Rogo] .i. de puero. Vestri) .i. domini est puer. Iam incipit Mysis fateri, sed cum timore, & quia lente hoc dicit, Ideo urget Dauus. Vestri] Est repetitio, ut audiat Chremes ἄπαξ. Vrget, quia cupit nominari Pamphilum. Pamphili) .i. est puer. Repetit mentionem Pamphili, ut Chremetis auribus inculcet. Dauus enim propterea rogat, ut Chremes ipse ab ancilla audiat, ut mutet sententiam & absterreatur. Eho] Communicantis & admonentis. ἄπαξ. Interrogatio per quandam communicationem. Est] .i. puer Pamphili. Fugi) .i. semper recte caui mihi ab illis malis. q. d. Habeo Dijs magnas gratias, quod Pamphilo non dedi meam filiam. Iam nunc effecit seruus, quod cupiebat. Recte) q.d. Sapienter feci, quod non dedi filiam Pamphilo. Quia puer hic est Pamphili. O facinus) Exclamatio de impudentia mulierc[u]larum, & incipit quasi negare, ut ita confirmet. ἄπαξ. Incipit reprehendere mulierem. Facinus) Eyn was darff ein alt weib. Animaduertendum) Dignum quod ulciscaris. Clamitas) .i. quid hoc noui est. Quem) an non is est. Ex abrupto loquitur, sic fingit, quasi non credat rem esse ueram, & ideo id facit, ut Chremetē magis persuadeat istam rem sic sese habere. Quem) Negando irritat mulierculam ad ea, quæ uult confirmanda, & simul ancillam mendacij arguit & est reprehensio. O hominem) q.d. an non est puer. Audacem, qui hoc audet affirmare. Verum) .i. siue sit, siue non sit. Subfarnicatam) .i. ferentem puerum,

rum, ingredientem obstetricem, auff geschürtzt. Epitheton uetularum est, quæ crassæ erant, q. d. crassam, doliarem, h. e. succinctura tumentem, so schmal, &wie ein Tonne. Verum) Confirmantis. Duæ sunt causæ, quare Dauus tam diligenter roget. Prima, ut ipse ostenderet coram Chremete se uacare culpa. Secunda, ut Pamphilus nominaretur.

Dijs) Est gratiarum actio, qua uult significare rem non esse illicito quodam more factam. Pertinet autem ad Dani argumentum confutandum. Audacem) .i. qui audes hæc negare. Liberæ) .i. mulieres, fromme ehrliche leute, redliche fromme &weiber. Pariundo) .i. partu Glycerij. In mentem obiter hic uenit illius Liuiani de Vergimia L. Vergimij filia, quam Appio autore M. Claudius in seruitutem asserere conabatur, puellam serua domi suæ natam, furtoq; inde trantlatam in domum Virginij, ac suppositam ei fuisse affirmans, ut nimirum prudentiæ cuiusdam fuisse singularis uideatur id temporis adhibere liberas aliquot in pariundo. Lege T. Liuium lib: 3. ab urb: Cond: Næ) .i. certe. Est aduerbium affirmandi. Quidam dicunt illum locum obscurum esse, sed nõ est. Eò autem pertinet, ut Chremes rescisçat puerum ex Glycerio & pamphilo esse. Illa) .i. Glycerium. Illum .i. Chremetem. Hæc) .i. nuptiarum turba. Incipit) .i. cum puero ad deterrendum Chremetem. Callide transfert culpam in Glycerium. Cuius causa) .i. ut illum deterreat. Chremes) .i. ita cogitant. Mimesis. Dauus enim hoc fingit. Aedes) .i. Simonis. Dabit) .i. Pam-

philo. Quia intelligit id fieri ex composito. Tanto) .i. hoc non curabit. Asseueratio contraria. Hercle) Quia promisit se daturum filiam. Verba sunt serui, q. d. Imò faciet. Non) q. d. nunc non dabit gnatam Pamphilo. Adeo) .i. certo. Expletiua particula est nihil significans. Sciens) .i. scias. Archaismus uel antiquitas. Est & quædam comminatio. Quia Dauus intelligit Chremetem hoc totum negocium audiuisse, & ueretur, ne Simo ueniat, eumq; percutiat.

Hunc) Non tantum contendit cum ancilla, sed dicit se uelle etiam illam, & puerum male tractare. Tollis) .i. à ianua. Apostrophe per comminationem ad ancillam. Hunc) .i. puerum. Quia puer erat positus ante ostium Simonis. Est uox irati proiuoluere significat. Porrò uoluere, q. d. Ich wil dich vnd das kind in den dreck tretten. Ibidem) id est, in mediam uiam. Tu) Mysis admodum terretur. Sobrius) .i. non es compos mentis. Exclamatio consternatæ mulieris. Fallacia) q. d. Hæc fuit prima fallacia, quod puer sit Pamphili. Secunda est, quod aiunt Glycerium esse ciuem Atticam. Trudit) .i. parit. Metaphora est. Trudere enim significat, treiben, ut, clauus clauum trudit. Est erga sententia. Adeo fallacia alia aliam profert, Adeo ex alio mendacio aliud subsequitur, ut nihil contentæ partum simulasse, nihil iam uerentur mentiri esse Glycerium ciuem Atticam. Fallacium) q. d. quid multa dicam, mulieres sunt plenæ fallaciarum. Est & similitudo, Dolus dolo conuectitur, alia ex alia nascitur, emergit, q. d. non satis

est

est fingere hunc puerũ esse Pamphili, nisi addatis mendacium. Ciuem) Noua occasio, qua Chremetem absterret à nuptijs, cum fingit illam meretricem esse ciuem Atticam. Trudit) Est admirantis & dicitur de Glycerio & ancilla. Apud Plautum, de compacto faciunt consutis dolis. Susurrari). i. dicere. Ciuem) i. ideo finxerunt. Coactus). i. Pamphilus, q. d. leges cogent eum, ut eam ducat uxorem. Legibus) .i. Atheniensium. Vtinam & apud Christianos diligenter hæc obseruarentur leges. Aut enim non uiciarentur tam facile à Thrasonibus istis bonorum ciuium filiæ, aut honesto certe matrimonio eam labem, ignominiamq; cælarent ac solarentur.

Qui uitiarit Virginẽ, aut dotẽ det, aut ducat.

Eho) Admirantis, q. d. certum est illam esse ciuem Atticam. Hoc etiam pertinet ad confirmandum, quod sit ciuis. Ciuis) .i. Glycerium. Expostulatio per communicationem. Iocularium) Iocularium malum uocat malum, quod cum iocum præsefert, amen magnum damnum daturum uidetur, ein schimpff, der schaden bringet. Inde ioculator apud Horat. ein possirer oder stocknarr. Iocularium). i. serium, Ich were schier in ein schön spiel komen, q. d. ego semper putaui illa non serio agi, sed ut uideo aguntur serio. Est αὐλάθεσις, der teuffel hette mich schier beschissen. Quis hic) uenit admirabundus. Iam uidet Dauus tempus esse senem alloquendi. Quis) Respicientis & admirantis. ô Chreme) Gaudentis. Per tempus aduenis). i. tempore opportune. Aduerbialiter est accipiendũ. An) uox dissimulantis. Audiui) i. nihil est opus, to

tum negocium audiui. Omnia) .i. audiuisti. Admirantis est. Auscultа) significat se dicturum de magna re, & quæ ad se pertineat, Omnia) den gantzen handel. Audistin') Repetitio admirationis. Hem) Irascentis. Scelera) pro scelus, q. d. Mysis sceleста. Vult significare indignitatem rei. Hanc) .i. Mysidem, quæ fingit tales fallacias, statuit sententiam de ancilla. In cruciatum) man solt sie straffen, man solt sie vber die leiter ziehen, man solt sie gefangen nemen. Cruciatum) .i. supplicium, carcerem. Hic) q. d. ô Mysis tam constans ciuis est. Δεινὸς pronunciandum est, q. d. est uir magnus. A dignitate personæ. Credas) quasi dicat, non existimes tibi esse, negocium cum Dauo, q. d. non me ludis, sed illum. Dauum) .i. hominem nihili, aut simplicem seruum. Me) id est, sum innocens, precatio & exclamatio. Simplicissima purgatio per inficiationem. Miseram) Exclamatio, qua significat se esse perturbatam. Senex) uult significare se nihil falsi dixisse, & deprecatur offensam perterrefacta. Falsi) .i. omnia sunt uera. Dixi) id est, de puero, quæ dixi. Noui) sunt uerba irati senis, quibus significat se nolle audire ancillam. Est) id est, intus. Apostrophe ad Dauum. Est) Lætissimo animo affirmat Dauus. Ne me) Quia absente Chremete Dauus it ad mulierculam, & sibi eam uult placare. Igitur dicit, ne me attingas, q. d. sine me. Omnia) .i. dixero, tum moriar. Cominatio mulieris. Si) Iurantis particula. Inepta) du nerrim. Clausula per γνώμην. Actum) .i. inter nos de puero, q. d. in quem finem sit appositus ante iamnuam

nuam Simonis, & est reconciliatio. Eho) compellantis per quandam communicationem. Sciam) potentialiter, pro possim scire. Hic) .i. Chremes. Dicit, quo consilio hoc sit factum. Pacto) .i. nisi per puerum. Sciret) .i. intelligeret Chremes. Volumus) .i. de puero, & quod Glycerium sit ciuis. Sciret) .i. ut deterritus mutaret suam sententiam. Prædiceres) Iam est aliquando mitior facta Mysis, & est amica & humana correctio, h. e. debuisses prædicere. Quæ vidimus) .i. ut deterritus mutaret suam sententiam. Omnia) .i. in aggrediendo negocio. Paululum) .i. sum laudandus, quod non omnia dixi. Prædiceres) i. te uelle hoc cum puero. Ex animo) .i. ex naturali impetu & ingenito affectu, ex animi sententia. Sueton. in Tibe. Omnia) .i. in aggrediundo negocio aliquo. Natura) .i. secundum naturam & actionem naturalem, einfeltiglich, q. d. hoc est magis laudandum, quod fit prudenter, quam quod secundum præcepta. De industria) .i. consilio, dedita opera, ex composito, aus einer fürgenommener weise, q. d. es mus einer nicht alle wege thun, wie ers im sinn hat. Sueton: in Calig: Ex industria componebat ad speculum. Idem in Claudio, Ex composito. Liuius lib. 1. ab urb. Cond. Ex industria factus ad imitationem stultitiæ. Industria) id est, singulari ingenio, in quo sunt multæ astutæ cogitationes.

ARGVMENTVM IOAN: STIG: IN Act. IIII. Scenam VI. In hac habitasse &c.

Crito casu ex Andro ueniens Athenas, ut defuncta sobrina sua Chrysíde adiret hæreditam, obuiam fit Mysídi, á qua ut homo prudens, priusquam iudicem adeat, quærit de omnibus fere circumstantijs, quæ facere ad suam causam uidentur. Est autem obseruandum decens & moratum inter uirum graucm & fœminam suspectæ famæ colloquium, & in Critone grauitas ac moderatio exprimitur. Licet enim ille in adeunda hæreditate ius suum persequi posset, Tamen cum audit Glycerium quasi adhuc orbam nondum reperisse suos parentes ductus erga puellam misericordia, & respectum habens honestatis, quanquam indignis ac pauper mauult de suo iure cedere, quam cum mulierecula non magnæ sortis gratia litigare, honestius ducens sua mediocritate esse contentum, quam multa cum inuidia atq; odio possidere. Talis animus describitur in his uersiculis apud Senecam in Thyeste.

Stet, quicunq; uolet potens.
Aulæ culmine lubrico.
Me dulcis saturet quies,
Obscuro positus loco,
Leni perfruar otio,
Nullis nota Quiritibus.
Aetas per tacitum fluat.
Sic cum transierint mei
Nullo cum strepitu dies,
Plebeius moriar senex.

Idem in Octauia.

Bene

Bene paupertas.
Humili tecto contenta latet,
Quatiunt altas sæpe procellæ,
Aut euertit fortuna domos.

ALIVD Ambrosij.

Ancilla Mysis iam misere ludificata per Dauum instituit omnem rem, ut gesta erat, de puero narrare Glycerio. Sed inter eundem Crito hospes familiarissime eam alloquitur, & omnino consternatam ancillam consolatur. Is ut bonum amicum decebat, maxime ingemiscit propter mortem suæ cognatæ & simul interrogat de Glycerio, quæ dicta erat soror Chrysidis, an reperisset suos parentes. Cupiebat enim optimus hospes puellæ propter Chrysidem omnia feliciter euenire. Huius parentes cum audit adhuc ignorari, grauem instituit querelam apud Mysidem, de sua illa profectione, qua significat sibi ex animo dolore, quod litigando & titulo non satis honesto bona Chrysidis defunctæ petere debeat &c.

ALIVD EIVSDEM.

Occasio est, quæ describitur in hac scena, ad Catastrophen futuram, quod Crito hospes minime expectatus uenit petiturus hæreditatem defunctæ Chrysidis, alioqui detota causa Pamphili, quæ in summum discrimen adducta erat, plane actum fuisset. Huius itaq; aduentus absoluet & finiet omnem errorem, omnesq; turbas. Porrò ipsa oratio Critonis cordata satis ostendit, quam grauis, modestus, & iustus uir

fuerit (Nam ex oratione honesta animus elucet bonus) qui humanissime secum deliberando raciocinatur, nihil esse turpius, nihil bono uiro indignius, quam cum mala fama petere & accipere hæreditatem. Hic Crito quanquam hæres est, tamen dolet Chrysidem meretricem esse, & turpiter parasse diuitias, malle eam honeste potius & pauperem uixisse. AD TEXTVM. In summa rerum perturbatione Pamphili adest Crito discutiens periculum ac efficiens Catastrophen casu quodam, Hinc & nomen habet ἀκρίνω, quod est iudico uel discerno. Iudicat enim de Glycerio, quod sit ciuis Attica, & ostendit Chremeti, quædam signa, ex quibus colligit hanc esse suam filiam.

ALIVD RIVII.

Docet hæc Scena caute periculum immimens declinandum, & quid de nobis sentiant, ac loquantur homines, minime negligendum esse. Haud quaquam enim uiri prudentis & probi, atq; adeo ne hominis quidem omnino est, aliorum de se iudicium dissolute negligere, aut superbe aspernari, neq; boni nominis, honestæq; famæ rationem ullam habere.

Non negligendũ, quid de nobis sentiant homines.

ALIVD ἄσημον.

Posteaquam negocium Pamphili per seruum in summum esset adductum discrimen, nec aliud iam restabat, quam ut desereret Glycerium, & perpetuo miser esset, fingitur Crito hospes præter omnium opinionem uenire, petiturus hæreditatem mortuæ Chrysidis.

fidis. Huius aduentus facile discutit tale periculum, id quod postea exponetur in ipsa Catastrophe. Nunc enim tantum dicitur de occasione. Porro ex illius oratione longe honestissima facile apparet hunc esse uirum bonum. Is quanquam hæres est, tamen significat sibi admodum displicere, quod Chrysis quæstum quæstuerit ex uita meretricia. Non enim ipse iustus existens, iniusta probare potest. Tandem uero agnoscens ancillam Chrysidis diligenter de omnibus percunctatur & inprimis dolet, quod Glycerium non reperit suos parentes. Nam eam rem intelligit magnum fore impedimentum, quo minus bona relicta á Glycerio petere possit.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. AND. MISENI in Act. IIII. Scen: VI.

Eius morte ea ad me lege redierunt bona] Formula latina est, Ad me lege bona eius redierunt. h.e. bonorum eius sum ego legitimus hæres, Ich bin ein rechter erbneme jrer güter. Sic & extra hæreditatem loquuntur Latini, Ad illum redit summa rerum uel imperium, ut, Augusto defuncto summum imperium redit ad Cæsarem. Cæsar præfectus est imperio, potitus est rerum, er hats regiment nach dem Augusto vberkommen.

Vt quimus) Supra sic, Quod uis fieri quoniam non potest, uelis id quod possit. Donatus annotat sumtum esse ex Cecilio in Plocio, uiuas ut possis, quando nequis ut uelis.

Haud auſpicato huic me appuli) *h.e.* Non bono omine, non ſatis feliciter huc ueni, ich bin nicht zu einer guten ſtunde kommen. De ſignificatione uerbi appellere ſupra dixi in prologo, Appulit animum ad ſcribendum.

Sequi lites) Elegans formula latina eſt. h.e. contendere in iudicio, agere leges, dicam impingere Glycerio neq; utile neq; facile mihi fuerit, das ich mich in hadder ſol begeben. Infra in Adelph: Me perſequi cauſam meditari. Me Sycophantam) ὁ συκοφάντης. Græca uox eſt ἀ σῦκος ficus & φαίνω oſtendo. Plutarchus in Solone interpretatus eſt uim huius uocabuli, & dicit fuiſſe Athenis prohibitam exportationem ficuum, cum infeliciter proueniſſent, atq; deſignatos fuiſſe publicos hortorum cuſtodes, qui eos, qui furtim aliȳs ſuos ex hortis ficus interciperent, ad magiſtratum deferrent, coſq; dictos eſſe Sycophantes. Atq; inde honeſtum uocabulum cæpit etiam fieri inhoneſtum, ſcilicet, ut iam uocemus calumniatorem, qui inſontem prodit & damnat, qui fraudem alicui machinatur, qui iniquum ius dicit, ut ſunt tabulæ ſorenſes, ein betrieger oder vorreter. Inde uerbum συκοφαντῆσομαι, quo uſus eſt Lucas Cap. 3. Calumniari, inique ius dicere opprimere inſontem, einem offentlich gewalt thun, oder freueln. Infra in Phor: expreßit Poëta eleganti periphraſi, cum inquit, Bonorum extertor, legum contortor.

Hæreditatem perſequi) Elegans formula. Nam apparet delectatum eſſe Terentium uerbo, perſequi-

sequi in hac significatione, persequi hæreditatem. h.e. sectari, erbteil söddern. Sic infra in Adelph. Ego meum ius persequar. Sic Cicero pro Murena, Acceptam iniuriam persequi non placet. h.e. de accepta iniuria in iudicio conqueri. Sic & dicimus, persequi inceptum. h.e. hoc agere, quod intendimus, dem nachkommen, &was wir vns haben furgesatzt. Terent: in Adel: Ex usu quod est, id persequar.

Antiquum obtines] .i. Tu es natura fidelis amicus, du thust wie deine art ist.

SCHOLIA, quæ explicant Textum, Act. IIII. Scen. VI.

Hactenus duas partes absoluimus, nunc sequitur tertia & ultima pars, scilicet: κατασροφὴ. Primum autem Poëta in hac Scena describit personam Critonis, qui uoluit petere hæreditatem. Locus autem communis est, non negligendum esse, quid de nobis sentiant homines. ἄλλως. Antequam ad extremum Epitasis perueniat, commode interponitur occasio τῆς κατασροφῆς. Producitur enim casu aduenies peregre hospes, ut Chrysidis mortuæ hæreditatem adiret, qui postea doceat Glycerium esse Atticam ciuem Chremetis filiam. ἄλλως. Fabulæ nodum Crito explicat. Occasio enim est τῆς κατασροφῆς, qua in medium senex prodit se daturus has turbas, & discutiens periculum. Hæc Scena est generis iudicialis & status Iurisdicialis. Disputatur autem de summo iure & æquitate. Item disputat primum de moribus Chrysidis.

dis. Deinde de morte. ἄλλως. Quia casu discutiuntur pericula, igitur producitur Crito prorsus aliud acturus, quam qui fidem faciat Glycerium esse ciuem, sed ut hæreditatem persequatur. Interim tamen interserit statim sermonem de Glycerio. Est ergo hæc Scena tantum παρασκευὴ ad καταστροφήν, ut postea commodius poßit eum producere. Nam omittit statim hoc argumentum, & redit ad turbas, ut Epitasis sit concitatior. In hac) Incipit á narratione, seu ab occasione aduentus. Platea) gaß, straß. πλατεῖα. h.e. uia paulo latior & amplior. Dictum) .i. á pluribus, quos interrogaui. Quæ) .i. Chrysis. Incipit deplorare inhonestißimam uitam, & querela est honestißimi hominis. Vult autem significare Terentius plerumq; homines interrogare de bonis, & non de moribus. Hic) .i. Athenis. Optauit] per fas & nefas elegit. Inhoneste) .i. meretriceo amore. Contentio est uerborum. Pauper) Græcismus est. Parare) Grammaticus probus legit parere, quod interdum idem significat, quod acquirere, comparare, unde illud Neuij, Male parta male dilabuntur. Viuere] Egregie confert paupertatem, quæ cum honestate coniuncta sit, cum diuitijs inhoneste partis. Horat: Probaq; pauperies sine dote. Infra in Heau: uxorem sine mala fama.

Habenda honestatis ratio.

Viuere) Habuerunt Ethnici aliquam honestatis rationem, ut eos damnarent, qui mallent inhoneste parare diuitias, quam honeste pauperes uiuere. Nunc proh pudor apud nos contra fit, ut male audiant, qui honeste

honeste inopes uiuere, quam per fas, perq; nefas parare opes malint. Ad me) .i. tanquam ad eum, qui sit propinquissimus cognatus. Lege) .i. iure, mit recht. q.d. das recht gibt mirs, sie sind auff mich gestorben, h.e. ego ex legibus hæres sum Chrysidis, Eius morte) Quia mortua est Chrysis. Lege) De persona eleganter dictum est, quod non petat ea, quæ non ad eum pertinent. Sed quos) Occasio colloquij. Loquitur autem in plurali, Quia Dauus adstabat. Perconter) .i. interrogem. Obsecro) Vox admirantis. Nihil enim minus cogitat, quam quod deberet Critonem uidere. Sobrius) .i. filius ex sorore natus. Ir nechster freund, jr schwester kind, vetter, Chrysidis) πάθος Per præcisionem. Salue) Formula salutationis. Saluus) Respondentis. Itane) .i. infamia periit, extincta est aut mortua. Sunt uerba ingemiscentis per quandam communicationem. Chrysis) Significat se maximopere dolere propter mortuam Chrysidem. Hem) Indignantis. Perdidit) .i. sua morte. q.d. Non solum miseræ sumus, sed etiam ab omnibus relictæ. Confirmatio per amplificationem ex sua & Glycerij persona. q.d. Sie hat vns vbel angefuret. Significat quod multæ ex eius morte uenerunt calamitates. Quid vos) .i. agitis, Admirantis. q.d. Itane male uobiscum est actum, uel, Perdidit uos sua morte. Hic) .i. Athenis. Quo pacto) .i. uiuitis, &wie gehet es euch. Satin) .i. ualetis, uel, omnia succedunt bona. De ualitudine rogat. Nos ne) .i. rogas, quomodo agamus uitam. Nos ne) .i. recte agemus.

remus. Alter locus communis, ferenda esse incommoda, quæ uitare non possis. Plena humanitatis est responsio excusans præteritam uitam Chrysidis, & præsentem uitam. Sic).i. agimus uitam. Responsio Mysidis ad Critonem. q.d. Viuimus, non ut libet, sed ut licet. οὐ γὰρ οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυναίμεθα. Non uti libet, sed uti licet, sic uiuimus. Quo quidem monemur, tempori esse ac necessitati seruiendum. Ita hoc loco Mysis à Critone rogata, quam Athenis uitam agerent, uerecunde ei meretricum quæstum confitens, ut possumus (inquit) quando ut uolumus non licet. Vsus huius erit, ubi significabimus nostra nobis parum placere, uerum facultatem deesse, non animum. Hæc fere Eras: Huc pertinent & illæ Græcorum sententiæ, βουλόμεθα, πλουτεῖν πάντες, ἀλλ' οὐ δυναίμεθα, Omnes cupimus, at non licet ditescere. Et πάντες καλῶς ζῆν θέλομεν, ἀλλ' οὐ δυναίμεθα, Bene uiuere omnes uolumus, At non possumus, Interprete Erasmo. Vt quimus) Oportet bonì consulere, quod præsens est.

Quid] .i. ait. Interrogat de illa, quæ dicta est soror Chrysidis. Hic) .i. Athenis. Satis enim intellexit, quod non esset uera soror. Vtinam) .i. reperisset parentes. Ingemiscentis cum magno dolore significans occulte, quod sit puerpera & admodum misera. ἄλλως. Dolentis uel optantis cum desperatione. Non uult enim audacter negare, sed tamen hoc uerbo, utinam, utitur pro negatione. An) Admirantis.

Nondum)

Nondum] .i. post tam longum tempus parentes reperit. Haud) Grauiter conqueritur de itinere incepto. ἄλλως. Querela in qua suum animum ostendit, ich bin zu einer vnglückseligen stund kommen. Auspicato) .i. non in ipso tempore. Appuli) Metaphora est ualde familiaris Terentio Poetæ. Id) .i. de Glycerio, quod nondum reperit parentes. Huc) .i. in urbem. Tetulissem pedem) Ich hette nicht wollen einen trit her thun. Est autem tetuli præteritum antiquum, pro sustulissem, à tollo. Apud Suetonz in Tibe: est, Nunquam pedem extulit. Plautus in Amphitry: Et osculum tetuli tibi ἀρχαϊσμος est. Infra in in Adelph. Tetulissem] Hyperbolice dictum est, significans se nolle despoliare Glycerium bonis istis.

Semper] Ratio, quare optet se adhuc domi esse. Eius) .i. Chrysidis. Hæc) .i. Glycerium. Per) Ratiocinatio. Illius) .i. Chrysidis. Possidet) .i. Glycerium. Nunc) Argumentum à difficili & inhonesto. Lites sequi) .i. litigando petere hæreditatem, in hader begeben, altercare in iudicio contendere. Facile] .i. quam laboriosum. Prima causa. Aliorum) .i. Qui etiam hospites existentes secuti sunt lites. Hic) .i. Athenis. Iam esse) Secunda causa. Ei) .i. Glycerio. Nam) Ab ætate. Commonent) witzigen mich. Et tamen malunt Christiani lites sequi, quam uel tantillum de suo iure remittere. Ea est hominum in malo obstinatio & cum uideant eam rem parum feliciter alijs cessisse, Tamen non commouentur aliorum exemplis, quam inutile sit lites sequi. Grandiuscula] .i. existens, da sie eben

Concedit dum nonnunquam de suo iure.

eben gros ware. Illinc). *i.* ex Andro insula. Clamitent). *i.* aduersarij accusabunt. Sycophantam). *i.* calumniatorem, finantzer. *i.* blaßdrucker. ἀ φαίνω, *i.* indico, prodo, & σῦκος. *i.* ficus. q.d. Proditor ficuum.

Honestæ famæ ratio habenda.

Vide, quantam honestæ uitæ rationem habeat Crito. Vtinam utinam tam boni nominis amantes essent qui Christiani audiunt, quam hic Ethnicus Crito. Est enim longe preciosißima fama honesta. Quocirca recte ait ille, famam præferendam esse magnis opibus, & sicut uita præstat opibus, sic etiam fama. Recte & Publius ille Mimographus, Honestus rumor alterum est patrimonium, & bona opinio, homini tutior est pecunia. Philocomasium apud Plautum in Most: Ego si bonam, inquit famam mihi seruasse, sat ero dives. Pertimet huc et ille uersiculus, Omnia si perdas famam seruare memento, Qua semel amissa, postea nullus eris.

Hæreditatem] *i.* ad me non pertinentem. Ipsam) *i.* Glycerium, quæ nihil habet, niſi bona Chrysidis. Optime) Est laus personæ & quasi gratiarum actio. Eam) *i.* Glycerium. Optume) postea quam, intelligit utilitatem heræ, uehementer hospitem laudat. Antiquum] *i.* honeste facis. Antiquum). *i.* morem, ingenium. Veni). *i.* propter hæreditatem, quam non licet petere. Maxime) significatio uoluntatis. Pollicitatio est. Dauus nunc sibi ueretur. Itaq; sequitur, ut uideat quid futurum sit cum Glycerio & Critone. Senex) *i.* qui est cum Chremete. Nolo) *i.* ne meo utatur testimonio apud Chremetem, atq; ita de nouo confirmentur nuptiæ.

ARGV-

ARGVMENTVM IOAN: STIG:

in Act. V. Scen: I. Satis iam &c.

Adhuc in Epitasi uersatur fabula, ad cuius finem hæc noua turba adijcitur. Continet autem hæc scena disceptationem inter amicos de officio. Re enim cognita, uidelicet, quod puer sit Pamphilo natus ex Glycerio exprobrat Simoni sua officia ac benignitatem Chremes, eumq; accusat, ut non habentem respectum nec rei magnitudinis, nec amici. Instat Simo orare, ut promissa præstet Chremes refutans de nato puero rumorem á coniectura, cum is fictus uideatur á familia Glycerij sperantis hac ratione in suum commodum impedire nuptias Philumenæ. Locus communis est, non esse petendum ab amico, quæ citra eius incommodum, & honestatis discrimen fieri non possunt, ut præcipit Cicero in Dialogo de Amicicia his uerbis, In omnia re considerandum est, & quid postules ab amico, & quid á te patiaris impetrari.

ALIVD Ambrosij.

Chremeti iam fidem fecerat Dauus aliam amari á Pamphilo, quare omnino deterritus á nuptijs quamprimum cupit conuentum Simonem, ad quem cum uenit, principio ostendit se functum officio optimi amici, quod paratus fuerit non sine periculo unicam filiam suam dare, Pamphilo. Deinde excusat se honestißimis rationibus, quare hanc fidem promissam de filia, nec uelit nec posßit seruare, & simul grauiter accusat Simonem, quod contra ius amicicię tantum

quæsierit filij sui commodum, adeoq; plane rerum fa-
cit iniuriarum. Hanc accusationem utcunq; diluit Si-
mo inficiatione & translatione causæ. Filium enim
neq; amare, neq; ex eo filium natum, sed omnia esse
conficta á meretrice ad nuptias disturbandas.

ALIVD EIVSDEM.

Chremes deterritus, quod puerum ante ianu-
am Simonis positum uidisset, omnino incipit mutare
suam sententiam de nuptijs & clare exponit Simoni,
quod nequaquam Pamphilo, quia futuræ sunt incertæ
nuptiæ, tradere suam filiam uelit. Accusat autem grá-
uissime suum uicinum, quod nimis iniquus sit præsta-
dio suarum rerum, nec consulat in commune, de quo
antea inter ipsos conuenerat. Hanc accusationem satis
duram, quæ tamen proficiscitur ex iusto dolore animi,
lenire studet utcunq; pater Pamphili & crimen depel-
lere conatur per translationem in ipsas meretrices, á
quibus hæc omnia conficta sint ad nuptias impedien-
das. Ad textum. Hæc scena est generis iudicialis, sta-
tum habens coniecturalem. Accusatur enim Simo,
quod planè iniquus sit propter studium suarum re-
rum.

ALIVD Riuij.

Hæc scena, quidnam ab amico petiturus sis eti-
am atq; etiam spectandum docet. Neq; enim petenda
sunt, quæ sine summo amici discrimine, atq; incom-
modo nobis præstari non possunt.

ALIVD

ALIVD ἄδηλον.

Quod antea erat pollicitus Chremes de filia, hoc se facturum plane negat, propterea quo ex sermone serui & ancillæ intellexerat, Pamphilum occupatum esse in alio amore. Quare ingressus in domum Simonis & pluribus rogatus, ut fierent nuptiæ, plane respondet, se propter certas causas mutasse consilium, & simul obiurgat uicinum, quod ausus fuerit hoc petere, in quo plurimum sit mali & periculi. Huius orationem bonis uerbis studet lenire Simo, significans illud de puero ideo esse inceptum, ut nuptiæ impedirentur. Porrò tota scena pertinet ad genus iudiciale, Simo accusatur, quod plane sit iniquus propter studium suarum rerum. Econtra defendit Simo crimen inficiatione addita translatione, quod omnia hæc sint conficta à meretricibus ad nuptias impediendas. Discendum autem est ex hac scena, neminem debere abuti liberalitate amici, sed habendam esse rationem petendi. Primo, ne abutamur beneficio alicuius. Deinde uideamus, quid petamus, ne id petamus, quod amico noceat, uel quod non sit honestum.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE, D. ANDR: MISENI in Act. V. Scenam I.

Neq; hæc Scena ulli alij facile cesserit in hac Comœdia quantumuis breuis, uel propter uerborum elegantiam, uel potius propter inuentionis felicitatem,

tem, quæ admirabilis est, sicut & res postulabat. Nam cum supra (in proxima scilicet scena) Chremes adductus & permotus precibus ac rationibus Simonis, condixisset, se Pamphilo suam filiam esse collocaturum, magni quippiam interceßisse oportebat, euidentibus item rationibus eleuandæ promißiones erant, cur promissum nollet præstare, eas rationes hic indicat Chremes. Est autem oratio omnis petita ex medijs locis communibus, quod ut rectius intelligatur, iterum nostris uerbis utcunq; totam scenam commutabimus. Ita uidebit puer facile, quam sit Terentius optimus dicendi magister, & quam potuerint isti summi uiri splendide ac signate eloqui, quicquid uoluerunt. Deinde quam constent doctorum hominum scripta optimo & iustißimo ordine, ut recte Quintilianus dixerit esse bene constitutam orationem, tanquam bene constitutum corpus, in quo nihil sit uitij, ubi singula membra suo loco posita belle inter se quadrent, ut nihil monstrosum, nihil uitiosum esse uideri poßit. Et uel hoc exemplum, uel illud superioris scenæ admonere nos poterat, esse delectum habendum in scenis Terentianis. Verum id non possunt intelligere illi, qui, artes dicendi non attigerunt, aut qui suarum uirium dicendo aut scribendo nunquam fecerunt periculum. Igitur nos huiusmodi exemplis adiuti & iudicium acuemus, & nostram facultatem dicendi quoq; locupletabimus partim uerborum ac sententiarum copia, partim inuentione rerum ac constitutione orationis.

Princi-

Principium exordij tractum est à iure amiciciæ & periculi magnitudine, si obsequatur, quale & illud superius exordium Simonis fuerat, in hanc sententiam, postulabat hoc amiciciæ nostræ tam antiquæ ratio, ut tibi quouis loco, & quauis in re, quam possem officiosissime obsequerer, id quod & hactenus tanto studio à me factum esse, uel tu ipse nosti, ut à quouis facile spectari ac cognosci mea erga te officia potuerint. Verum cur sententiam mutarim, cur officium intermittere uelim periculum filiæ meæ me commouit, quoniam tibi, tuoq; filio obsequendo non multum abfuit, quin eam proderim. Define igitur porro mihi molestus esse, & tale quippiam à me postulare, ne & ego & filiæ uita periclitetur.

SIMO per inuersionem elegantissime admonet Chremetem promissi, in hunc modum. Imò uero iam tempus est, ut dicta promissis appareant, ut iam re præstes ac comprobes, quod hactenus pro iure amiciciæ nostræ te præstiturum promisisti. Promittere enim uel inimicus poterat, sed promissum præstare, id uero amiciciam probat. Iam igitur cum opus sit mihi tua opera, non grauatim facies, quod & antea te facturum recepisti.

CHREMES confutat hoc ab iniquitate, petitionis, estq; hic maxime insignis locus, in quo neruos ingenij uoluit prodere Poëta, & ex quo uidere licet, esse corpus orationis locos communes, quos nisi meditatos habeas, nihil es assecuturus unquã in literis. Recte me promissi admonet. Sed uide in-

terim, quam amicitiæ iure fœdissime adutaris, dum amicus uideri cupis. AEquum est amico obsequi, sed iniquum est, illud ab amico petere, imo postulare, quod præstare non possit, aut si præstet, non possit hoc fieri tamen citra ipsius incredibile dispendium. Tu igitur cum tam inique urgeas ac instes, ut promissum re comprobem, non cogitas quid petas & quam periculosum sit, modo uoti compos fias. Siue peream ego, siue mea filia, tu nihil moraris. Adeo iniquus amicus es, ut neq; studium obsequendi, neq; magnitudinem rei consideres. Quod si faceret, desineres mihi onus illud imponere, in ferendo non possum esse par succumbendum mihi potius fuerit, quam ut sufferre queam. Præstaturus igitur tu amico dignum officium, istis oneribus ac iniurijs me leuato.

SIMO, Quibus? CHREMES per συναθροισμὸν congerit omnes causas, quibus motus mutarit sententiam. Atq; ita explicat propositionum supra propositam statim in exordio, ob periculum scilicet ingens, quod impendeat non tam tibi, quam filiæ, se non posse illi obsequi. Sunt autem rationes hæc. Quid tandem interrogas, tuis precibus hoc confeci, tuo filio darem filiam homini adolescenti, qui, cum in alio amore occupatus sit, cum adhuc hæreat apud Glycerium, à qua non poterit diuelli, adduci non poterit, ut uxorem ducat, cum matrimonium auersetur. Quale igitur tu putas coniugium illud futurum? Cum tuus amet aliam, cum abhorreat à matrimonio, neq;

neq; perpetuum neq; firmum certe erit neq; ex usu filiæ futurum arbitror. Nunquam enim illi cum illa bene conueniet, quod quanquam scirem, uolui tamen hoc datum tuis precibus, uel cum magno & dolore & incommodo filiæ, ut impetrares. Verum cum uideam hoc fieri non posse ob rei difficultatem & periculi impendentis magnitudinem, æqui boniq; facias, cum uideas me tibi promissum denegare. Insuper, neq; hoc contemnendum est, audio disseminatum rumorem esse iam suscepisse Pamphilum filium ex ea, quam constanter affirmant esse ciuem. Quod cum uerum est, nihil obstat, quin tuus coactus publicis legibus ducturus sit eam, quam uitiauit, uxorem. Desine igitur nos onerare, & missos nos face.

SIMO. Euidentes erant rationes, amat Pamphilus, abhorret ab re uxoria, matrimonium incertum futurum est, natus est filius & ex ciue, quam cogetur ducere. Igitur singulas non confutat, sed omnes per obtestationem & ea, quæ certissima erant, & quæ negari non poterant, dissimulat, respondetq; ad postremas. Per Deos oro te, ne fidem habeas rumoribus uanis de nato filio. Item, esse illam ciuem. Nam in hoc distulerunt rumores, ut sic morentur aut impediant nuptias, Pamphilum suis blandis, & tanquam Syrenum uenenatis uocibus illectum dementent, cum in rem illarum sit esse illum etiam multo deteriorem. Si quid autem isti improbi improbarum muliercularum consilio intercesserit, facile quiescent.

CHREMES confutat euidentissimo argu-

A causamento à sensu, se scilicet & audisse & uidisse, esse natum puerum, interfuisseq; seriæ contentioni Daui & ancillæ Mysidis, ut negari non posit. Adeo non possum nescire, quæ scio, ut uehementer te errare nihil dubitem decere. Mei enim & oculi & aures fidißimi rerum omnium testes me non fallunt. Neq; dißimulanter iurgabatur Dauus cum ancilla de exposito puero, cum me neq; hæc neq; ille adesse persentisceret. SIMO confutat uerbis Daui, Dauum antea hoc præmonuisse hoc facturas. Non satis fidus testis &c.

ad effectum.

ALITER.

Constat hæc Scena egregijs locis communibus ex quibus dicit in utramq; sententiam, h. e. pro præstanda fide, & non præstanda, si amicus rem turpem, rem inhonestam & iniquam postulet. Oratio Simonis sumta est ex loco communi de fide præstanda, & ex officio boni uiri, quod uerbis pollicetur etiam re præstet. Chremetis oratio sumta est ex loco communi de officio amici, qui æquæ iusta & honesta debeat ab amicis petere aut postulare. Vide totam disputationem Ciceronis de amicicia, Hæc igitur, inquit, Prima lex amicitiæ sanciatur, ut ab amicis honesta petamus, &c. Hinc intelligi potest egregius locus Cic: lib: 13. Ep: 1. Homo minime ambitiosus, minime in rogando molestus. Et Ep: 2. Peto igitur à te maiorem in modum, quod sine molestia tua fiat. Et Epist: 5. Nam cum multi à me petunt multa, non committo, ut ambitione mea conturbem officium tuum.

Pene illusi filiæ vitam) Illudo cum accusatiuo

satiuo constructuit. Est autem talis Figura loquendi, qualis est illa, qua Germani utimur. Ich hets schier vor schertz. h.e. pene induxissem filiam in summum discrimen, ut de uita eius actum fuisset. Alia enim significatio est uerbi, illudo, in hac formula, quam supra, cum dicit, In quibus sic illudatis.

Beneficium verbis initum nunc re comprobes) h.e. Vt præstes tandem te, quod uerbis dudum promiseris, fac sis nunc promissa appareant, das du dem nach kommest, das du mir verheissen hast.

Vide quam iniquus sis præ studio) Iniquus proprie non æquus, vnbillich. Est ergo sententia, postulas à me, id quod citra magnum dispendium meum facere non possum. Aequum est obsequi amico, sed iniquum est petere ab amico, quod præstare non possit. Præ studio. h.e. in tuum studium, in tuam rem, ex usu tuo, dir zu gut. Nam non cogitas modum benignitatis. h.e. Liberalitatis meæ studij, & uoluntatis meæ, qua paratus sum tibi obsequi. Nam benignitas uel Cicerone teste liberalitatem significat. Infra in Eu: Nunc ubi sensisti meam benignitatem in te claudier.

Præ studio) Præ, propositio comparationem quandam inducit. Vtitur ea Terentius aliquoties mira quadam elegantia, ut hic, præ studio, Item in Eu: Præ ut huius rabies quæ dabit. Item, Hinc ego contemsi præ me. Itē in Adelph. Qui sibi omnia postputarit esse præ meo commodo. Item in Hecyra, Cum postputasse omnes res te præ parente intelligo. Cicero Seruio Sul-

pitio. Non tu quidem uacuus molestijs, sed præ nobis beatus. Horatius, Cuncta ne præ Campo & Tyberino flumine sordent.

In alio occupatus est amore) h. e. hæret adhuc apud Glycerium, amat Glycerium. Er hat ein ander lieb. Igitur abhorret ab re uxoria, auersatur matrimonium. Supra, omnes, qui amant, grauiter sibi dari uxorem ferunt. Infra in Hecyr: Habebam alibi animum amori deditum.

Incepi dum tulit res] h. e. Morem gessi tibi, dum commodum fuit. Nunc fieri non potest. Feras igitur æquo animo, es wil sich weiter nicht leiden, nos missos face, non sis porro nobis molestus iniqua petendo.

SCHOLIA, quæ explicant Textum.

Act. V. Scenæ I.

Iam intenditur ἐπὶ τὰ ὅπλα ad summum, & in hac congrediuntur iterum duo senes, quamuis supra impetrauerat Simo à Chremete, ut sibi filiam daret, tamen hic recusat Chremes nuptias deterritus astutia serui, ἄλλως. Renunciat affinitatem Chremes Simoni, estq; hæc Scena disceptatio quædam officiorum amiciciæ ex loco communi, quatenus petenti sit concedendum officium. De mutuo officio disputant. Vide Ciceronem in libello de amicicia, ubi pulcre disputat, quatenus sit amico aliquid præstandum. ἄλλως. Hæc Scena pertinet ad genus Iudiciale. Quia est status coniecturalis. Proponuntur autem in hac Scena

ἄθροι quædam. Deinde affectus parentis. Summa, In hac Scena de officio suo dicit, & simul fidem promissam expurgat, quam non uelit seruare, et facit translationē Quia filius & tu es in causa, &c. In hac Scena est uidere quantū laboris & periculi sustineant patres, dum salutem suorum filiorum curent ἄλλως. Recusat Chremes se daturum suam filiam Pamphilo, quod audierit Glycerium esse ciuem Atticam. ἄλλως. Declarat hæc Scena euentum consilij Daui, qui mira arte exposuit puerum, ut nuptias promoueret. Verum non tam moratur, quam prorsus impedit. Chremes enim renunciat nuptias Simoni. Atq; ita explicatum se ex malis gaudet Pamphilus Daui consilio. Est autem elegās mirum in modum Scena, ob affectus seniles, similis illi superiori, ubi Simo exorabat Chremetem pro filia Pamphilo collocanda. Vide alia alibi. Oratio Simonis sumta est ex loco communi de fide præstanda, & ex officio boni uiri. Chremetis oratio sumta est ex loco communi, ex officio boni amici, qui æqua debeat ab amicis & iusta petere. Vide de amici: & lib: 13. Epist: 1. & 5.

Satis iam) Non sunt ab amico petenda, quæ iure negari possunt, cuiusmodi sunt, quæ nobis quidem commoda, sed amico incommoda fore uidentur. Est enim & amici semper habenda ratio, eiusq; utilitas non minus, quam priuata, spectanda est. ἄλλως. Graue exordium transferens culpam in Simonem & suum filium, & dicit quod se omnino amicum Simoni exhibuerit, ἄλλως. Amplificatio seu excusatio facti est.

Quod ab amico petendum.

cti est de suo officio, Hactenus sum tibi obsecutus, iam non possum. Supra audiuimus, quomodo Chremes iuerit ad Simonem, iam rursum egrediuntur, & incepit postea ex abrupto, sicut solet & debet. Satis). i. multis generibus officiorum. Simo) Compellantis. Spectata). i. cognita, probata, erkant, bewesst, nie gefahret. Vehementiæ causæ geminata est dictio, satis iam satis. ich habe fahr gnugsam erstanden, tua causa in officio præstando, quod postulabas, iam est modus statuendus officij. Et purgat se á periculo. Tametsi prorsus miserim tibi, tamen satis præstiti. Satis]. i. feci. Generaliter est dictum. Spectata) Specialiter. Cœpi). i. tentaui tua causa, in fahr stehen. Pulcre argumentatur & loco communi hæc amplificat. Face) Est enthymema. Non sunt ab amico petenda, quæ iure negari possunt. Ergo cesses orare. Studeo). i. dum uolui tibi gratum facere. Pene illusi). i. perdidi uolens tibi inseruire. Est grauis querela loco amplificationis, ich habe meine dochter schier vmb leib vnd leben bracht. Affectus paternus est. q. d. perdidi salutem quasi per lusum, & imprudens, vorschertzet vnd in die schantz geschlagen. Vitam). i. totam uiuendi rationem, das sie keine gute stunde in jrem leben gehabt hette.

Imo) Fingit hæc Simo quasi non intelligeret, & utitur petitione tanquam ad summum amicum, ut uelit semel datam fidem præstare. Imo) παρρησία locus est. Postulo) Quia fides est promissa. Inire uerbis, est promittere. Beneficium) .i. illam beneuolentiam. Initum] .i. inceptum, pollicitum, assensum. Comprobes)

probes] .i. confirmes, præstes, effectum reddas, reipsa ostendas. q.d. Tu es pollicitus te omnia facturum nunc quoq; hoc ostende. Comprobes) Id demum hominis est probi, beneficium uerbis initum re comprobare. h.e. Re præstare, quod uerbis sit pollicitus, nisi forte incommodum id tam petenti, quam ei, abs quo petitur, uideatur. Propterea mox subijcit Chremes, uide quam iniquus sis præ studio, dum efficias id, quod cupis, neq; modum benignitatis, neq;, quid me ores, cogitas. Nam si cogitas, remittas iam me onerare iniurijs. His Chremetis uerbis modum benignitatis spectare, & sedulo quid amicum oremus, cogitare iubemur.

Præstanda est fides promißi.

Vide) Est communicatio & reprehensio non usq; adeo acerba. q.d. Ego non possum sine meo incommodo facere. Argumentum est á loco communi. Modum esse statuendum in benignitate petenda. ἄλλως. Obiurgantis per quandam communicationem, Dolet enim, quod nihil de sua filia cogitet. Iniquus) .i. importunus, & wie eine vnbilliche bitte hastu fur. Enthymema, Nimium petis, Ergo oneras amicum. Iniquus] .i. quam iniquum petas. Præ studio] .i. cum tuis rebus consulis, dir zu gute. Propter studium, seu nimium petendo. Studio) .i. desiderio, affectioneq; paterna, mit ernst. Dum) dummodo, uel, donec. Efficias] .i. petendo, ut tuis prosis. Cupis] .i. ut filiam meam dem nato tuo. Neq;) Dicit, quæ res sunt obseruandæ in petendo, & in quibus Simo maxime errat & peccet. Modum) .i. quantum sit petendum. Ores) .i. quantum á me fieri poßit, An iustum an iniustum

sit.

sit. Cogitas) .i. non impendis, quid sit petendum. Dicit esse impossibile, ut unicam filiam det in incertas nuptias. Nam) ἀνύπευθος, Quæ continet Enthimema, Non seruas modum in petitione, ergo oneras amicum iniurijs. Cogites) .i. de modo petitionis. Iniurijs) .i. iniustis petitionibus. Quibus) .i. iniurijs te oneraverem. Incipit interrogare quomodo errauerit in petendo. Ah) Indignantis. Est expositio iniuriarum, & Rhetorica expolitio, quæ habet congeriem causarum, propter quas generum abdicet. Quod enim antea dixit generaliter, quod nimium petat, nunc exponit specialiter. Rogitas) .i. quibus iniurijs me oneraſti. Perpulisti) i. petitionibus. Verbum illud significat, quod iniustus fecerit. Narratio iniuriarum, & expositio periculorum à circumstantijs. Me) .i. summam tuorum rerum. Alio) .i. meretriceo. Ne iungantur matrimonio, qui se mutuo non amant, plena est undique prudentiæ hæc Chremetis oratio, & quis adeo sit demens, qui filiam suam dare uelit homini in alio occupato amore abhorrenti ab re uxoria? Adolescentulo) Prima circumstantia ab ætate. Occupato) uerbafft. Secunda circumstantia, quæ est grauior, ab amore meretriceo. Abhorrenti] His uerbis describit amatorem. Prudentissime censet Poeta, inuito non esse obtrudendam puellam, quã non amet, incertas ex ea re fieri nuptias, id quod res indicat. Infra in Adelph: Vxoriã .i. qui non uult habere uxorem. In seditionem) .i. in dissensionem, discessionem, zum auffruhr vnd zanck.

Ne cui fili am des uxorem, qui habeat alibi amori animum deditum.

Sedire

Sedire q. seorsum ire, trennen, sed non est in usu. Ille totus locus pertinet ad Ethicen, & præcipiuntur duo principalia. Primum ut seruemus modum in petendo. Secundum, quod nos conditi simus ad benefaciendum. Seditionem) .i. ut sint perpetuæ lites. es hat dannest mihe gnug, wenn sie gleich mit liebe vnd lust zu sammen kommen. Igitur obtrudi uel puellæ sponsum, uel adolescenti sponsam, extremum malum est. Es muss jedas sein in matrimonio, quod supra dixit Pamphilus, Hanc mihi expediui, contigit, conueniunt mores, &c.

Filiam] Ab euentu & periculis. Incertas) .i. non perpetuas, inconstantes, instabiles, vnbestendig das sie von einander lauffen, der man vornen hinaus, das weib hinden aus. Effectus eorum, quando datur puella adolescentulo alio occupato amore, & abhorrenti ab re uxoria. Eius) .i. filiæ. Argamentum ab iniquo Hoc pertinet ad obiurgationem. Medicarer] .i. auxiliarer incommodis .i. uoluisti. Labore] das sie keinen guten tag noch stunde hette. Impetrasti) .i. ut filiam darem tuo gnato in uxorem. Impetrasti) Concessione Rhetorica infert. Recte urges promissum, sed iniquum est petendum. Ergo non soluo fidem. Vide quam egregie dicat Poëta in utranq; sententiam, & ex quibus fontibus deducta sit oratio. Incepi] .i. hoc facere .i. parare nuptias. Dum tulit res] .i. dum erat licitum. Narratio uenusta distributa in commata concisa. Res non fert, Igitur & tu æquo animo feras. Fert) .i. res seu utilitas. Es wil sich nicht leiden. Feras) .i. patienter &

æquo

æquo animo, quod recuſo nuptias. Eſt argumentum à ſuo officio. Illam] .i. Glycerium, quam amat Pamphilus. Sunt rationes mutandæ fidei & cauſæ, cur recuſet nuptias. Ciuem] .i. Atticam. Teſtimonia, quibus probat, quod omnino hoc nolit facere. Miſſos) .i. mittas. ſunt uerba commoti ſenis. Aiunt) .i. ſenes & pueri. Face] las vns das vnſer warten.

Per ego] Simo hoc audiens non leuitur, perturbatur & habet duos locos. i. inficiationem et translationem, & eſt defenſio. ἄλλως. Primo non negat hæc omnia uera eſſe. Liberat autem filium transferens culpam in meretrices. Deos] Dilutio per translationem. Reijcit enim culpam in illas mulierculas. Refutatio eſt in ſtatu coniecturali. Per Deos] Obteſtatio ſumma. Illis] .i. mulierculis, ſcilicet, Glycerio & Myſidi. A qualitate perſonæ. Meretrices ſunt, igitur libenter mentiuntur. Quibus] A cauſa ad effectum. Illum] .i. meum filium Pamphilum. i. ut ſit in ſumma inuidia apud te. Deterrimum] das man alles vbel von jm redet, quod aliquis habeat malam famam. Hæc] .i. quæ tu dixiſti eſſe ſcilicet ciuem & puerum natum eſſe. Nuptiarum] .i. impediendarum. h.e. propter impediendas nuptias. Eſt autem explicatio translationis. Ademta] .i. ubi fuerint factæ nuptiæ. Ea cauſa] .i. non poſſunt facere amplius nuptias. Hæc] .i. hoc tempore, ſcilicet, ubi uxorem duxerit. Wenn kein wein mehr da iſt, da wird man nimmer voll. Deſinent) .i. turbare. q. d. nihil porro molientur. Erras) .i. non recte accipis. Hoc argumentum

mentum nihil est, & Chremes confutat illam defensionem à signis. Cum Dauo) A testimonio, nempe à sensu oculorum. Sic infra in Heau: Hisce oculis ne nega. Ancillam) .i. Glycerij. Scio) concedentis, aut consentientis. Iurgantem) .i. propter puerum appositum. Cum aliquo iurgor, h. e. expostulo. Vero vultu) .i. serio est inter eos actum, non est res conficta. Vero) .i. serio, non ficto, non simulato. Neuter) .i. neq; seruus, neq; ancilla. Cum ibi) In cumstantia temporis, unde uult argumentari, hoc esse magis uerum, quod ipsum non uiderunt. Credo) Concedentis & est reprehensio sui ipsius. Facturas) .i. meretrices cum puero. Nescio) Indignatur sibi ipsi, quod non prius annunciauerit Chremeti. Quid) .i. propter quid, quare, &wie ichs vergessen habe. Oblitus) .i. de puero. Ac) pro, contra quam. Vero vultu) .i. citra dissimulationem, ernstlich. Volui) .i. præterquam, q. d. nescio, quomodo excidit dicere sibi, sicut mihi proposueram.

ARGVMENTVM IOAN: STIG: in Act. V. Scen: II. Animo iam &c.

Exultat Dauus, quod in ipso periculi articulo aduenerit Crito, scire se affirmans Glycerium esse ciuem Atticam. Id ubi intelligit Simo ira commotus Dauum tanquam prothea tandem comprehensum conijci in uincula iubet. Admonet autem hoc loco Terentius, scelerata facta non effugere debita supplicia, ut

inquit Tibullus, sera tamen tacitis pœna uenit pedibus. Lento cum gradu ad uindictam diuina procedit ira, tarditemq; supplicij grauitate compensat, ut grauiter inquit Valerius Maximus.

ALIVD Ambrosij.

Supra modum Dauus exultat, quod Chremes antea deterritus & nunc præter opinionem aduentu hospitis Glycerium inuenta sit ciuis, nihil dubitans iam omnia esse salua, nec quicquam restare amplius periculi. Verum hoc subitum gaudium serui magna ægriuudine contaminatur. Simo enim re intellecta de puero ante ædes depositio, totam culpam transferens in Dauum autorem omnis mali, primum acriter obiurgat. Deinde ex nimia commotione animi iubet quadrupedem constringi, ne existimet se impune perturbasse nuptias. Ita quod antea seruus in ipsa deliberatione metuerat, ne præceps daretur in pistrinum, id ei nunc accidit.

ALIVD EIVSDEM.

Post multas deliberationes nihil dubitauit Dauus, maxime inuento altero consilio de puero ponendo ante ædes Simonis, quin tota res pulcre esset processura, & sibi quasi pollicetur felicissimum euentum, postquam intellexit ex Critone hospite Glycerium ciuem esse Atticam. Quare audet plusculum seruus, quia nihil periculi restare putat & ob eam rem serio triumphat. Sed hoc subitum gaudium non diu durat. Nam & Pamphilum & se prodens iussu Simonis in carcerem

carcerem uinctus conijcitur. Ad Textum. Exoritur adhuc noua turba ante cataſtrophen. Dauus enim egrediens à Glycerio exultat & proponens Cataſtrophen, quod Glycerium ciuis ſit Attica, prius à ſene male accipitur & uincitur, quam res componatur.

ALIVD RIVII.

Mira excandeſcentis heri imaginem exprimit & ob oculos ponit hæc ſcena, docens uidelicet ſeruorum in fallendis heris audaciam non eſſe impune ferendum.

ALIVD ἄλλο.

Audito ſermone hoſpitis apud Glycerium Dauus redditur lætiſsimus, & ſerio triumphare incipit, quod tandem extra omne periculum poſitus eſt. Quare exiens domo Glycerij exultat mirabiliter. Sed hæc lætitia, quam exiſtimat futuram perpetuam ſubito conuertitur in maximam perturbationem & triſtitiam. Interrogatus enim à Simone, quid habuiſſet negocij in ædibus Glycerij ſua reſponſione, in qua plane deſtituitur omnibus fallacijs, ſe & Pamphilum omnino prodit, & quod minime putaſſet euenturum, iuſſu Simonis uinctus abducitur. Diſcendum autem ex hac ſcena, ſolere ita ſemper accidere, ut callidiſsima quæq; conſilia habeant multos malos exitus & palam tandem mendacia fiant.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE, D. ANDR: MISENI in Act. V. Scenam II.

Animo ocioso esse volo) *h. e. securo, tranquillo, quieto, uacuo curis & molestijs omnibus. Plautus in Aululari a, Animo defecato exeo.*

Commodiorem) *uarie hic locus legitur. Quod si enim ita legitur, Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non uidi, nihil habet obscuritatis aut difficultatis. Sin uero legatur, Ego commodiorem hominem aduentum ad tempus non uidi, opus habet aliqua explicatione. Nam hoc loco posuit participium Græca imitatione pro infinitiuo præteriti imperfecti,* ἐλθοῦσα *pro* ἐλθεῖν, *Aduentum pro aduenisse. Deinde obseruandus est antiquus loquendi modus, uenio ad tempus, h. e. tempestiue, commode. Sic supra, per tempus aduenis, h. e. in tempore, opportune, opportuno, & commodo tempore.*

Omnis res in vado est) *hoc est, in tuto, extra omne discrimen sunt omnia. Supra, Ego in portu nauigo. Est autem metaphora sumta à natantibus uel nauigantibus, qui salui sunt ubi uadum contigerunt. Vadum, ein fort, das man gründen kan.*

Confidens) *Confidens in bona significatione dicitur, id quod disputat Cicero lib: 3. Tusc: quæst. Qui fortis est, idem est fidens (quoniam confidens mala consuetudine loquendi in uicio ponitur, ductum uerbum à confidendo, quod laudis est) Qui autem fidens est, is profecto non extimescit. Discrepat enim à timendo confidere. In uicio posuit Teren: in Eu: Tum quæ eius confidentia est. Et in Phor: Homo confidens, quod illum Dij omnes perdant. Et in Heau: In qua re*

nunc

nunc confidenter restas stulta. Sic est etiam apud Hor: lib: 1. Saty: 7. Confidens, tumidusq;, adeo Sermonis amari.

Cum faciem videas, videtur esse quantiuis precij) h. e. uir non uulgaris, non plebeius, non uidetur unus multorum, Es scheinet nicht ein schlechter man sein, Es scheinet ein man sein, der ein ansehen hat. Contrarium est, nihili homo, h. e. nullius precij, Er ist nicht eins hellers werd. Sic maximi precij infra in Adelph: quod & Germani dicunt, ein tewer man.

Te commotum reddam) hoc est, excitabo te, ut prudentius res tuas cures. Germani etiam sic loquuntur, Ich wil dir weisen, so ich anders lebe, quid sit periculi, was für fahr drauff stehe.

SCHOLIA, quæ explicant Textum Act V. Scen: 11.

In hac scena omnia tendunt ad exitum. Dauus enim, qui fingebatur lætißimus, redditur tristißimus. Præterea sequuntur plagæ & uerbera. Sunt autem duo loci præcipue obseruandi, quos Cicero in descriptione facetiarum laudat. Deinde gestus, qui non tam animum, quam oculos pascent. Pertinet autem hæc scena ad genus Demonstratiuum. Querela consumitur in genere Iudiciali. Seruus enim omnino securus erat, securitas autem in omni re damnari solet, Man sol nicht huy sprechen, man sey den vber den Berg. Das heist canere Encomium

ante uictoriam. Chremes omnia antea dixerat Simoni, ideoq; nunc conuincit senem, quod hoc testimonium sit nullum. Tres partes in hac Scena continentur. Prima habet descriptionem ipsius Daui. Secunda colloquium, quod habet breuem expostulationem senis. Tertia continet descriptionem turbarum. ἄλλως. Est summa intentio periculi & ἐπίτασις, & res est adducta in extremum periculum. ἄλλως. Dauus, qui nihil periculi restare uidebat, pergit Simoni dicere, Glycerium esse ciuem Atticam. Animo) uide suauem descriptionem Daui, quomodo ex ædibus Glyberij egrediens gestiat. ἄλλως. Sunt uerba exultantis, qui omni periculo, se liberatum existimat. Impero) .i. Pamphilo. Est signum securitatis, & uerbum superbi animi. Ocioso) .i. securo, gerüglich, guts muts sein, solutus omni cura, h. e. in aurem utramuis ociose dormiam. Impero) Est signum securitatis. Vtitur autem uocabulo, quod habet uim imperandi, quasi in sua potestate situm esset. Subita autem lætitia inde oritur, quod hospes non uellet despoliare Glycerium, & postea palam facere, Glycerium esse ciuem Atticam. Esse .i. Pamphilum & alios. Nu hat es keim noht, noch mangel.

Hem) Hæc uerba habent admirationem & indignationem. Nam senex, antea iusserat, ut ad nuptias omnia appararet. Dauum) id est egredientem ex ædibus Glycerij. Tibi) id est, monstro. Vnde) .i. ex cuius ædibus. Admirantis. Me) Illa uerba pertinent ad exultationem, & sibi describit hoc totum.

tum. Præsidio) .i. opera, beneficio, hülffe, q.d. ocioso animo esse uolo. Hospitis) .i. Critonis. Quid illud mali) .i. quod seruus egreditur ex ædibus meretricis, adeo exultans plane enim existimat, Dauum hoc curaturum esse, quod illi mandauerat. Quid illud) q.d. existimassem iam omnia esse tranquilla. Mali) .i. Quod Dauus gaudet. Hæc secum loquitur senex & sunt uerba dolentis. Simo enim bene uidet, hoc uerum esse, quod antea Chremes dixit. Ego) Amplificatio superioris sententiæ, ab opportuno. ἄπαξ. Quædam amplificatio superioris sententiæ, in qua imperauit, ut omnes essent animo ocioso. Hominem) .i. qui solus effeciſſet. Laudat personam. Aduentum) pro, aduenisse. Græcismus est. Laudat factum. Tempus) Laudat, quod etiam cum opportunitate temporis factum sit. Scelus) Pro, scelestus Dauus. Sunt uerba irati senis. Quia audit uerba Daui exultantis. Quem) Stomachantis. Vado) .i. omnis res in tuto est. Conclusio istius læticiæ à generali & prouerbiali sententia, q. d. Tota causa, iam est deducta ad felicem exitum. Cesso) Consultatio per increpationem. Alloqui) Obiurgantis & indignantis in se ipsum, & sunt gestus, qui asperguntur propter affectum. Alloqui). i. conuenire. Herus) Metuentis & perturbati animi sunt uerba, & Dauus hic destituitur omnibus suis consiljs. Agam) q. d. Quid respondebo seni, &wo sol ich himaus. Hoc cogitat, quia non sit bene instructus ad respondendum.

O salue) Ironia loco increpationis uel Ironicæ

ſalutatio. Alloquitur enim Dauum duriſsimis uerbis, Hem) Eſt mollis ac blanda reſponſio, ut mitiget iram. Omnia) .i. ſumma diligentia feci negocia. Expoſitio ſui conſilij. Quia Simo antea ad eum dixerat, Abi intro, & quod paratu opus eſt, para. Intus) .i. in tuis ædibus. Apparata) .i. ad nuptias. Vide Act. 3. Scen: 2. Vbi Simo dicit ad Dauum, quod paratu opus eſt, para, ad ea nunc reſpondet Dauus ſeruus. Curaſti) ronica reſponſio, qua ſignificat, quod nihil effecerit, Ia, du haſt es wol ausgerichtet. Vbi) .i. quando. Eſt aduerbium temporis. Significat ſe non intelligere. Accerſe) .i. Vt fiant ſtatim nuptiæ. Bene ſane) .i. dicis. Eſt Ironica & obliqua obiurgatio, q. d. expediuiſti negocium. Id) .i. propter id, ja freilich. Is) .i. Pamphilus. Hinc) .i. á nuptijs. Vult dicere adhuc multa eſſe impedimenta. Etiam) .i. eſt tuæ indiligentiæ ſignum. Hoc) .i. ad hoc. Reſpondes) Imperantis eſt cum quadam indignatione & comminatione incipiens percunctari. Iſtic) .i. in ædibus Glycerij. Nunc ſequitur expoſtulatio ſui officij neglecti. Iſtic) Demonſtrantis eſt. Mihi) Verba ſunt illudentis. Redditur autem ita perturbatus Dauus, ut omnes aſtucias amittat & ut nihil poßit excogitare.

Ita) .i. te & nullum alium interrogo, quid tibi fuerit negocij. Mihin') Scilicet, interrogas, quid fuerit negocij. Iterum repetit, quia nihil habet, quod reſpondeat. Tibi) .i. Quæro, quid negocij fuerit. Eſt indignantis. Introij) id eſt, in domum Glycerij. ἄπρος δοκιτὸν, Quod eſt ſingularis ingenij. Vide-

mus

mus enim serui astutiam, qui aliud ac rogatus est, respondeat. Sunt non pauci, qui hanc Daui astutiam imitentur. Quare tenendus est hic Protheus, ne hac uia elabatur. Quasi] .i. hoc modo respondes. Rogem] .i. quam diu ibi fuisti, sed hoc rogo, quid tibi intus fuerit negocij. Tuo). i. introij. Dauus imprudens prodit suum discipulum nimia securitate & spe & fiducia. Intus). i. in ædibus Glycerij. Admirantis est. Crucior) .i. Propter talem filium, χωας habe ich erlebt an meinem sone. Sunt uerba excandescentis senis & dolentis. Eho) Expostulantis. Repetit enim quod Dauus antea dixerat. Non tu] Posterior locus pertinet ad hoc, quod mendacium apprehenditur, etsi aliquo modo occultetur. Non tu] Argumentum à ueristimili. q.d. Si Pamphilus est intus, quomodo ergo inter eos iræ esse possunt. Inter eos] .i Glycerium & Pamphilum. Sunt etiam uerba dolentis. Nunc arguit Simo seruum mendacij. Quia antea serus dixit, Iras esse inter Pamphilum & Glycerium. Vide prouerb: Mendacem memorem esse oportet. Sunt]. i. inimicicie. Confessio est impudens.

Cur] ἔλεγχος à dissimili, denn seinde kõnnen nicht mit einander zu tische sitzen. Quid] .i. facere intus. Callida interrogatio. Quid] i. propter quid esse apud Glycerii. Cur). i. cum sunt inimicicie. Hic] .i. apud Glycerium Censes) Irridet & illudit Simonem, quod uult defendere filium, Cum tamen non possit. Illum] .i. facere in ædibus Glycerij. Cum illa) .i. Glycerio. Litigat]. i. Pamphilus. Sie seind

die beſten freunde. Comœdiæ magis recipiunt Enthymemata, quam alios Syllogiſmos, ut hic, Litigat cum illa, eſt Enthymema. Quia prius dixerat diſcordiam eſſe inter Glycerium & Pamphilum. Ergo litigat cum illa. Ratio conſequentiæ eſt, Quia diſcordes, quando ſimul ſunt una litigant. Agreſte fuiſſet, ſi addidiſſet, Diſcordes litigant. Fuit etiam aliquid relinquendum aliorum cogitationibus. Eſt iocus ex inſperato. Imo) Pertinent hæc uerba ad naturam Daui. Illa autem oratio breue habet exordium, & locum attentionis, ἄμωσ. Eſt faceta irriſio. Quia Simo dixit, Iræ ſunt. & eſt πάθοσ. Nunc Dauus intelligens ſe apud Simonem nihil efficere poſſe: Itaque prudens diſcedit abeo, & facit translationem ad Chremetem, in qua purgat Pamphilum, quare ſit ingreſſus domum Glycerij. Sperat autem Dauus Chremetem interceſſorem fore, ſi ſpes aut res peßimæ acciderit. Indignum]. i. admiſſum cum Glycerio. Narratio, in qua dicit adeſſe hoſpitem, qui dicat Glycerium eſſe ciuem Atticam. Faxo). i. faciam. Locus attentionis eſt, & exordium. Neſcio) Eſt breuis narratio, & ſimpliciſſima, in qua primum deſcribit perſonam. Deinde uult probare, quod Glycerium ſit Ciuis. Neſcio] .i. Quomodo acciderit, quod ego tam ſubito interuenerim. Senex) Locus communis, quo ornatur oratio, & ſatis ueteratorie hac deſcriptione boni uiri inſinuat ſe nebulo in animum ſenum, ut uera dicens tamen nolit uideri. Excute omnes partes deſcriptionis, & exiga ad præcepta Philoſophorum. Cicero libro 12. Epiſt. 26.

Epist.26. Venit) .i.ad Glycerium. q.d. Vis scire qualis sit, & plane cognoscere. προσωπογραφία, Qua fidem facit orationi suæ, ut oratio, quæ sequitur, habeat maiorem fidem. Laudat autem eum ab ætate & persona. Senex] Extenuatio, qua adimit autoritatem personæ. Ellum) .i. ecce illum. δειλικὸν. .i. Si ipsum inspicias puerum, qualis sit. Confidens) .i. Constans est, qui multum sibi fidit, vermessen vnd kün. Catus) .i. Prudens, callidus, astutus, gescheide, tewer, dapffer vnd ernster man. Faciem) .i. hospitis formam, habitum. q.d. Cum uis contemplari personam. Sed fallit interim facies, magis spectanda est index animi oratio, quæ cuiusq; ingenium ut sit, facile declarat, si modo ex animo loquatur. Adeo semper ut alijs in rebus omnibus, ita hic quoque timenda est simulatio & fucus. Plautus in Pseud. Faciem (inquit) cum aspicies eorum, haud mali uidentur. Opera fallunt, quanquam tetrica ac seuera facies constantiæ nonnunquam indicium est & grauitatis. Videas) Mutatio numeri. Precij) .i. magnæ æstimationis. Tristis) Addit species, quod sit homo non contemnendus. Seueritas) .i. seuerus, es ist ein ernster man. Vultu] .i. in oculis. Fides] .i. Constantia, ein glaubwirdiger man. q.d. Verba cohærent, quod uerbis pollicetur, re ipsa præstat. Vide prouerb. Ex habitu bonum uirum præsefert. Fides] Periphrasis est hominis quantiuis precij. Quidnam) q.d. iterum uis mentiri. Nunc Simo interrumpit sermonem Daui, & uidet, quod herum libenter uelit pla-

Facies nõ raro fallit

lit placare per Chremetem. Apportas) *Indignantis & stomachantis. Quia cupit hoc modo deterrere Dauum, ut prorsus fileat.* Nihil) *.i. noui apporto.* Excusat *suam personam.* Illum) *.i. Critonem.* Quid) *Simo cupit explorare totum negocium.* Ait) *.i. hosspes.* Quasi est irridentis per contemtum. Scire) *.i. certis argumentis.* Ita coniecit se Dauus in discrimen & Terentius uult significare, malum consilium plærumq; consultori esse pessimum. Glycerium) Dauus tribus aut quatuor uerbis significat, quod alioqui pluribus dixisset. Atticam) Exemplum breuitatis. Hem) Iam commouetur Simo, & perditus ira non potest ferre, quod hæc dicat Dauus præsente Chremete, & sequitur periculum serui Daui. Hem) Vocantis. Tertia pars continens descriptionem turbarum. Dromonem nunc Simo nominat, et propter iracundiam ingeminet. Docet autem hoc loco Terentius seruos mendaces ac falsaces castigandos, puniendosq; esse.

Serui fallaces, mendaces q; puniendi.

Hem) Vocat lorarios. q.d. Quid ego miser feci. Dromo) Simo non uult audire. Audi) Precantis aut supplicantis est. Dauus cupit lenire istam iracundiam senis. Addideris) *.i.* seres infortunium. Apostopesis. Comminantis est. Verbum) *.i.* tunc pessime te tractabo. Dromo) Iterum uocat Dromonem, qui fingitur somnolentus & tardus, & ob id obiurgatur. Audi) Videt iam se ipsum periclitari de uita. Audi) *.i.* meam causam. Hunc) *.i.* Dauum. δειλινῶς. Rape) *.i.* in ædes. Sublimen) *.i.* in altum, nim jn bey dem halse, so kan er dir nicht entlauffen.

entlauffen. Quantum potes) .i. celerrime. In tertia Scena primi Actus, cum inquit, Pamphilum ne adiuuem, an auſcultem ſeni, vnd darfür hat er ſich lange beſorget. Salomon, Qui amat periculum, ille incidit in periculum. waſur ſich einer furchtet, das wider-fert jm gemeiniglich. Quem] interrogantis. Quaſi & Dauum non uideret. Quem] .i. debeo rapere ſublimen. Hic ſignificat geſtum, & digito illum oſtendit. Dauum] .i. non uides? Quamobrem) .i. debet me comprehendere Dromo. Eſt ingemiſcentis. Quamobrem) .i. quid feci? Non (inquit) ſum tuus ſeruus. Quia lubet] Quia non quærenda eſt ratio, & eſt uox domini, & Tyrannica. Alludit ad id, quod ſupra dixit, Aut ſi libitum fuerit. Rape) Sunt geſtus ſtomachabundi ſenis. Feci) .i. quid commerui. Allegat ſuam innocentiam. Si quicquam) Argumentum à ſua innocentia, & eſt Enthymema. Mentitum] .i. in tota uita. Occidito) Hic uoluit repreſentare Poëta, quod ſoleant nonnunquam ita in rebus humanis euentus non reſpondere noſtris conſilijs. Dauus enim nihil metuebat. Audio) .i. non accipio excuſationem. Ego) Irriſio. Sequitur uehemens geſtus, qui continet pœnas ſecuritati. Commotum] .i. diuerſis ſupplicijs. q. d. Ich wil dich wol hinmachen. Alij intelligunt trepidum & metuentem. Alij perturbatum. Alij uero citum & celebrem. Ich wil dich wacker machen. Infra in Heau: Ego iſtos commouebo. Tametſi) Elliptica oratio eſt. q. d. me eſſe innocentem, tamen iubes me in uincula duci. Tametſi]

metsi) Pertinet ad præcedens, quod dixit de hospite. Tu tamen) Est interceptio sermonis, & iam assignat certum supplicium. Verum) .i. quod dixi de hospite. Tamen) Reijcientis, siue uerum sit, siue non sit. ἄμως. Est admodum sollicitus. Intelligit enim propter tarditatem serui aliquid inesse malitiæ. Vinctum .i uide, ut diligenter cures. Vinctum) .i. ligatum pedibus & manibus, alle vier. Tu) .i. Dromo. Mandantis. Atque) Reuocantis & admonentis. Constringito) .i. non potest aufugere.

Age] σφηκασμὸς, Quando uictor insultat uicto. Age] Comminatio postrema. Age) Illudentis. q. d. Huc usq; uoluisti me ludere. Nunc ego te deprehendo in iudicio. Quid sit) Was es auff sich hat. Si uiuo] Iurantis. Paraseue ad filium. Illi] .i. filio. q. d. uos ambo dabitis maximas pœnas. Ah] Chremes nunc fingitur intercessor. Tantopere) .i. erga seruum & filium. Sæui) .i. remittito aliquid de iracundia, bis nicht so hefftig. Habes rationem tui. Infra. Mitte male loqui. Alius locus communis de cohercenda & refrenanda iracundia. Vide autem Chremetem lenem & commodum senem, corrigentem asperitatem Simonis, cuius est dissimilimus. Vide Adelph: Reprime iracundiam. In senibus uiciosum esse, adeo obnoxium esse affectibus. Horat: Car: 3. oda: 14. Calor animi est in adolescentibus. Infra, deferuisse adolescentiam, &c.

Moderan ἄμως. Docemur hic moderandam esse nimiam ira iracundiam, & in ipsa etiam animaduersione rationem
da est cundia.

nem adhibendam & modum, & quandam, ut sic dicam, lentitudinem. Irati enim nonnunquam grauius in seruos animaduertimus, quam deceat, aut conueniat. Hinc recte illi, n si iratus essem, uerberarem te, & Cato. Seruorum ob culpam cum te dolor urget in iram. Ipse tibi moderare. Et Cicero ait prohibendam maxime esse iram in puniendo. Cum hac enim nihil recte fieri, nihil considerare posse. Recte Laches in Hecyr: Videndum est, inquit, ne nimis propter iram hanc impetrem, quam posiem, aut ne quid faciam plus, quod post me non feciſſe satius sit. Act: 5. Scen. 1. Horat: Qui non moderabitur iræ, Infectum uolet esse, dolor quod suaserit. Salomo: Magna (inquit) ira detrimentum affert, niſi coherceatur. Pub. Mimographus, Iracundiam qui uincit, hoſtem superat maximum.

Chreme) subiectio est rationis, quare sic succenseat illi. ἄλλως. Compellantis cum communicatione & alligat iustissimas causas suæ iræ. Ne autem omnino esset Tragœdia, Chremes introducitur. Pietatem) q.d. impietatem, & scilicet, uides. Ironia amarulenta, & uehemens. q.d. particulam. Pietatem) .i. spectа. πάθη semper efferuntur per reticentiam. Tertius locus communis, qui uere exprimit paternum affectum de dolore parentum, quem capiant ex improbitate liberorum. Vide infra in Adelph. Ille potitur gaudio, &c. Item, solum id est carum mihi. Virg. Omnis in Ascanio cari stat cura parentis. Item, Nunc tibi præterea

spes

ſpes & ſolatia noſtri, &c. In Adelph: Vxorem duxi, quam non miſeram uidi, &c. Salomon Prouerb. X. Sapiens filius, &c. Miſeret] .i. propter filium & ſeruum. Tui] q.d. num æquum eſt. Talem) .i. tam perditum. ſchelm. Age) ſunt uerba irati & commoti ſenis, & euocat eum ex ædibus Glycerij. ἄλλως. ſequitur paraſceue ad ſequentem Scenam. Pudet) .i. eſſe in domo meretricea. Pamphile) Elegans in tam acerba expoſtulatione repetitio nominis, Pamphile, ſicut & Cicero in Vatinium ſubinde nomen repetit. Contra blanda eſt repetitio nominis in conſultationibus & colloquijs ſuauibus & amicis. Infra in Eun: Act. 5. Scen 2. Hoc mihi beneficium Chærea. Ex hac autem Scena inprimis eſt diſcendum, Mendacium tandem deprehendi, etiamſi aliquandiu occultetur. Veritas ſemper ſui ſimilis eſt.

ARGVMENTVM IOAN: STIG: IN ACT: V. SCEN: III.

Quis me vult, &c.

Diſerte hic exprimitur affectus patris in filium iuſta de cauſa commouentis. Etenim cum dici facile non poßit, ut teſtantur exempla, quantus amor ſit parentum erga liberos, mirum non eſt, ſi eorum offenſione aliquando grauius afficiantur, quibus optime conſultum cupiunt. Propoſuit autem hic Terentius exemplum ueteris diſciplinæ Romanæ apud quos integrum non erat contrahere matrimonia ſine conſenſu parentum, docetq; non ſolum in hac re, ſed in omnibus actio-

bus actionibus, parentibus esse obediendum. Quare admoniti in hac scena pueri in memoriam reuocent, se etiam ex mandato diuino debere parentibus honorem ac obedientiam. Nam esse infelices exitus eorum, qui contemnunt parentum autoritatem & sacræ literæ & historiæ testantur.

ALIVD Ambrosij.

Hæc scena pertinet ad genus Iudiciale. Instituit enim pater seriam obiurgationem aduersus filium, quem præter opinionem intellexerat in hoc laborare, ut Chremete deterrito fallacijs serui ac hospitis aduentu retineret ipse contra uoluntatem patris suam Glycerium. Estq; tanta indignatio in patre, ut unicum filium prorsus repudiet & omnia officia paterna illi denegat. Verum ne huic tantum mali accidat, Chremes diligenter sua interceßione pro Pamphilo cauet. Huius tota oratio perbreuis admodum eò spectat, ut paulum mitigata ira patrem ac filium in gratiam reducat. Ad hæc Pamphilus quoq; suis humanißimis precibus agnoscens peccatum, & petens ueniam flectit iratum animum patris ad misericordiam.

ALIVD EIVSDEM.

Magna spes erat patri de Pamphilo filio admodum modesto & morigero. Hunc quia intelligit omnino degenerasse, præsens alloquitur eum & obiurgat durißime. Obijcit autem crimina minime dißimulanda, uidelicet, confidentiam & inobedien-

tiam addita significatione sui doloris & indignitationis propter talem filium. Sed mire placatur pater iratißimus leni responsione filij, in qua fatetur ingenue culpam, & pollicetur simul perpetuam obedientiam. Ad extremum ne maneat in aliqua suspicione apud patrem, sollicite rogat, ut audiatur, & ut adducat Critonem, quem existimat in hac causa plurimum posse, ut tota res transigatur. AD TEXTVM. Hæc scena est generis Iudicialis. Pater enim accusat filium mendacij. Accusatio amplificata est signis, quod præter morem gentis, & contra leges, contra uoluntatem patris, peregrinam cum summo probro habere studeat. Contra hæc omnia Pamphilus utitur purgatione, quæ habet criminis confessionem & translationem, in amorem.

ALIVD Riuij.

Patrem ira percitum ac uchementer commotum molli responsione mitigandum esse ac placandum filijs hæc scena docet.

ALIVD ἄλλο.

Pater expostulat cum Pamphilo. Is culpam deprecatur, & nunciat Glycerium esse ciuem Atticam, erroremq; fatetur, & rogat ignoscí sibi. Prima autem pars expostulationis statim est absoluti. Nam simpliciter reprehendit pater iniquum Pamphili factum. Altera pars expostulationis, subornasti quoq; Critonem, qui dicat Glycerium esse ciuem Atticam, ut omnino tibi animus expleatur, & mihi ægre facias. Prima

ma expurgatio status est assumtiui, cum defensio per se sit infirma, tractatur assumta re extranea. Locus habet conceßionem, quæ constat purgatione & deprecatione, Et translatione, qua hic non utitur Pamphilus. Altera expurgatio, in qua simpliciter negat factum, status est coniecturalis. Comprobat testimonio Critonis, quem uult adducere. Locus est ἄτεχνος.

ALIVD ἄδηλον.

Pater tandem frustratus omni spe, quam de filio conceperat, quod scilicet relicturus esset Glycerium, nunc uehementer dolet ac indignatur, & quia in ædibus amicæ Dauus prædixerat esse Pamphilum, statim accedit perturbatus ad fores pater, magno clamore filium reuocans, quem durißime obiurgat, quod contra omnem honestatem studeat retinere peregrinam. Vrget itaq; in tota accusatione imprudentiam & inobedientiam, propter quas causas omnino statuit se uelle relinquere filium. Aduersus hanc duram obiurgationem patris filius modesto ingenio præditus, responsione utitur modestißima. Primum confitetur crimen. Postea illud excusat translatione in amorem. Postremo se totum tradit patris uoluntati, cuius autoritatem posthac nulla in re detrectare uelit, simul etiam patrem orat, ut Crito hospes audiatur. Nam illum putat admodum profuturum suæ causæ.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D: ANDREAE MISEni, in Act. V. Scenam III.

Confidentiam) .i. audaciam, turstigkeit, vnd grosse vormessenheit, das emer allezeit auff seiner meinung bleibet, vnd lest sich daruon nicht abdringen. Confidentia hic sumitur non in bonam, sed malam partem.

Impotenti est animo) q.d. adeo uario, temerario, immodesto, insolenti animo. Inde dicuntur impotentes uoces apud Suetonium in Cæsare, freche vnd vnuorschemte rede, immodesti sermones, præferoces, temerarij, insolentes. Sueton: in Cæsare Cap: 77. Nec minoris impotentiæ uoces pro palam edebat. Liuius lib: 9. Deca: 3. In multo impotentiorem rabiem accensi. Item, Pleminius impotens iræ. Infra in Heau: Ego te autem noui, quam esse soleas impotens, vngehalten.

Cur me excrutio, cur me macero, cur meam senectutem sollicito) Exemplum copiæ. Idem enim singula, uerba significant. Supra quoq; usus est uerbo, Macero, Noli te macerare, h.e. noli te affligere, noli te conficere curis.

Liberi inuenti) Gell: lib: 2. Cap: 13. & ff. de uerborum & rerum significatione, Caius Iurisconsultus. Non est sine liberis, cui uel unicus filius, unaue filia est. Liberi pluraliter tantum filios significat, kinder. Fit autem nonnunquam, ut de uno tantum puero dicatur sic hic usus est Terentius de uno filio, quem susceperat Pamphilus ex Glycerio.

SCHOLIA

SCHOLIA quæ explicant Textum

Act. V. Scenæ III.

Age) uox clamantis cum magno stomacho & indignatione. Exi) Mandantis. Ecquid) significat breuiter, quare tantopere doleat & indignetur. Te) .i. quem tam liberaliter institui. Est emphasis. Pudet) .i. esse apud meretricem. Quis) sunt uerba perterrefacti & consternati adolescentis, qui uenit ex ædibus Glycerij. Vult) .i. uocat. Perij) Est exclamatio dolentis. Pater) Ratio, quare periit, q. d. ergo debeo uereri illum. Ἄμωϛ. significat illis uerbis, non licere aliquid aduersus patrem admittere & est Enthymema. Omnium) .i. impurissime, scelestissime, pessime. Apostopesis est. Nam cum aliquis uult suam iram euomere, non potest omnia uerba effundere, & uehementia iræ non permittit. Quid ais) Est initium irati patris. Non est autem interrogatio, sed uerba inuehentis, qui præ nimia iracundia uerba, quæ in animo habebat, non poterat efferre. Quis) Interrogantis cum magna trepidatione. Pater est, Ergo debeo timere illum. Ah) Dehortantis cum quadam obiurgatione. Chremes ideo adhibetur, ut sit moderator istorum affectuum. Rem) id est, causam, &was der handel ist. Dic) gib jm nicht so vnnütze &wort. Male) .i. Res dicendo omissis quod non pertinet ad causam. Chremes nunc admonet parentem sui officij, quod non sic debeat inuehere conuicijs in filium. Locus communis est, rem dicendam esse simpliciter omissis conuicijs. Rem potius ipsam dic) ô aureum præceptum. Vtinam hæc discerent uel ab

Ethnico homines Christiani, rem potius ipsam dicendam esse, missis conuicijs atq; maledictis, absq; morsu, siue ulla famæ alienæ detractione. Exemplum hinc capiant, qui grauibus, seriisq; in rebus, adeoq; in negocio Euangelico uersantur, dicatur simpliciter res ipsa, conuicia mittantur. Mitte) .i. dimitte, cessa, höre auff zu schelden. Quasi) pater enim acceßit ad filium, tanquam uerberabundus. Igitur Chremes utitur istis uerbis. Quasi) scilicet adhortaris, ut desinam male loqui. Grauius) id est quam ipsa res sit, uel, quam quod facit, q. d. nihil potest confingi, aut excogitari, quod exæquet illius scelera. Item, peccatum est longo maius, quam sunt obiurgationes. Est expostulatio impudentiæ ac maliciæ, & est causa, quare illi maledicat, signumq; iracundiæ præ se fert, h. e. ego non possum excogitare uerba, quæ essent digna malicia, & est apostrophe ad filium. Grauius) herter. Est propositio, in qua reprehendit filium suæ maliciæ & impudentiæ.

Ain') q. d. audes hoc affirmare, quo ore, aut impudentia. Loquitur autem per interrogationem. ἄΜως. Expostulat cum filio, & propter mendacium imprimis obiurgat. Tandem) Non est tam interrogantis, quam indignantis. Ita) Pamphilus humanissime respondet, Ego (inquit) non affirmo, sed ab alijs audiui. ἄΜως. Vtitur satis modesta responsione, Nihil uult affirmare, sed relinquit tanquam incerta, & in alios culpam reijcit. Ita prædicant) Repetit eandem dictionem per Mimesin, propter iracundiam, & in

& incipit iam adducere argumenta, quibus probat filium non habere officia, quæ decent adolescentem. Primum dicit, quod non pœniteat, non timeat, neq; pudeat & quod contemserit consuetudinem legum, imperiumq; patris, & est accusatio. O ingentem) Generalis exclamatio & obiurgatio, in qua colligit á signis, quod cum amiserit pudorem, etiam omnes uirtutes amiserit. Ingentem) .i. qualem adhuc nunquam uidi, neq; comperi. Confidentiam) .i. audaciam, quæ habet adiunctam improbitatem. Sumitur confidentia hoc loco in malam partem. Nnnc cogitat) Ad Chremetem sermonem uertit.

Cogitat) Est argumentum, quo probat filium omnino amentem esse, quia est amator. Dicat) .i. respondeat, q. d. Temerarius est in sermone. Adolescentes autem non debent esse temerarij in sermone. Piget) .i. num respipiscit, es ist jhm nicht leid, es gerewet jn auch nicht. Quia adolescentes plerumq; errant, & multum quidem. Vide) ἀπηλλαγμένον. Argumentatur, á signo, quod sit impudens, q. d. Nihil erubescit. Pudore affecti rubore suffunduntur, cuius causam reddit Macrobius 7. Saturnal. Signum) Rubor in pueri, cum obiurgatur, uultu ingenui cuiusdam ac liberalis pudoris est signum, ut peßimæ contra indolis indicium non erubescere, Propterea Mitio Terentianus in Adelphis, Erubuit, inquit, salua res est. In hanc sententiam multa in Epistolis Seneca. D. Hieronymus in Comment. in Ezechielem. Rubor uultus (inquit) pudoris indicium est, & conscientia peccatorum lucet

in facie, spesq; salutis est, quando delictum sequitur uerecundia. Vnde ad eam, quæ corde duro in suis peccatis gloriabatur, dictum est, facies meretricis facta est tibi, nescis erubescere. Plautus in Bachid: Nam ego inquit, illum periisse duco, cui quidem periit pudor. Cato senior ijs se iuuenibus magis dicebat delectari, qui erubescerent, quam qui pallescerent. Autor Plutarch: in Apoph: Diogenes adolescentem rubore perfusum uidens, Confide (inquit) fili huiusmodi est uirtutis color. Diogenes Laertius lib: 6.

Adeon' impotenti) .i. decet esse filium meum, vorzweyffelter böser mensch. Sunt capita accusationis. Primum, quod non seruauerit consuetudinem. Secundum, quod fecerit contra leges. Tertium, quod contra uoluntatem patris duxerit uxorem. Adeon') Exclamatio per incrementum. Impotenti) Impotentes appellamus, qui animo suo non temperant, sed quicquid libuerit, id pertinaciter urgent, quo quidem modo hic accipitur impotens animus, qui sibi imperare & ingenio moderari suo nequit. Vide autem, ut exaggeret, amplificetq; Pamphili admissum, cum ait, Cupiat hanc habere cum summo probro, præter ciuium morem, atq; legem, & sui uoluntatem patris. Præter ciuium morem, qui agit, stulte profecto facit, qui contra sui uoluntatem patris, non modo stulte, sed & impie, siquidem Deus parentibus filios obedire iussit. Atq; utinam in contrahendo matrimonio filij uoluntati patrum parerent, melius profecto cum rebus ageretur humanis & aut ego fallor, aut multo sane auspicatius,

catius, felicius q; parentum autoritate, ut olim, ita nunc quoq; coirent coniugio. Eleganter apud Plautum in Trinumno filium admonet Philto senex, ut suis semper obtemperet monitis, quæq; præceperit, agat, neq; committat unquam, ut quid præter sui uoluntatem patris faciat, aut animo obsequatur suo, subijcitq; statim præclaram hanc sententiam omnibus adolescentulis memori usq; mente tenendam. Qui homo, inquit, cum animo inde ab ineunte ætate depugnat suo. Vtrum ita id me esse maelit, ut eum animus æquum censeat, An ita potius, ut parentes cum esse, & cognati uelint, si animus hominem perpulit, actum est, si animo seruiunt, non sibi. Si ipse animum perpulit, dum uiuit, uictor uictorum cluet, Tu si animum uicisti potius, quam animus te est, quod gaudeas, Nimio satius tui, opus est, te ita esse, quam ut animo lubet, Qui animum uincunt, quam quos animus, semper probiores cluent.

Impotens) Iach, frech, qui non moderatur affectus suos. Præter) .i. contra. Morem] lendlich sitten. Mos est consuetudo. h.e. ius non scriptum. Lex autem est ius scriptum. Athenienses habuerunt honestißimas leges. Hanc) .i. Glycerium peregrinam. Dixit inuidiose. Legem) σωφρονισμὸς. Est autem elegantißime figurata oratio heteroſi personæ, & multis interrogationibus, quæ reddunt orationem concitatiorem. Vide simile exemplum apud Virg: 4 Aen: In oratione Didonis ad Aeneam, Num fletu ingemuit nostro, &c. Summo) .i. totius familiæ. Ci-

uium) &wider das ſtat recht. Me miſerum) Vox deſperantis,& ſumit initium defenſionis á deploratione calamitatis. ἀπόρως. Pamphilus audiens ſe accuſari,ideo incipit ſuam calamitatem deplorare. Senſiſti) .i. te eſſe miſerum. Eſt reprehenſio per comprobationem reijciens culpam in filij ſtultitiam. Demum)in hoc uerbo eſt prouerbium. Pamphile) Eſt uox compellantis, & utitur paterna obiurgatione. Olim) .i.debuiſſes hoc antea cogitare. Iſtuc) .i. uerbum te eſſe miſerum. Sero ſapiunt Phryges,&, malo accepto,iuxta prouerbium ſtultus ſapit. Olim).i. indicat te eſſe miſerum. q.d. Hoc non eſt ſapere,ſtultiſic malo accepto ſapiunt. Olim].i.ſenſiſſe debuiſſes. Aliquo) .i. quocunq; modo. Induxti) .i. cum hoc propoſueras. Cum ita) Allegat,quod antea dixit, Eſſe impotenti animo. Efficiundum) .i.contra uoluntatem patris.Accidit)Amplificatio á circumſtantia temporis.

Sed quid ego) Correctio per præciſionem .i. pluribus obiurgo te. Ego) .i. ſumo hanc operam,aut facio. Seipſum reprehendit. Excrucio).i.cogitationibus. Macero) Iſtis uerbis ſignificat ſe abijcere curam patris, & non uelle cognoſcere filium eſſe,& ſic præ nimia indignatione filij curam abijcit. Huius .i.filij. Sollicito) .i. reddo ſollicitum,krencke ich mich. Reiectio cum uehementiſſima obiurgatione, quaſi abdicantis ſe cura paterna. An) Argumentum ab abſurdo. Senectutem) .i. quæ per ſe morbus eſt. Peccatis] Solt ich mich zu tode darumb hermen.

Sufferam)

Sufferam) .i.patiar. Ego).i. pater existens. Imo) Concessio amara. Præ nimia enim iracundia non uult nominare Glycerium, & dicit hæc ad Chremetem. Valeat)q.d. Non habebo pro filio. Habeat] .i. meretricem, quam cupit. Mi pater) Iam sequitur deprecatio seu petitio & uocabulo blandissimo patris uult permouere & habere patrem placatum sibi. Mi) Verbum rogantis ueniam. Quid mi) .i. loqui audes. Pergit pater esse admodum durus. q.d. si pro patre me haberes hoc non fecisses. Huius] Se ipsum ostendit. Domus).i. familia est inuenta. Sermocinatio. Liberi).i. sunt. Inuidiose hoc dicit. Adducti) .i. constituti sunt, ut Crito. Inuito) .i. me inscio. Ridet quasi eius stultitiam. Adducti) Dicit de mendacio, & inuidiose utitur plurali numero. Ciuem) .i. non meretricem. Viceris] Vox illudentis. ἄμως. Concedentis uox est, & ironia per irrisionem. Ich meine ja du hast es wol ausgericht. Congeries uiciorum seu criminum, quæ omnia fatetur uno excepto, nempe, á se subornatum credi Critonem, qui testetur Glycerium esse ciuem.

Pater] Pamphilus audit uehementer commoueri senem. Igitur petit ueniam loquendi. Pauca).i. loqui. Pamphilus repetit illam uocem humanissimam & blandissimam. Quid] .i. ego non audio. Negantis est. Quid] .i. cur. Ratio, Quare non uult audire filium. Quid dices) q.d. Scio, quod nihil potes proferre, quod esset dignum auditu. Audiam) .i. tam inobedientem filium. Attamen] Chremes fit intercessor

terceſſor pro Pamphilo. Age) Non animo benetolo, ſed cum ſtomacho permittit. Ego) Defenſio continet tres locos. Primo confeßionem. Secundo translationem in amorem. Tertio ſe totum tradit uoluntati patris. ἄμωμος. Eſt pulcerrima deprecatio á confeßione amoris, & amatores non debent tam inhumaniter tractari. Ego, inquit, me confiteor peccaſſe, tamen talem me geram, uti æquum eſt. Fateor) Confeßio eſt. Eſt enim purgatio Pamphili, quam orditur á confeßione criminis, & errori ſuo ueniam petit, ſimul etiam purgat ſuſpicionem de adducto hoſpite. Hanc] .i. Glycerium. Peccare) .i. amare. Fateor) q.d. non repugnabo. Si id) Translatio in amorem. Peccare) .i. amare. Tibi] Loquitur ex affectibus adoleſcentulorum. Ipſi enim non exiſtimant peccatum eſſe, quod parentibus inobedientes ſe præbeant. Nunc poſt illam confeßionem dicit ſe totum uelle parenti tradere. Dedo) ʒu gnad vnd vngnade. Impera) Ipſe oſtendit promtißimam uoluntatem.

Ego fateor) Elegans Pamphili oratio, quæ facile declarat, cuiuſmodi ſit ingenio præditus, nimirum pio, humanoq; ſiquidem & patri concedit, & ira percitum blandis, commodisq; uerbis delimire ac placare conatur, non quod ſolent permulti, magis etiam exaſperare. Recte Salomon, Mollis reſponſio mitigat iram, Sermo autem aſper iram prouocat. Imitentur hic pueri Pamphilum, ubi deliquerint, agnoſcant ingenue erratum ſuum, ueniam orent, uitæ in melius commutationem, emendationemq; in poſterum polliceantur, parentibus

rentibus sese dedant. Hæc uel Christianum deceant, nedum Ethnicum, cuiusmodi fuit Pamphilus, ut interim fingamus rem à Terentio ueram describi, ac non fabulam agi, Tametsi hæc conficta sunt à Poëta, ut effictos nostros mores in alienis personis, expressamque quid sit imaginem uitæ quotidianæ uideamus, Sicuti ait pro Roscio Amerino Cicero. Est enim Comœdia speculum uitæ humanæ, atq; ob id leguntur Comœdiæ, ut uitam inde nostram emendemus, mores corrigamus. Hinc quid in uita sit utile ac sequendum, quid rursus inutile, fugiendumq;, quid recte secusue fiat, discimus. In Comœdia ὥσπερ ἐν πινακίῳ, mores hominum, uitaq; contemplanda proponuntur adolescentum, seruorumq; uitia graphice depinguntur, meretricum æstutiæ aperiuntur, noxiæ uoluptates, turpes illecebræ, amantium amentia ab oculos ponuntur, idq; uti bonæ indolis adolescentes ab meretricum amoribus abhorreant, ad uirtutem exemplis pulcerrimis extimulentur, & saluberrimis monitis inflammentur, breuiter ex aliis, sibi quid utile, honestumq; sit discant, sed de hoc alias prolixius atq; opportunius. Comœdia

Vxorem) .i. filiam Chremetis. Hanc) .i. Glycerium. Vt potero feram) Hæc sunt uerba ingemiscentis. Recte autem ait Pamphilus, ut potero. Repentina autem mutatione nihil est difficilius, & non facile exuitur, quod iam uelut in habitum, consuetudinemq;, quam ἕξιν Græci uocant, abijt. Fuit autem liber ante hac, suiq; plane iuris confestim, ut ex Ephebis excesserit Pamphilus, suo iam inde modo, suoq; semper uixit Consilium comicorum.

uixit arbitratu, & uixit, qui cum maxime uoluit, quic-quid animo collibitum fuit suo fecit. Nunc uero cen in seruitutem aliquam redacto, amisso libertate illa pristina, alieno sibi more uiuendum, propediem intel-ligit, statim quidem, atque uxorem duxerit. Quam id autem & durum sit, & acerbum homini præsertim adolescenti, atque amanti, prorsusq; ab re uxoria abhorrenti, de se facile quiuis fecerit coniecturam. Præterea Glycerium nunc ei deserenda est, quam unice ipse adamat, miserecq; nimis & efflictim dese-rit, quæ suum ei animum, atque omnem uitam credi-dit, quæ ipsum solum semper fecit maximi, morige-raque fuit in rebus omnibus, quam sibi expetiuit, cuius ad suum ingenium quadrant mores, quam ante per omnes adiurauit Deos nunquam se deser-turum nec si capiundos sibi etiam sciat inimicos omnes homines, Breuiter, quæ ipsum pulcra iam pro-le parentem fecit, & unde scitus ei puer natus est. Hanc igitur cum deserendam sibi esse iam uideat, cum ab hac sese repente auellere, qua cum tantum consue-uit tempus, quamq; animo egregie caram pro uxo-re habuit, cogatur, recte sane, meritoq; ut potero (in-quit] feram, præsertim cum ducere cogatur inuitus, quam non satis ex animo amet, cuius a coniugio pla-ne abhorreat, cuius deniq; nuptias quoquo pacto effu-gere cupiat.

Hoc modo) Altera defensio, nempe, confuta-tio suspicionis de aduentu hospitis. Vt ne) .i. non. Hunc) .i. Critonem. Sine) .i. pater. Alligatum) .i. sub-

.i.subornatum, submissum, adhibitum. hergefertiget, da er sey von mir her bestalt worden, ne credas à me esse subornatum, qui falso comprobet in meam gratiam Glycerium esse ciuem Atticam. Supra sic, Adducti, qui illam ciuem hinc dicant: Sine) Repetitio purgationis. Expurgem) .i.de hospite. Coram) .i.quo mihi fidem habeas. Adducas) .i.illum inimicissimum. Est uerbum senis maxime commoti. Pater) petitio.i.permitte, ut senem adducam. Postulat].i.filius. Veniam] .i.concede. Siue] Iteratio petitionis. Sino).i.hoc illi concedo. Vertit sermonem ad Chremetem. Vis) .i. fieri. Falli) .i. quod me non uelit habere pro parente. Comperiar] obserua uerbum comperior in uoce deponentali. Nam in utraque terminatione Latini utuntur, comperio & comperior. Pro peccato] q.d. pater non debet omnia summo iure agere. Chremes uehementer laudat hanc sententiam patris, & addit in Epilogo Noëma. q.d. pater debet cogitare de salute sui filij. Supplicij) .i. ipsa accusatio. Chremes nunc pulcerrima sententia concludit, paululum (inquit) supplicij satis est patri pro peccato magno. At nos nihil plane supplicij sumimus de filijs delinquentibus, sed quorumlibet eis quamlibet grauium delictorum gratiam facimus. Atque hinc procul dubio ira Dei in nos sæuit, sicut & in Heli, quod cum sciret suos filios mala perpetrare multa, non castigat eosdem, de quo lib. 1.Sam.2.

Filij castigandi.

ARGV-

ARGVMENTVM IOAN: STIG: IN ACT: V. SCEN: IIII.

Mitte orare, &c.

In hac Scena congressu Simonis & Critonis expeditur è turbis fabula, & conuertitur ad Catastrophen. Probat enim Simoni Crito, Glycerium esse ciuem Atticam. Duæ autem uirtutes obseruandæ sunt in Critone, animi moderatio, & amor ueritatis. Tametsi enim à Simone inciuiliter ac ignominiose excipitur, Tamen ut homo prudens sibi ab iracundia & conuicijs temperat, ut homo grauis rem ipsam simpliciter ac integre pronunciat. Eius exemplo discant pueri & moderari animi impetum, & amplecti ueritatis studium. Summum enim ornamentum est adolescentiæ modestia ac animi moderatio, quæ mentes nostras impotentiæ & temeritatis incursu transuersas ferri non patitur. Ideoq; reprehensionis morsu uacua & laudis quæstu est opulentißima, ut Valerius Maximus inquit, ueritate uero ad conseruandam inter homines ciuilem societatem uix quicquam magis est conducibile.

ALIVD Ambrosij.

Pamphilus à patre satis duriter tractatus cum impetrasset, ut hospitem coram adduceret, lætior discedit existimans aliquid boni futurum, si ipse hospes audiatur. Proinde priusquam Critonem adducat, diligentißime eum rogat, ut quod constituit agere de Glycerio, id primum in præsentia senum perficiat, qui

qui tantum persuasi sine omni dubio probaturi sunt nuptias, atq; hac petitione adolescentis motus Crito causam de Glycerio serio proponit, quam certis argumentis ostendit Chremetis esse filiam. Sed huius orationem Simo omnino audire recusat inuehens in bonum hospitem acerrime, sed tandem fit mitior admonitione Chremetis, & omnia persuadetur. Ita casu quodam aduentus hospitis nuncium omnibus gratum attulit. Porrò Pamphilus iam liberatus omnibus periculis, sollicitus est de salute Daui, qui ut particeps fiat tanti gaudij, exorat patrem, ut quam primum ex uinculis liber dimittatur.

ALIVD EIVSDEM.

Habet hæc scena lætissimam Catastrophen huius fabulæ quæ ostendit, ex quam periculoso casu euaserit Pamphilus. Veniens enim Crito ex Andria docet Glycerium ciuem esse Atticam, & filiam Chremetis. Principio autem pater Pamphili admodum offensus aduentu hospitis eum indignissime tractat, nec dignum iudicat, qui audiatur. Obiurgat etiam hominem satis inclementer, tamen ad extremum persuasus hunc esse uirum honestum, neq; quicquam mentitum, humanissime dimittit hospitem. Porrò est & huius Scenæ prima pars generis iudicialis. Continet enim accusationem Critonis, tum quod mendacium loquatur, tum quod studiose ueniat ad disturbandas nuptias. Argumentum sumitur ex tempore, quod attemperate uenerit in ipso nuptiarum articulo. Defensio Critonis nascitur primo ex testimonio Chremetis. Deinde ex

narratione rei gestæ, quæ & partem fabulæ continet & tam dulcis & perspicua est, ut Chremes ultro consentiat, atq; cognoscat Glycerium suam filiam esse. AD TEXTVM. Hæc scena continet Catastrophen. Omnis enim error fabulæ per Critonem, qui casu intervenit, aperitur, periculum discutitur, & sedantur turbæ.

ALIVD Riuij.

Gratuito & non grauate officium esse præstandum, ac veritatem rebus omnibus anteponendam hæc docet scena.

ALIVD ἄλλο.

Continet hæc scena descriptionem ultimæ partis in hac Comœdia, in qua illud præceptum docetur, quod sæpe ita accidat, ut subitus aliquis casus dubijs rebus opem afferat, utpote qui interdum plus valeat etiam, quam oratio. Ostendit autem hospes Crito pluribus, quod omnibus est nuncium gratissimum, Glycerium esse filiam Chremetis. Ita ex omni periculo, in quo erat Pamphilus, liberatur, adeoq; omnis error totius fabulæ aperitur. Porrò continet hæc scena duas partes. Prima est accusatio Simonis aduersus hospitem, quem durissimis verbis tractat. Altera vero habet defensionem. Hic plurimum valet testimonium Chremetis, & perspicua hospitis narratio rei gestæ, atq; hoc modo hospes etiam, qui erat in magna suspicione, ostenditur vir bonus esse & verax, quæ dixit de puella.

ANNO-

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D: ANDREAE MISENI, in Act. V. Scenam IIII.

Imperitos rerum) pro decoro tribuit adolescentibus imperitiam rerum. Sic infra in Eu: stultum adolescentulum flagicijs nobilitas. In Heau: Pater Chremes sic incusat filium Clitiphonem, Tibi prospexi & stultitiæ tuæ, ubi te uidi animo esse omisso, & suauia in præsentia quæ essent prima habere, neq; consulere in longitudinem. Huc refer præcepta Horatij in arte Poëtica de decoro in descriptione adolescentum obseruando, Imberbis iuuenis &c. Et Cicero pro A. Cluentio, Animum adolescentis nondum concilio & ratione firmatum, pellexit ijs omnibus rebus, quibus illa ætas capi & deliniri potest. Marius ad Cicero: lib: 11. Epist: 27. Cum etiam errare cum excusatione possem. Et in Adelph: Tu illum tuum, si homo esses, sineres 'nunc facere, dum per ætatem licet, potius quam tibi te expectatum eiecisset foras, alieniore ætate post faceret tamen. Adeon' indignum tibi uidetur, filius homo adolescentulus si habet amicam. Item infra in Hecy: adolescens mulier si fecit, mirandum ne id est.

Lactas) .i. seducis, blanditijs attrahis, schmirest jnen das maul. Verbum, Lacto, supra est, Nisi me lactasses amantem. Sollicito autem hic aliquid aliud significat, quam paulo ante significabat. Significat enim ad persuadendum instare, promißionibus uel minis ad aliquid faciendum ambire, einem etwas anmu-

ten, ut adolescentes sollicitant puellas. Turca Viennam sæpius ad defectionem sollicitauit, der Türck hat denen von Wien offt hart angelegen, das sie solten abfallen.

Meretricios amores nuptijs conglutinas) h. e. per fraudem eò præcipitas adolescentes, ut meretrices, quas amant, & cum quibus consueuerunt, tandem ducant uxores. Est autem elegans metaphora in uerbo, conglutino, quod significat, zusamen leymen.

Si mihi pergit, quæ vult, dicere) Simile huic est etiam, Qui quæ uult dicit, quæ non uult audiet. Item, Benedictus si certasses, audisses bene. Supra in Prologo, ut quiescant porrò moneo & desinant maledicere, malefacta ne noscant sua. Ita apparet Terentium delectatum fuisse hac sententia.

Obturbat) Er macht mich jrre, Er fellet mir in die red. Obturbare enim est loquentem impedire interloquendo. Infra in Heau: Act. 4. Scen: 3. Siccine mihi interloquere.

At mihi vnus scrupulus restat) q. d. adhuc unum est, quod me ualde torquet. Prouerbium est de re ancipiti, quæ animum torqueat, quæ faciat animum hæsitare. Sic est illud quoq; apud Teren: in Adelph: Iniecit scrupulum homini, h. e. reddidi dubium, feci ut nutet, Ich habe jhnen zweiffelhafftig gemacht. Est autem scrupulus lapillus, qui si in calceum uiatori incidat, mirabiliter torquet & gressum moratur, ein klein steinlein, das einem in den schuch felt.

Cum tua religione) Religio proprie significat

ficat immodicum metum, aut curam. Inde religiosus, qui præter modum & neceßitatem superstitiose timidus est. Vide Gell: lib: 4. Cap: 9. Infra in Heau: Nam nihil esse mihi religio est dicere. Inde religionem uocauerunt Romani cultum Deorum, qui metu malorum, aut Pœnarum in homines incesserat. Recte enim Statius, primus in orbe Deos fecit timor. Atq; hoc est, quod Mysis ait, unde istæc noua nunc religio in te inceßit. Sic usus est Cice: lib: 1. Ep: 1. Senatus religionis calumniam. Idem Cicero, in perfecto oratore pro timore usus est uocabulo, Religio, Hac ego religione, inquit, non sum ab hoc conatu repulsus.

Nodum in scirpo quæris) Prouerbialis figura est, q. d. torques te anxie in re plana, & perspicua, hæsitas in re manifesta, ubi nihil est, quod possis dubitare, du zweiffelst, da nicht zu zweiffeln ist.

Ex ipsa millies audiui) Latini habent in more, ut certo numero utantur pro numero incerto. Ita hic dicit, millies, h. e. aliquoties, sæpe. Sic in Eu: plus millies audiui. Item, sexcenta sunt, si memorem. Item in Heau: Nisi idem dictum sit centies. Germani idem faciunt, Ich habs wol tausent mahl gehöret, Item, hundert mahl, h. e. sæpe. Bembus miliens legit uetuste cuius hæc uerba sunt, Illud mihi mirum admodum uideri solet, quod quam literam abijciebant multis in uerbis ueteres homines ad gratiam, eandem in multis addebant, ut, miliens & in Phorm: Centiens thensaurus, formosiorem &c. In Adelphis enim dicit indiliges pro indiligens &c.

Reduxit me in gratiam) h. e. Reconciliauit me tibi, conciliauit pacem inter nos, fecit ut tibi bene uelim, hat mich mit dir eins gemacht. Eodem modo dixit Cicero de Prouin. Consula. Qui me cum illo in patriam reducat. Infra in Hecyr: Restituere in gratiam, formula latina est. Item, Reconciliauit resp: quæ alienerat.

Dos est decem talenta) Talentum Atticum magna uis pecuniæ fuit. Illi autem, qui exactißimam ineunt rationem, putant, Talentum Atticum, quod plurimum ab historicis celebratur, ualere sexaginta libras seu minas, h. e. Sex millibus denariorum uel drachmarum, quæ sexagies denos coronatos ualent, h. e. Sexcentos. Ergo Talentum ualet sexcentos aureos. Decem Talenta, sex millia aureorum. Si autem Talentum ualet 600 Coronatos, & Coronatus ualeat aureum, & dimidium, Tunc summa esset 9000. aureorum.

SCHOLIA quæ explicant Textum Act. V. Scenæ. IIII.

Sequitur iam tertia pars fabulæ, scilicet, κατασροφὴ. Nam ex Chremetis & hospitis congressu palam fit Glycerium ciuem esse ipsius Chremetis filiam. ἄλλως. In hac Scena est ualde pulcrum exemplum propositum. Continet autem duas partes. In prima expostulat Simo cum Critone, Altera habet breuem descriptionem Pamphili. ἄλλως. Oratio Critonis hospitis, qui producitur se daturus, quicquid turbarum excitatum est. Vide autem, ut tribuat ei lenitatem & studium

studium ueritatis indagandæ &c. Mitte) .i. desinas. Illa est responsio hospitis, quia erat ab adolescente rogatus, ut quam diligentissime causam de Glycerio agat & disponat. Huic igitur hic respondet Crito, inquiens, Mitte orare, h. e. non est quod ores. Causa impulsiua. Orare) Respondet Pamphilo oranti, & est pollicitatio. Harum) .i. causarum. Ratio cur uelit, ut mittat orare. Faciam) .i. quid tu petis Vel) Disputatio causarum. Tu) .i. mones, ut faciam. Vel pronomen hoc loco habet uim ordinis. Verum) .i. iustum negocium. i. Glycerium esse ciuem. Breuiter significat etiam, cum sit bona res, se habere opus multis Pharmacis. Vel) .i. Postremo. Cupio) .i. propter defunctam Chrysidem. Cupio) .i. bene, ich bin jhr günstig, ich günne jhr guts. Andrium) Occasio ad futurum colloquium, & sunt Dialogica. Critonem) Pulcre confinxit Poëta, quod tam statim agnoscit Chremes Critonem, idq; facit, ut tota res facilius & maiore fide aperiatur. Certe) q. d. Nullum dubium est. Saluos) Salutatio est. Quid) Est interrogatio uice resalutationis post admirationem. Insolens) .i. inconsuetus, insolitus, rarus, du bist ein seltzamer vnd vngewönlicher gast zu Athen, Quod non fueris aut raro Athenis. Inde est insolentia. Athenis) .i. ades, uenis. Euenit) .i. singulari quodam casu euenit huc mihi iter. Ad uitanda conuicia tacet causam itineris.

Hiccine) Alterum initium colloquij. Interogat enim de patre adolescentis, cuius causa ipsi uenit. Hic est) Occupatio, qua beneuolentiam captat, subornatus

ne est. Men') Vox dura, qua alloquitur hospitem. ἀλλ λως. Sunt uerba commoti senis, & sequitur nunc caput expostulationis. Eho) indignantis est. Ciuem) i. Athenien sem. Concertatio senis cum hospite. Negas) .i. homo perditus. Responsio per Ironiam, i. negas Glycerium esse ciuem. Paratus) .i. subornatus, antea instructus accepta pecunia, ex composito es missus, quod debes probare hanc esse ciuem Atticam. Paratus) .i. allegatus, bestellet. Quare) .i. paratus aduenirem. Tun') Expostulatio, & quod antea breuibus dixit, iam alijs & expressioribus uerbis exponit & addit ualde graues interminationes. Tun') .i. qui paratus aduenis. Facias) Comminantis. Impune) wie sol man dir das gestatten, oder sol man dir das schencken. Hic) .i. Athenis. Adolescentulos) Argumentum a facili. Imperitos rerum) vnerfahren, qui nullarum rerum habent usum. Vide comment: Budæi. de lingua Græca Colum: 1023. ἐυήθεια est stultitia, amentia, & impericia rerum. Appellant enim ἐυήθεις homines imperitos & deceptu faciles, ut hominem minime malum dicimus fraudi obuium & expositum. Lingua uero uernacula bonos uiros huiusmodi homines uocat. Cicero post Terrentium imperitos appellare solet, ut pro Domo sua, facultate oblata ad imperiorum animos incitandos. Terren: in And: Tune adolescentulos imperitos rerum, h. e. ἀπλοῦς καὶ ἀπείρους πῶν πραγμάτων. Demosth: 2. Olynth: ἐυρήσεις οὕτω προσαγορευομένην μὲν ἡμετέραν ἐυήθειαν, h. e. nostram simplicitatē einfel-

einfeltigkeit. Eductos] .i. à parentibus magno labore. Libere] .i. honeste. In fraudem) .i. ut facerent contra honestatem. Illicis) .i. allectas, attrahis, meścas, seducis, verfurest, jnen zum teil anhengest. Vnde dicimus, Illa res est tibi fraudi. Laceo est uerbum antiquum, h.e. traho, unde licium, ein faden. Sollicitando] .i. uerbis bonis, instando & urgendo. Pollicitando] Nunc exponit, quid significat, in fraudem illicere. Eorum] .i. adolescentulorum. Sanus] Sunt uerba hospitis commoti. q.d. Quia me ita duriter tractas, illa oratio non est hominis, qui est compos animi, sed insani.

Conglutinas) du bringest sie zusammen. q.d. Tu uis facere ex meretrice coniugem, Tu peior es lenone. Cicero lib: XI. Epist. XXVIII. Perij] Pamphilus audit magnam concertationem inter parentem & hospitem. Igitur sic loquitur, perij. ἄμως. Exclamantis propter magnum metum. Vt] .i. ne non. Substet) .i. ne succumbat, ut subsistat, das er bestehe, vnd könne sich verantworten, das er sich nicht lest abschrecken. Metuo] Sunt uerba timidi. q.d. metuo, ne nihil efficiat in causa. Hunc] .i. Critonem. Chremes iam describit Critonem, ut illi addat autoritatem. ἄμως. Chremes studet mitigare hanc acerbam expostulationem Simonis, & conuenienti amico responsione utitur. Ita] .i. esse. Simo] Compellantis. Arbitrere] .i. illum esse talem, qui uellet seducere adolescentes. q.d. non ita esses uehemens. Bonus] Vtitur summa commendatione personæ, qua non potest ul

la maior excogitari. Ein guter frommer man. Hic) .i. qui est tibi adeo suspectus. Hic vir) Ironice dictum. Simo autem confutat á signis, quod non sit bonus uir, Sit) Sol er ein frommer man sein? Senex pergit pro suo affectu maledicere, studens defendere suam opinionem de hospite, & confutat hanc ipsam commendationem quadam extenuatione. Itane) Addit de circumstantia temporis. Attemperare) .i. in ipso articulo, in tempore, oportune, deliberato animo, der zeit geremen. Vt) .i. quasi. Veniret) .i. potuisset uenire. In nuptijs] .i. in articulo nuptiarum. Huic] homini tam malo. Addit quod est maximum, quo probat non esse bonum uirum. Chreme) Communicatio. Huic) Emphasis. i. Qui uenit tantum, ut decipiat me.

Error quid faciat.

Itane attemperate) Hoc unum detrahit Critoni fidem, quod non ante, aut etiam statim post confectas iam nuptias, sed in ipsis nuptijs iam apparatis uenerit, quasi plane dedita opera, ac de composito á Pamphilo subornatus ita uenerit ad disturbandas nuptias. Fit autem non raro, ut quæ casu accidere, hoc ipso nihil prosint, aut suspecta etiam sint, quod credantur non casu, fortuitoq; euenisse, sed de industria facta esse. Quare hic prudenter, minimeq; præcipitanter agendum, ubi certum nondum scimus. Ni metuam) .i. nisi esset meus pater. Illa est pulcra descriptio adolescentis, qui ita agat, ne tamen patrem offendat, Vide pro: Ni pater esses. ἄμως. Pamphilus uehementer perturbatur. Quia nullum uidet finem obiurgationum.

gationum. Dicit autem pro decoro & uerecunde. Semper enim fingitur adolescens reuerens parentem. Illum).i.hospitem. Pro).i.de. Sycophanta) Appellatio ignominiosissima.q.d. Calumniator, ein vorlauffner, ein betrieger. Simo autem magis excandescit. Hem) Indignantis, & significat gestum quendam deliberantis. Sic Crito est).i.talis est natura.q.d.natura & illa, quæ in natura sunt, habent ueniam. Excusat etiam hic Simonem. Crito] Compellantis. Mitte).i. omitte irasci. Moribus consuetis hominum nonnunquam est indulgendum. Videat).i.Simo. Est expositio suæ indignitatis aduersus Simonem, & defendit Crito suum honorem grauissimis uerbis. Qui).i. qualis. Sicet] q.d. Non curo, etiamsi sit diues. Dicere).i.maledicens. Audiet).i.maledicta. Apud Plautum eadem est sententia, si contumeliam dices, audies.

Quæ non vult audiet) Id plerumq; usu uenire solet, ut qui quæ uult dicit, quæ non uult audiat uicissim, ut salutabis, aiunt, ita resalutaberis, & ut tua fuerit oratio, ita tibi respondebitur. Ein guter grus findet ein gute antwort. Hesiod. εἰ δὲ κακοὺτ' εἴποις, τάχακ' αὐτος μεῖζον ἀκούσαις, fors male dicenti dicentur plurima uicissim. Salomon. Dat pœnas (inquit) stultiloquentiæ os futile. Eurip: ἀχαλίνων στομάτων τέλος δυστυχία. Ego) Conuertit se ad Simonem & ab excusatione suæ innocentiæ orditur. Moueo).i. perturbo. Istæc).i.res aut nuptias. q. d. Vestra commoda perturbo. Bembus

Qui male dicit, male uicissim audiet.

bus istuc, & feras legit. Curo) .i. quæ perturbant te de tuo filio, gehet mich auch an. Non] Noêma, Tuum] .i. proprium. Malum) .i. amorem filij. q. d. Quid ad me spectat, quod tuus filius amet, Sol ich es entgelten. Tuum] .i. propter filium de nuptijs. Nam] Argumentum magnæ fiduciæ & innocentiæ. ἄ Μως. Narratio, qua uult probare se uerum dixisse, & Glycerium esse ciuem Atticam. Vera] .i. sint. Est Ellipsis. Audieris] .i. audies. audire posis. Potentialis modus. Sciri] .i. me esse nihil mentitum. Formula fiduciæ. Potest] .i. ab ipso tempore. Atticus] .i. senex. Narratio hospitis. Ideo autem instituit eam, quia habet Simonem male cupidum. Vult itaq; adducere argumenta ad ea probanda & affirmanda, quæ de Glycerio dixit. ἄ Μως. Narratio quæ continet κατασκοφήν, & habet duos principales locos. Primus est perspicuitas. Alter, quanta uis sit, aliquem dilucide narrare. Andrum] .i. factum est naufragium. das schiff war vntergangen. Istæc] .i. iecta ad litus, ne periret cum alijs. Virgo] .i. Glycerium. Egens] .i. mercator. Tum] .i. propter naufragium. Applicat se] keret ein. Primum] .i. perspexit humanitatem ciuis.

Fabulam inceptat] .i. tuum est mendacium. Es laut lügerlich. Simo confutat quadam irrisione hanc partem narrationis uel orationis. Chremes est intercessor. Fabulam] Vehemens nimis est Simo, cum obturbat, & sermonem Critonis interrumpit, quod quidem hominis est inciuilis & inurbani ac

Inciuile est sermonem alteri interrumpere.

ni ac rustici. Audiendum enim est primum, deinde iudicandum. Non statim in ipso orationis alienæ ingressu obturbandum, propterea recte Chremes, sine, inquit. i. ut dicat. Itane] Iracentis uox est. Obturbat] q. d. Est ne hoc officium boni ciuis. Obturbat]. i. obruit, ueritatem euertit, obstrepit Simo. Sol er mir in meine rede fallen. Perge]. i. loqui, Ad Critonem dicit. Is]. i. Pater Chrysidis. Eum]. i. Mercatorem. Recitat non tantum uerisimiliter, sed ostendit rem esse uerisimam. Ex illo]. i. hospite uel mercatore, qui fecerat naufragium. Ibi). i. in Andro. Is]. i. Atticus. Eius]. i. mercatoris. Nomen]. i. dicas, Chremes iam aliquo modo intelligit. Nomen]. i. uis dicam. Nomen statim non occurrit. Igitur utitur interrogatione per admirationem. Tibi] Non est negantis, sed quod non libenter nominat. Phania] Hæc secum loquitur, non ad Chremetem. Hem perij]. i. Quid est futurum. Statim suspicatur fuisse suum fratrem. Non dolet quod non libenter audiret de fratre, sed ideo dolet, quia audit eum esse mortuum. Hem] Ingemiscentis interiectio. Phaniam]. i. Mercatorem. Scio. i. etiamsi erro in nomine.

Rhamnusium]. i. ex Rhamno, pago Attico, Rhamnus parua, illustris tamen, quod in ea fanum est Amphiarai, & Phidiaca Nemesis. Pompo: Mela: lib: 2. C. 3. Plin: lib. 27. O Iuppiter] Exclamatio rei inauditæ per admirationem. Quia incipit mirari, quod tandem audiat de fratre. Eadem] Secunda confirmatio.

Primo enim de unius personæ, nunc de pluri-
marum personarum testimonio dicit & est argumen-
tum ἄτεχνον, non τεμμήριον. Hæc) .i. quæ dixit
de Attico. Audiuere] ut ubiq; sollicitus est Crito,
ne uideatur falsa dixisse, aut finxisse quicquam, ut u-
biq;, inquam, boni ominis habet rationem, propte-
rea ait. Idem non se solum, sed & permultos alios in
Andro tum audiuisse, ut si ipsi parum habeant fidei, ex
alijs requirere rem, & explorare queant, atq; ita post
argumenta oratorum more testes etiam adducere pa-
ratus est. Hæc] facit sibi fidem á testimonio. Vti-
nam) optantis, & secum loquitur. Spero) .i. bune
meum fratrem esse. Eho] .i. ille, á quo hospitio erat
acceptus Phania. Eam) .i. filiam. Suam) .i. filiam.
Aiebat) .i. illam puellam. Cuiam) von wannen ist
sie. i. dicebat filiam esse. Certe] Hæc secum loquitur.
Mea) .i. hinc colligo hanc meam esse filiam. Est uox
lætantis. Nihil enim tam gaudet, quam quod sit in-
uenta filia. Quid ais] uehementer admiratur, quod
dicit esse suam filiam. Quid tu ais] .i. affirmas de
illa puella. Ad Chremetem dicit. Arrige aures]
uox lætantis, merck vleißig auff. Hoc ad seipsum di-
cit Pamphilus. Vide pro: Aures arrigere. Aures]
q.d. nunc res omnino uertitur in cardine. Qui] .i.
unde. Credis] .i. esse tuam filiam. q.d. uidetur esse in-
credibile Chremetem esse patrem. Ille] .i. de quo dicit
hospes. Noram] .i. fratrem fuisse. Scio] .i. esse tu-
um fratrem. Is hinc] Narratio qua exponit, quibus
signis colligat illam esse suam filiam. ἄτεχνος. Com-
proba-

probatio superiorum omnium & argumentatur à tempore. Hinc] .i. ex Græcia. Pertinet ad comprobandum & confirmandum hoc, quod proposuerat. s. Phaniam esse fratrem. ὅμως. Chremes confirmat omnia, quæ ipse Crito dixit de Attico argumentans à tempore, ideo, ut non posit errare. Bellum) primum dicit de persona, quod fuit amans pacis. Persequens) eyletc mir nach. Secundo dicit de amore fraterno. Hinc] .i. Athenis. Proficiscitur] Tertio dicit de moribus. Tum] Quarto dicit de humanitate. Illam] .i. filiam meam Glycerium. Veritus) .i. Phaniæ. Quia ego abieram. Hic) Athenis, me patre præsente. Post illa) .i. tempora. Affectus, quo significat sibi hoc non placere, quod usq; adeo post habuerit fratris & filiæ salutem, & seipsum reprehendit. Audio) .i. ex Critone, Hoc dicit, quo testetur Critonem uera dicere. Illo) .i. de illo. Phania meo fratre. Factum) .i. quod mortuus sit.

Vix sum apud me) .i. uix sum compos animi, Ich weis nicht wie mir zu sinn ist .i. nescio, quomodo sim affectus. Significatio de diuersis affectibus. Diligenter enim Poëta studet seruare affectus singularum personarum, & hic diligentißime cogitat de affectibus Pamphili. Ita (Exponit, quomodo non sit apud se. Animus) Quia animus capitur affectibus. Commotus) .i. perturbatus. Metu) .i. esse filiam. ne hoc uerum sit. Metu] .i. ne excidam uxore. Spe] .i. quod hoc cupio, quod posim retinere meam. Spes & metus proprij amatorum affectus. Supra, ut

pra, ut animus in spe, atq; in timore, &c. Ouid: Spes pascit amantes. Item, Quoq; minor spes est, &c. Mirando). i. dum miror. i. quod hospes nunciat Glycerium esse Chremetis filiam. Mirando autem est participium præsens passiuum. Dona: Vide Linacrum lib: 1. Mirando]. i. non audito. Bono). i. felicitate. Est pulcerrima descriptio affectuum.

Nimium gaudium.

Bono]ut nimia tristitia, Ita subitum quoq; ac inopinatum gaudium hominem extra se rapit, unde legimus repentino quosdam gaudio mortuo statim fuisse. A. Gell. lib. 3. Noct. Attic. Cap. 15. extare ait in literis, quod repente multis mortem attulerit gaudium ingens, insperatum, intercluſa anima & uim magni, noui q; motus non sustimente. Philippides inquit, Comœdiarum Poëta haud ignobilis ætate iam edita, cum in certamine Poëtarum præter spem uicisset, & lætissime gauderet, inter illud gaudium repente mortuus est. De Rhodio etiam Diagora celebrata, historia est, Is Diagoras tres filios adolescentes habuit, unum pugilem, alterum Pancratiasten, tertium luctatorem, eosq; omnes uidit uincere, coronariq; eodem Olympiade, & cum ibi cum tres adolescentes amplexi coronis suis in caput patris positis suauiarentur, cuiq; populus gratulabundus flores undiq; in eũ iaceret, ibi in stadio spectante populo, in oculis atq; in manibus filiorum animam efflauit: Hæc ille T. Liuius scribit quandam sospite filio repente oblato præter spem, in conspectu eius expirasse. Alteram quoque, cui mors filij falso nunciata erat, mœstem sedentem domi ad primum

mum conſpectum redeuntis filij, quaſi ruina incidentis inopinati gaudij, oppreſſam atq; exanimatum eſſe. Decad: 3. lib: 2. Habet de hoc nonnihil & Valer: Maxi: lib: 9. Cap: 11. Recte quidem, Qui immoderato (inquit) gaudio efferueſcit, ſibi ipſi ſurripitur, ut, quid potiſſimum agat, non aduertat, ſitq; minime apud ſe nempe quod animus totus ſit occupatus ea in re cuius gaudio tantopere geſtit, & exultat.

Næ) .i. certe. Ceſſat ſenex ab indignatione, & plane alius fit homo, & iam credit ipſum Critonem eſſe uirum bonum. ἄλλως. Gratulatio, qua utitur, ut ſignificat ſe admodum gaudere propter uicinum. Modis) .i. iudicijs, nonnihus. Iſtam) .i. puellam iam cognitam Glycerium. Tuam) id eſt, eſſe filiam. Multi modis) Bembus legit pro multis modis, per detractionem. S. literæ ueterum more, multi modis. Amabant enim ueteres multum literæ, S. abiectionem, ſicut & aliarum literarum, ut in Adelph: Indiliges pro indiligens. Credo) .i. te gaudere. Quia iſta res ad me pertinet. Pater) ſignificat patrem non poſſe non gaudere propter filium. Scrupulus) id eſt, dubitatio, hæſitatio, Ich habe noch einen mangel. Male habet) id eſt, diſplicet mihi. Dignus) Eſt immixta & occulta adoleſcentis imprecatio. Religione) .i. nimio metu, q.d. dum uſq; adeo es ſuperſtitioſus in perquirendo, Man iſt dir billich feind, dieweil du ſo vleißig nach einem dinge förſcheſt, du ſucheſt es alzu gnaw. Odio) Iraſcentis eſt. Nodum in ſcirpo) h. e. operam inutilem ſumis uel nimium meticulo-

ſus es. Prouerbium eſt in iſtos, qui nimium ſunt ſolliciti & anxij. Iſtuc) .i. quod te male habet, aut ſollicitat. Nomen) .i. puellæ, Glycerium. Fuit) Iam ſequitur de puella teſtimonium. Huic) .i. Glycerio. q. d. non dicta eſt Glycerium. Paruæ) .i. exiſtenti. Quod) .i. fuit. Meminiſti) .i. non. Dubitatio ſidem facit Critoni. Quæro) .i. nunc cogito, quale ſit nomen. Indicat curam & diligentiam ſuam. ἄμωϛ. Crito introducitur eſſe admodum obliuioſus in rebus alienis, quod etiam pertinet ad uirum bonum.

Egone) Querela à deliberatione, cui poſtea ſubijcit conſilium. ἄμωϛ. Conſultatio uehemens à doleſcentis pro affectu. Huius) .i. Critonis. Patiar) id eſt, quod non poteſt meminiſſe nominis. Meæ) .i. quod illa tota cauſa de Glycerio impediatur. Memoriam) .i. mentionem. Voluptati) .i. gaudio fortunæ. Cum ego) A poßibili. In hac re) .i. in proprio nomine puellæ. Non patiar) .i. tacebo. Conſilium eſt. Heus) Admonentis. Chreme) .i. qui es tam anxius. Paſibula eſt) Hic dicit puellæ nomen. Ea eſt) .i. conueniunt inter ſe. Ex ipſa) .i. quod nominaretur, Paſibula, q. d. conſulta. Audiui) .i. cum alijs. Teſtimonium & ſignificat fuiſſe magnam conſuetudinem inter Glycerium, & Pamphilum. Hoc) id eſt, propter filiam tuam inuentam. Credo) .i. uos gaudere mea cauſa. Omnes) Concluſio colloquij. Reſponſio humana & conueniens uicino. Credo) .i. uos gaudere. Quid reſtat) q. d. non potes iraſci mihi. Reſtat) .i. iam confecto negocio, q. d. uis mihi adhuc

huc irasci. Est obliqua petitio. Reduxit) .i. iam tibi plane sum reconciliatus. Est pollicitatio suæ paternæ humanitatis. Hic uidemus, quomodo ex maximis turbis res fiat tranquillißima. Gratiam) q. d. agnoscam te filium meum. O lepidum) Lætantis & gratulantis sibi ipsi. ἄλλως. Est laudatio per exclamationem personarum patris, Deinde etiam Chremetis, q. d. ô me felicem qui habeam talem patrem. De vxore) Exponit, quare sit admodum lætus. Possedi) .i. tot annos loco uxoris habui, q. d. nihil mutat. Causa) die sache stehet nu &wol. Est consolatio, quantum ad suam personam attinet, q. d. Est mea filia. Ait) .i. aliud sensit. Autoritas & uoluntas patrum in nuptijs liberorum. Ait) Liberaliter suam operam promittit in filia danda Chremetis. Nempe) Est annuentis, q. d. pater assensit, aut, nihil mutabit. δεκτικὸν. Scilicet) sunt uerba parentis, q. d. ego consentio, & uolo, quod tu uis, & dicit ad Chremetem. Dos) Alterum quod requiritur in matrimonio. Accipio) .i. habeo gratiam, Aut accipio, i. id, quod promittis. Nunc tota res est transacta. Ideo senex describitur, ut ornetur filia, das sie auch ein wenig geschmückt sey. Filiam) .i. ut fiant nuptiæ. Eho) uocantis. Mecum) .i. uade. Nam) ἠθικὸν. Illam) .i. Glycerium tam diu non uisam. Cur non) Dicit ad Pamphilum. Recte) q. d. debet uocari & transferri. Laudat, quia ad rem suam spectat. Dauo) Pamphilus omnino insciis est, quod Dauus uinctus iacet. Finita autem Catastrophe Pamphili, producitur iam quoq; Catastrophe Daui. Po-

test)*id est,hoc officium præstare,quod tu uelis.Senex* oblique dicit,& tamen indicat, quasi aliud Dauus habeat quod curet, h. e. quod dicit, non potest, pro eo, quod sit in compedibus. Qui) .i. quare. Admirantis. Quia pater non statim uult id Pamphilo indicare. Hinc admiratur ualde. Habet) .i. aliud, quod curet, Was nötigers, Er hat mit jhm so viel zu thuen, das er das nicht thun kan. Et est amplificatio in uerbo, Magis .i. quam tuum. Magis) Nunc exponit & plane recitat,quod antea obscuris uerbis dixerat. Quid) .i. negocij habet. Admirantis. Vinctus) subijcit uno uocabulo ipsius negocium. Recte) .i. billich, iniuste. Quia non meritus est. Iussi) .i. ut recte uinciretur. Ich habe es nicht befohlen, das man jn verwaren solt. Loquitur de persona. Iube) Pamphilus orat pro Dauo. Age) Concedentis. Matura) .i. ut liber fiat, urget negocium. Eo) .i. ut eum expediam. ô Faustum) Est exclamatio felicitatis,quæ contigit adolescenti minime speranti. Lætus est fabulæ exitus.

ARGVMENTVM IOANNIS STIG: in Act. V. Scen: V. Prouiso &c.

Exprimit hæc scena affectuum humanorum impotentiam in rebus secundis. Quotus enim quisq; est adeo moderato animo, ut sese non altius efferat successu prosperioris fortunæ. Vere enim dixit ille, Luxuriant animi rebus plerunq; secundis. Disputat autem Pamphilus ex sententia Epicureorum per Enthymema,

thymema, Deorum uoluptates sunt perpetuæ, Ergò ipsi sunt immortales. Et est locus communis de ocio & perpetua uoluptate Deorum, de quibus somniant Epicurei, qui uoluptatem summum bonum statuunt, ut hoc loco inquit Lucretius, Dux uitæ pia uoluptas. Sed est Cyclopicum prorsus, non agnoscere finem hominis esse uirtutis actionem. Ideoq; à Poëtis describuntur Cyclopes loqui in hanc sententiam, ut apud Euripidem Cyclops inquit, Non numen curo cœlitum, sed uictimas uni deorum maximas uentri offero. Meminerint etiam hoc loco pueri sibi omnibus modis esse amplectendam uirtutem, quæ est proprie habitus, qui uoluntatem impellat ad obediendum rectæ rationi. Itaq; eleganter inquit Plautus in Amphitrione, uirtus omnia in se habet, omnia assunt bona, quem penes est uirtus.

ALIVD Ambrosij.

Exultat serio Pamphilus de sua illa felicitate, quæ præter opinionem contigit, quod ex maximo periculo subito casu euaserit & nunc consensu patris Glycerium uxorem ducat. Hanc felicitatem tanti facit adolescens, ut nihil dubitet se prædicare beatissimum esse factum, & quam misere antea suas ex amore miserias exposuit, tam læto animo nunc recenset sua gaudia ac uoluptates, adeoq; talem se ostendit, ut qui iam amplius nec cogitet, nec curet omnia mala, in quibus hactenus fuit. Porrò Charinus intelligens totum negocium de Glycerio fit summus amicus Pamphili, quem antea summe odisse ceperat propter Philume-

nam. Hunc itaq; rogat, ut esse uelit apud Chremetem, diligens precator ac sollicitator, quo fine omni mora cum sua amica possit celebrare nuptias.

ALIVD EIVSDEM.

Vltimo loco describitur ingens lætitia Pamphili, quam conceperat ex nuptijs, quas ex sententia conficiendas intelligit. Hanc exponit Dauo intimo suo amico. Estq; tota adolescentis oratio quædam repetitio ultimæ partis in comœdia. Porrò ne Charinus miserrimus amator, qui plane de spe deciderat, incertus maneret de nuptijs precibus alteram Chremetis filiam Philumenam uxorem impetrat.

ALIVD RIVII.

Docet hæc scena nos è prospero rerum successu maiorem percipere uoluptatem, Si felicitatem nostram alijs quoq;, qui nobiscum una gaudeant, quique nobis gratulentur, communicare contingat. Ad hæc docet cito infortunij cuispiam rumorem dissipari, ut, quod quis nactus sit mali, priusquam quid euenerit boni, rescisc amus.

ALIVD ἄσημον.

Absoluta descriptione Catastrophes, reliquum est, ut eadem spargatur in personas, id quod fieri solet in singulis partibus Comœdiæ. Quare Pamphilus, ad quem maxime pertinet subitum illud gaudium, lætus egreditur significans sua oratione, post multas cogitationes se nunc nihil dubitare, quin factus sit felicissimus, ut cui ex animo causa uxoris, quod uoluit, contigerit.

ANNO-

ANNOTATIONES GRAMMATICAE, D. ANDR: MISENI in Act: V. Scen: V.

Interceſſerit) .i. contaminabitur. In Eun: Sic, Ne hoc gaudium contaminet uita ægritudine aliqua, So kein vnglück da zwiſchen kömpt. Hoc enim ſignificat, ut, Miſſurus eram tibi, quæ promiſi, ſed negocia interceſſerunt, quo minus factum ſit. Sic eſt infra in Hecy: Ira inter eas interceßit.

SCHOLIA, quæ explicant Textum Act. V. Scen: V.

Hoc imprimis eſt obſeruandum, quod omnia in hac Scena ſint comprehenſa, in qua quaſi ſpectatores cupientes exitum expectant cum aliquo affectu. Continet autem hæc Scena duas partes, deſcriptionem gaudij Pamphili, quod ſit iam feliciſſimus potitus amica. Altera pars continet quaſi colloquium, & probe Poëta deſcripſit perſonam Pamphili & Charini. Charinus enim erat anxius propter ſuam amicam, & uerebatur, ne Pamphilus ſibi eam præriperet. Itaq; iam uenit cupiens ſcire, quid in animo habeat Pamphilus. ἄλλως. Hæc Scena eſt oratio Pamphili, in qua exponit gaudium & felicitatem, quæ contra opinionem contigit & deſcribit exaltabundum plane, & eſt oratio á quadam occupatione, Alij noluerunt credere ſed ego credo. ἄλλως. Ab initio miris modis elegans eſt hæc Scena. Habet enim elegantem definitionem uitæ beatæ. Conſtat item Syllogiſmo, ut comparationem

taceam, sed parce & modice attingit. Ita sunt natura comparati homines, ut communicare gaudium cum amicis gestiant, sicut malum effusum in sinum amicorum leuatum uidetur &c. Prouiso) .i. cum non redit ad me, experiar, an seruem amicam, nec ne. Eccum Admirantis. i. ecce eum Pamphilum. Aliquis) .i. ex meis amicis. Locus ex Philosophia petitus. Ostendit autem Pamphilus se esse iam factum lætissimum, & seipsum consolatur. Forsitan) Oratio Pamphili habet descriptionem affectus. Aliquis) q.d. Ego seriam rem agam. Esse) .i. hoc solidum gaudium. Nunc) .i. post multas cogitationes. Hoc verum) .i. Glycerium perpetuo futuram coniugem.

Ego) Amplificatio per collationem, uita hominum non est perpetua, sed breuissima. ἄλλως. Illud plane Rhetoricum est, & dicit de solida felicitate. Sempiternam) .i. perpetuam. Propriæ) .i. perpetuæ, sempiternæ, constantes, solidæ, certæ, firmæ, bestendig. Supra. Nihil ne esse proprium cuiq; Immortalitas) Ideo enim dicuntur immortales Dij, quia habent perpetua gaudia. Nam) Accommodatio suæ personæ. Parta) q. d. Ego sum immortalis. Interceserit) .i. si illa immortalitas non fuerit contaminata ægritudine aliqua. Variæ sententiæ de uita beata, quam alius posuit in uirtute, alius in uoluptate, alius in rebus alijs. Sed Terentius uidetur hoc dicere nullam beatitudinem in hac uita constitui posse. Ideo tribuit tantum Dijs uitam sempiternam. Stultus adolescens promittit sibi æternitatem, quam tamen uel leue ma-

ue malum contaminare potest. Fingitur hoc pro decoro, cum sit rebus secundis nescio quam æternitatē gaudij nobis soleamus promittere. Virg: Et seruare modum, &c. Sed quem) Altera pars, & est deliberatio. Dari].i. obuiam. Quem ego) Insuauis est uoluptas, nisi sit, cui eam narremus, siquidem posteaquam alijs quoq; fuerit communicata, solet fere conduplicari, multoq; iucundior esse, & maiori oblectamento. Hinc & in Eun: Chærea curiosum aliquem inuenire cupit, qui ipsum rogitando obtundat, quid gestiat, aut quid lætus sit, quo pergat, unde emergat. Quid illuc] q.d. Vnde est illa subita mutatio. Charinus procul audit Pamphilum gloriantem de felicitate. Video) Lætantis est. Mallem).i. mihi dari obuiam, quam Dauum. Is enim mihi est amicissimus. Nam) Nunc sequitur ratio, quare neminem expetat, quam Dauum. Solide].i. plene, continue, ex animo, stedt. Gaudia).i. ita exultaturum, ut nihil supra.

ARGVMENTVM IOAN: STIG: IN ACT: V. SCEN: VI. Pamph:

In hac Scena lætitia Pamphili & gratulatio Dui præbent occasionem Catastrophes Charino, cui traditur Philumena et mira dexteritate ac compendio fabula absoluitur.

ALIVD ἄλλο.

Exponit Pamphilus ordine suo Dauo iam liberato ex uinculis ea, quæ euenerunt præter omnem opinionem, quod Glycerium inuenta esset filia Chremetis,&

tis, & quod nuptiæ ex sententia conficiendæ sint, adeoq; quod ex omni periculo euaserit. Est autem hæc tota narratio Pamphili quædam repetitio Catastrophes in fine admodum necessaria. Porro Charinus amator, ne in dubio relinquatur de suis nuptijs, fingitur is quoque intercedente Pamphilo impetrasse à Chremete, ut alteram filiam, quam perdite amabat, uxorem ducat.

SCHOLIA, quæ explicant Textum.

Act. V. Scenæ VI.

Vbi] q.d. haud dubie illi aliquid boni accidit. Quia ego liberor. Neminem fingitur quærere, nisi Pamphilum, cui ex animo bene uult. Daue] Vocantis. Quisnam) Admirantis est, non interrogantis. Est] .i. qui me uocat. Significat hoc accidere præter suam opinionem. Ego] .i. Pamphilus, quem quæris. Significat, quod non debeat dubitare, quin habeat, cum quo cupiat colloqui. O] Salutatio cum maximo gaudio. Obtigerit] .i. cum mea Glycerio. Certe] .i. nescio. Quia fui captiuus, Igitur nescio. Sed quid] .i. ego bene sensi, quod fui in compedibus, & est facetum. Breuibus enim uerbis describit suas Catenas. Scio] .i. experientia. Ego] .i. scio te fuisse uinctum. More] .i. sic solet accidere inter homines. Optima est sententia, quia solet in omnibus rebus accidere, Vt fama mali sit celerior, quam fama boni, & est sententia generalis & simul confirmatio. Mali] .i. me fuisse uinctum. Boni] .i. de Glycerio, quod sit inuenta filia Chremetis. Man höret allewege ehe was böses, denn was gutes. Infortuniij

tunij rumor multo citius, quam fortunæ cuiuspiam bonæ, spargitur ac diuulgatur. More] Bembus sic legit, More hominum euenit, ut quid sim nactus mali prius resciscerem, quam ego illud, quod mihi euenit boni. Ego). i. rescisscerem. Euenit] .i. cum Glycerio. Mea] .i. quam ego tam perdite amo. Narratio, qua exponit Catastrophen. Mea] Sunt uerba exultantis. Reperit]. i. inuenta est filia Chremetis. O factum] .i. hoc est mihi summæ uoluptati. Gratulantis. Hem] Admirantis. Pater]. i. Glycerij. Summus]. i. factus est. Quis]. i. factus est amicus tuus. Dauus non intelligit, ideo interrogat. Chremes]. i. factus est. Narras] q. d. hoc mihi auditu est perquam iucundum. Probe) Gratulantis. Ducam]. i. cum uoluntate patris et Chremetis. Somniat]. i. existimo eum omnia ista somniasse. Hoc uidetur Charino impossibile et utitur sententia de amatoribus, Quia hæc, quæ in die loquuntur amatores, plerumq; solent in nocte somniare. Vigilans] .i. de Glycerio. Putat uera esse mendacia, quæ loquitur Pamphilus. Vide prouerb: Etiam dormiens somniat. Plaut: in Amphyt. Quæ ne uigilans somniat. Locus Physicus est de somnijs, cui similis est ille in Eun: Me somnies.

Omnia quæ sensu uoluuntur uota diurno
Hæc eadem noctu reddit amica quies.

Somnia dormientium nascuntur fere ex affectibus uigilantium. Sic tritum uulgo apud Germanos prouerbium est, ubi quis rem narrat, neutiquam uerisimilem, somniasse illam ut dicamus. Etenim ut

ille ca-

ille canit. Somnia ne cures, Nam mens humana quod optet, Cum uigilat sperans per somnia cernit id ipsum. Virg: in Bucol: Spes inanes amantium somnia uocat, An qui amant, ipsi sibi somnia fingunt, Hinc & Græcum est prouerbium, ὁδὸν ἐν ὀνείρῳ βλέπεις, de uotis immodicis, quod quicquid uehementer optaris id fere somniare contingat. Voluit). *i. de uxore sua.* Puero) *.i. quid fiet.* Consultatio. Tum]. *i. dicam.* Ah) Consolantis. Desine). *i. sollicitus esse de puero.* Solus). *i. puer ille. q. d. Dij curabunt puerum. Est suauissima consolatio de puero à maiore, sey du darumb vnbekümmert, vnser Herr Gott wird jn wol erneren. Est autem consolatio de auxilio deorum.* Saluus) Charinus audit pauliſper de consilio. Ideo incipit tantummodo credere, & est rustica exultatio. Secum autem hæc uerba loquitur. Hæc). *i. quæ dixit* Pamphilus. Quis homo) Admirantis. Charine) Salutatio cum quadam gratulatione. In tempore]. *i. opportune.* Factum). *i. quod in tempore ueni.* Audiſtin'). *i. quid acciderit mihi.* Omnia). *i. audiui.* Rusticum est, quod dicit se omnia audiuisse, cum uix partem aliquam audierit. Age=Monentis. Respice). *i. cum usq; adeo omnia eueneriut ex animi sententia. Et hoc apud Germanos frequens est,* Ne mei tibi obrepat obliuio, *ubi pro uoto omnia ac ex sententia succedere ceperunt.* Respice] *.i. recordare mei. Petitio per quandam communicationem, ut uelit apud Chremetem diligens esse interceſſor. Sic et facti et sculpti sumus, ut simul atq; affulgeat nobis fortuna, simul atq; res nobis feliciter cadant, insolescamus*

camus & ferociamus. Contra rebus acciſis et deploratis non habemus modum mœroris. Virg: Neſcia mens hominum fati, ſortisq; futuræ, &c. Nec ſolliciti ſumus de ullo impendente periculo, ſicut nec animum erigere poſſumus rebus aduerſis, ut bene ſperet, &c. Tuus) .i. totus eſt in tua poteſtate ſocer. Argumentum á facili. Scio) Expoſitio. Memini) Pollicitatio eſt. q.d. Non ero immemor. Facturum). i. Chremetem. Longum). i. diu. Quæ voles) Argumentum à poßibili, omnia potes impetrare. Tibi enim nihil denegabit Chremes. Hac]. i. uia. Hinc). i. á domo. Eam). i. Glycerium. Auferant]. i. ex ſuis ædibus transferant in parentis ædes. Quid ſtas) Increpatio de tarditate ſerui. Ne expetetis) Loquitur ad ſpectatores, & eſt commendatio fabulæ. Ex abrupto autem finiunt fabulas, ſicut eas in medio ordiuntur. Intus]. i. in ædibus. Tranſigetur]. i. negocium de nuptijs. Reſtet]. i. cum Charino, Atq; hactenus quidem in Andriam, quantum modo per negocia licuit, quæ ſtudioſa Iuuentus boni conſulat, quæſo.

SCOPVS ANDRIAE TERENTIANAE.

Quam uarij euentum rerum, quamq; exitus anceps.
Caſus & ut ratio quæ nequit, efficiat,
Vt ſua mortales ludat ſpes, utq; ſubinde,
Conſilium euertat ſors inopina bonum.
Hæc te prima docet Comœdia Lector, & eius,
Hic Scopus, hæc mens eſt, propoſitumq;, Vale.

FINIS.

ARGVMENTA, ANNOTATIONES GRAMMATICAE, ET SCHOlia textus in Eunuchum Terentij.



PROLEGOMENA PHILIPPI MELANTHONIS ARGVMENTVM IN Eunuchum conscriptum & editum. 1524.

Comœdiæ ut hominum uitam, casus, consilia imitentur, pericula continent, quod & consilijs & fortunæ, in periculis maxime locus est. Itaq; cum discutere periculum ratione contendant personæ, finguntur uaria consilia, in quibus alia fallunt, alia feliciа sunt. Sæpe plus casus potest, quam ratio, Dominatur fere in rebus fortuna.

Superiori fabula proposuit modesti adolescentis exemplum. Is de officio suo honeste consultat. Hic nulla sunt honesta exempla, nullum honestum consilium. Nam meretricij amatores describuntur, ut in hoc exemplo cernant iuuenes, tanquam in speculo amentiam huiusmodi amatorum. Est autem duplex propemodum fabula. Propterea geminum argumentum recenseo.

Primas Thraso in hac fabula tenet. Ei cum pollicita esset Thais, facturam se sui copiam dies aliquot, fallitur is tamen. Eaq; protasis fabulæ est.

Cum Thrasone confertur Phædria. Nisi enim riualem haberet Thraso, nihil periclitaretur in amore.

ἐπίτασις fabulæ est, cum minatur ille se oppugnaturum ui ædes Thaidis.

Catastro-

κατασροφὴ ridicula est. Nam Thraso iam fractus precibus impetrat, ut aliqua saltem in parte apud Thaidem hæreat.

Porro quia hæc fabula uaria est, multumq; habet turbarum, casu exoritur alius tumultus, uiciatur uirgo, quam Thaidi miles donarat. Sed est læta eius quoq; periculi κατασροφὴ. Nam uxor datur hæc adolescenti, quam compresserat.

Vt Thrasonem ridiculum amatorem fingeret, addit Gnatonem, qui eius mores mirifice depingit, ut ardelionem agnoscas.

In superiori fabula plurimæ sunt consultationes, & tota fere consistit in genere deliberatiuo. Hic plus est expostulationum, & accusatorio, seu iudiciali generi similior est. Nullum autem uitæ genus est, ubi non plurimum Thrasonum reperias, neq; ulli fere rebus humanis pernicioſores sunt, quam id genus, si contingat imperare. In templis, in aulis, in rebus publicis omnibus omnia miscent, ut emereantur uulgi plausum. Quare diligenter est intuenda, contemplandaq; Thrasonis imago in hac fabula, ut discas, quam sint inepti, quam nihili ardeliones isti. Somnia uerius hominum, quam homines dicas. Refert autem conferre cum hac similes alicubi descriptiones, Qualis est apud Martialem Attali, apud Catullum Suffeni. Nec piget asscribere, ut ediscant pueri.

AD VARVM.

Suffenus iste Vare, quam probe nosti,
Homo est uenustus, & dicax, & urbanus.

Idemq;

Idemq; longe plurimos facit uersus,
Puto esse ego illi millia aut decem, aut plura.
Perscripta, nec sic, ut fit in palinxesto,
Relata: carthæ regiæ, noui libri,
Noui umbilici, lora rubra, membrana
Directa plumbo, & pumice omnia æquata
Hæc cum legas, tum bellus ille, & urbanus
Suffenus, unus caprimulgus, aut fossor
Rursus uidetur: tantum abhorret, ac nutat.
Hoc quid putemus esse? qui modo scurra,
Aut siquid hac re tristius uidebatur,
Idem infaceto est infacetior rure.
Simul poema attigit, neq; idem unquam
Aeque est beatus, ac poema cum scribit.
Tam gaudet in se, tamq; se ipse miratur.
Nimirum idem omnes fallimur, neq; est quisquam
Quem non in aliqua re uidere Suffenum
Possis: suus cuiq; attributus est error,
Sed non uidemus manticæ quid in tergo est.

IN ATTALVM.

Declamas bene, causas agis Attale bene,
Historias bellas, carmina bella facis.
Componis bene mimos, epigrammata bene,
Bellus grammaticus, bellus es Astrologus.
Et bene cantas, & saltas Attale bene,
Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ.
Nil bene cum facias, facis attamen omnia bene,
Vis dicam qui sis? magnus es ardelio.

DECLARATIO carminis Catulli ad Varum.

Catullus uoluit mira quadam copia & facetia describere Thrasonem seu ardelionem, qui per imprudetiam miscet se omnibus rebus agendis, cum sit ineptissimus. Item, in quo imperitia coniuncta est cum quodam fastu & insolentia. Sunt autem Iambi senarij. Venustus) hoc est, qui magnam gratiam habet & in forma & in moribus, elegantiamq;. Dicax) h. e. qui habet acerbos iocos, quibus pungit reliquos homines, der do grosse, heimliche, gifftige, herbe stiche gibt, vnd austeilet, Græcis dicitur φλοσυώμωρ h. e. qui maledicit salibus nigris, non conditis sale Mercurij. Vrbanus) h. e. festiuus, ein kurtzweiliger, der do gute schimpffliche bossen reist. Longe) .i. est bonus Poëta. Ista omnia dicuntur ironice. Millia) .i. uersuum. Palinxesto) .i. charta deletili, rasili membrana, ubi quod scriptum est, potest rursum deleri aut radi. Vocatur alias Deleticia, ein eselshaut, & deriuatur ἀ πάλιν & ξέω. i. rado uel deleo, q. d. non sunt negligenter scripta. Relata) .i. perscripta. Regiæ) &welsch oder venedisch Pappir. Vide Plinium, quibus Chartis reges usi sint. Vmbilici, die spangen oder buckelen. Vmbilici autem sunt ornamenta quædam ossea, aut lignea, corneaq; Vmbilici nostri formam imitantia, quæ uoluminibus iam absolutis addebantur, atq; hinc prouerbialis figura est nata, Ad Vmbilicum peruenit, h. e. ad finem.* Lora) rote rimen oder schnüre. Membrana) pergament auff das feinste mit bley liniert.

nirt. Aequata) sind wol geschlagen. Pumice) bimss.

Hæc). i. carmina scripta. Caprimulgus) h. e. habetur pro stolidissimo. Vide Plin: lib: 10. C. 40. Aristoteles lib: 9. Ca. 30. de Caprimulgo sic scribit, Quem Caprimulgum appellant, auis montana est, magnitudine paulo maior, quam merula minor quam cuculus, moribus mollior, parit oua duo, aut tria cum plurima, fugit caprarum ubera aduolans, unde nomen accepit. Cum suxerit, uber extingui, capramq; excæcari aiunt. Parum claro interdiu uidet, sed noctu perspicax est, Græce dicitur ὁ αἰγοθήλας, uulgo, ein Pfaff oder milchdieb. Per metaphoram igitur uocat eum furem, qui aliorum Poëtarum uersus furetur & ita uult indicare eum esse stupidum, sine ingenio, hallucinantem, cæcutientem. Fossor) q. d. er hette können besser ein hecker oder drescher geben, den einen Poëten. Ita obiter indicat, quam ineptus sit ad conscribendum carmen. Abhorret) .i. non dicit cohærentia, & sui similia, Es henget nichts aneinander. Scurra) Ein geld narr, oder lutter bube. Tristrus). i. sunt semper insaceti & tristes, sacetus höfflich. Rure) grober denn kein bawer auff dem dorff. Ac) .i. quam, Idem dicit Horat: lib: 2. Epist: 2. Ep.

Ridentur mala qui componunt carmina, uerum
Gaudent scribentes & se uenerantur & ultro
Si taceas, laudant quicquid scripsere beati &c.

Nimirum) ἐπιφώνημα generale, Natura hoc uitium nobis innatum esse, quod nobis placeamus. Per-

ſtringit Philautiam. Suus) Prouerbialis uerſus eſt, ein jeder menſch hat ſeinen beſondern gebrechen. Videmus) q.d. ad noſtros errores cœcutimus, Mantica, ein Taſch. Perſius Satyr: 4. Vt nemo in ſe tentet deſcendere nemo, ſed præcedenti ſpectatur mantica tergo, h.e. Sic ſumus natura comparati, ut in aliorum uicijs obſeruandis, iudicandis, & corrigendis ſimus ualde Lyncei & oculati, atq; ingenioſi, in noſtris autem ipſorum uicijs cognoſcendis ſimus plane talpæ & cæci. Quidam inter Græciæ ſapientes aliquando interrogatus, quid nam iudicaret omnium eſſe facillimum, & contra, quid omnium difficillimum, Reſpondit, illud eſſe alios iudicare & reprehendere, Hoc uero ſe ipſum noſſe. Iuuenalis dicit è cælo deſcendiſſe illam uocem γνῶθι σεαυτόν.

DECLARATIO carminis in Attalum.

Martialis iocatus eſt in uerbo agere, & facit multa Synonyma. Deinde autem cum in uocabulo, Belle. Agis cauſas) .i. es bonus rabula forenſis, du biſt ein guter zungen dreſcher, vnd wortſpeyer. Hiſtorias) .i. es hiſtoriographus. Carmina) .i. es inſignis Poëta. Mimos) .i. Iambicos, h. e. uerſus hiſtrionum, qui repreſentant aliorum os, imaginem, ſermonem. Epigrammata) .i. breuia ſcripta. Aſtrologus) .i. Mathematicus, Sternkündigen, Sternmeiſter & weiſſager. Cantas) .i. es excellens Muſicus. Saltas) du biſt ein feiner tantzer. In quibuſdam locis artis ſaltandi

saltandi docetur, ut in Gallia & in inferiore Germania. Lyræ) du bist ein guter pfeiffer. Pilæ) du bist ein guter springer, oder balnschlager. Belle) prechtig. Ardelio) .i. nugator, ein grosser klügling, oder Hans in allen gassen. Græcis dicitur πολυπραγμων. der sich mit frembden hendeln verwirret, die jm nicht befohlen sind.

PRAEFATIO M. AMBRO: DE vtilitate Eunuchi Terentij.

Habet hæc Comœdia singularem quandam commendationem propter rerum ac personarum uarietatem, quarum certæ imagines hic proponuntur. Neq; mirum, quod olim omnium admiratione ac fauore acta fuerit. Vix enim dici potest, quam graues contineat disputationes de uicijs in mundo uulgatissimis, arrogantia uidelicet & adulatione. ARROGANTIAM describit in Thrasone, qui nihil nisi somnium hominis, destitutus omni uirtute, atq; industria, ita ut nihil illo sit indoctius ac uanius, persuasum tamen habet, ac magnifice prædicat se omnia scire ac intelligere. Sunt autem eiusmodi Thrasones infiniti, quorum arrogantia in priuatis negocijs tolerabilis est, & admodum ridicula, sed in publicis negocijs omnino est periculosa. Perturbant enim & euertunt omnia stultitia & ambitione, & tales uolunt esse primi in aulis principum, in consilijs, & in omnibus rebus gerendis. Prodest autem artificiosam illam picturam Poëtæ de uita, & moribus Thrasonum dili-

genter cognoscere, & semper quasi ob oculos habere, Vt inde discamus summe odisse arrogantiam ac uanitatem, quibus nihil existere potest homine indignius. Porrò ADVLATIONEM pulcre depinxit in Gnathone, qui uentris & sui commodi causa Thrasoni se applicans singula illius dicta & facta admiratur ac prædicat. Sunt autem eiusmodi Gnathones adeo multi, ut in mundo hoc genere hominum nihil quicquam sit uulgarius. Cæterum præter has duas Thrasonum & Gnathonum imagines, obseruandum etiam est exemplum insani ac perditi amatoris in Phædria propositi, qui ex amore meretriceo non leuiter uidetur esse mutatus, sed omnino totam naturam exuisse. Est autem longe turpissimum hominem sic uinci amore, ut non cognoscas eundem esse.

ALIVD EIVSDEM.

Multis de causis hanc fabulam Terentij olim admirati sunt, quæ sola bis acta est, & meruit precium quantum nulla antea cuiusquam fabula. Continet enim præ cæteris omnibus singularem personarum uarietatem, consiliorum, & casuum. Porrò ut in singulis fabulis obseruandæ sunt certæ imagines, quæ proponuntur de moribus, de uarietate humanorum ingeniorum, de consilijs, quæ in periculis homines sæpe fallunt, de ui fortunæ, & de casibus, qui in uita semper uarij existunt. Ita in hac fabula illa præcipue spectanda sunt, quæ magna uenustate ac grauitate dicuntur de Thrasone, cuius personæ descriptionem ideo prodest bene habere cognitam, ut inde primum discamus discernere

cernere uirtutem à uicinis simulacris uirtutis, quæ propter causas actionum foris in speciem similium uirtuti sæpe fallunt homines, cum non diligenter discernunt mores, uoluntates, & ingenia, nec obseruant simulacris omnibus deesse proprias & perfectas causas uirtutis. Nam hic in persona Thrasonis tantum est simulatio fortitudinis, in qua nulla est causa adiuuans actionem, nisi sola simulatio suæ uoluntatis, uultuq; hoc modo fortis perhiberi, cum nulla in eo sit fortitudo. Deinde ut uideamus, quantum noceant ardeliones isti, quē cum prorsus nulla sint neq; uirtute, neq; industria præditi, Tamen omnium rerum primi esse uolunt, h. e. Sumunt sibi iudicium de rebus omnibus ac difficillimis. Tales in Comœdijs sunt admodum ridiculi, ut qui nemini noceant, sed in rebus publicis, in religionibus, ubi res seriæ aguntur, facile omnia euertunt sua insciti & impudentia. Quare hoc exemplo Thrasonis omnes discere debent, ut detestentur arrogantiam & uanitatem, uicia omnium nocentißima. Sed præter hanc descriptionem Thrasonis sunt & aliæ, uidelicet, descriptio insignis assentatoris, qui uentris & sui commodi causa Thrasoni se applicat, huic semper applaudat, omnia eius dicta & facta admirans. Nam & hoc hominum genus admodum est pernicioſum & uirtuti inimicum. Postremo obseruanda quoq; est descriptio meretricij amoris, quæ pulcre monet, quantum noceat talis amor & moribus & uniuersæ uitæ. Fingitur enim hic adolescens ita mutatus esse amore, ut plane naturam exuerit. Hæc sunt quasi præcipua in hac fa-

bula, quæ adhortari adolescentes debent, ut impensius eam cupiant cognoscere, qua audienda & legenda sæpe magnum faciant fructum.

ALIA DE VTILITATE HVIVS Comœdiæ, ἀΠλη.

Singulæ Comœdiæ continent peculiaria quædam exempla, quæ in omni uita, quod ad morts attinet h. e. ad uirtutes & uicia, sequenda & fugienda sunt. In his ipsis exemplis proponuntur uaria negociorum consilia, eorumq; euentus, Quæ omnia uenustis describuntur sententijs, ut in animis tanquam aculei quidam inhæreant, nosq; de rebus maximis & grauissimis admoneant. Non enim uarij humanarum rerum casus & euentus intelligi, & iudicari possunt, nisi ab ijs, qui ex diligenti historiarum & Comœdiarum lectione hauserunt acre iudicium, & quibus ætas longa magistra fuit. Porrò ut reliquæ Comœdiæ omnes singularem habent commendationem propter personarum & rerum uarietatem, Ita & hæc Comœdia picturas aliquot habet egregias, inter quas duæ maxime sunt insignes. Alteram Thrasonis & Gnathonis, Alteram insani amoris, pene ut ait Cicero, amoris non naturalis.

In Thrasone taxat & exagitat glorioſum & arrogans illud hominum genus, quod sibi placet, & magnifice de se sentit, omniaq; sibi sumit & arrogat, cum tamen illis ipsis hominibus nihil sit uanius, & in toto non sit corpore mica salis, ut inquit Poëta. Hi, inquam

inquam, Thrasones cum splendido sese uenditent titulo ac mani scientiæ tumore sint inflati, affirmantes se omnia scire & intelligere, plurimum nocent consilijs tum publicis, tum priuatis. Nam cum reliquos superbo spiritu præ se contemnant, soliq; rebus gerendis omniibus se præesse uelint ac clauum, quod aiunt, tenere, fit interdum ut sua audacia ac temerarijs consilijs perturbent ac euertant omnia, & in Reipub: insignia dent damna. Hæc accurata pictura uitæ et morum Thrasonis studiosis, quibus aliquando ad rerumpub: gubernacula accedendum erit, imprimis est obseruanda, ut cane & angue peius discant odisse arrogantiam & uanitatem, quæ reuera teterrimæ Rerumpub: sunt pestes.

In Gnathone adulatio depingitur uicium uulgatissimum. Hi Gnathones homines sunt natura scurrili, legum & omnis honestatis contemtores, quorum artificium huc destinatum est, non ut in magnorum uirorum gratiam, sed in culinam irrepant & cœnulas emendicent, quæ ut obtineant, nihil uerentur impudentissime mentiri, ac profitere se habere dicta uera. Hi cum sint architelli mendaciorum, extreme rebusp: nocent, ubi in glorioſorum hominum & arrogantium familiaritatem se insinuarint ac illis applicarint. Huius generis homines cum non solum publice, sed etiam priuatim bonis moribus noceant, meminerint ingenui adolescentes nullam ullius officij societatem esse debere cum huiusmodi hominibus uanis & perfidis, sed exercrandos & arcendos esse ab omni consuetudine ciuili, Sicut inquit Horatius, lib. 1. Ser: Satyr: 4.

Qui captat risus hominum, famamq; dicacis,
Fingere qui non nisa potest, commissa tacere
Qui nequit, hic niger est, hunc tu Romane caueto.

Vnde & ille inquit, satius esse ad coruos deuenire, quam ad adulatores, quod hi & uiuos & bonos etiam uiros deuorent.

In tertio exemplo meretricum amores describuntur, ut inde insania & amentia amatorum cognita ingenui adolescentes discant sapere. Prosunt enim ad id exempla uitiorum, ut nostra rectius ac melius componamus.

ALIA PRAEFATIO M. Ambrosij. 1540.

Hæc Comœdia iustis de causis sæpe laudatur, & prædicatur præ alijs, in qua magna est uarietas personarum consiliorum & casuum. Inprimis uero continet pulcerrimam imaginem illorum hominum, qui cum nulla neq; uirtute neq; industria præditi sint, Tamen magnifice de se sentiunt, putant se omnia intelligere, & pronunciant de omnibus negocijs, ubiq; uideri uolunt regnare. Tales multi passim reperiuntur in aulis, in consilijs, in foro, in templis, in conciombus, adeoq; in rebus omnibus gerendis. Hi propter insignem stultitiam, & ambitionem semper sunt pernicioſi in Ecclesia & Republica. Hæc imago in hac fabula principalis diligenter cognoscenda est, ut discamus odisse arrogantiam & uanitatem, & ut diligenter discernamus, quemadmodum præcipitur in Ethicis, ueram uir-

tutem

tutem à uicinis simulacris uirtutis, quorum actiones in speciem omnino similes uirtuti uidentur, cum tamen in illis desiderentur propriæ & perfectæ causæ uirtutis. Quare non sunt uirtutes, sed tantum uirtutum umbræ. Hoc obseruare in hominum negocijs magnam habet utilitatem. Prodest enim ad discernendos mores uoluntates, & ingenia hominum. Sunt & aliæ duæ elegantes imagines, quas intueri sine uoluptate & fructu nemo potest. Altera adulatorum seu assentatorum, quæ placere & gratificari uolentes omnia ad aliorum uultum & libidinem seruilem in modum loquuntur, Quæ toti in eo sunt, ut tantum suæ rei consulant, & sibi ipsis prosint. Horum consuetudo & familiaritas periculosa, & maxime pestilens, quibus qui aures patefaciunt, in præceps rapiuntur turbantes ac miscentes omnia. Altera imago est amoris meretricij, quo ingenia penitus corrumpuntur & immutantur, & ita fingunt adolescentes, ut uideantur exuisse naturam, manent in manifesto contemtu & ad extremum miserrime pereunt. Hæ & similes imagines in Comœdijs monent, quid deceat, quid non deceat in moribus, & quam turpe sit, adeoq; indignum hominem uinci meretriceo amore.

ALIA PRAEFATIO D. ANDRAEI MISENI DE CONSILIO Poëtæ, quomodo ad mores uoluerit relatam descriptionem Thrasonis & Gnathonis.

Inprimis

Inprimis obseruanda est descriptio Thrasonis in hac fabula, sicut & Gnathonis. Quod ergo ad scopum seu consilium huius fabulæ attinet, ut scias, quorsum respexerit Poëta, ad quæ præcepta morum referre uoluerit rem, satis grauiter & eleganter interpretatus est M. Cicero in libello de Amicicia, Dignus omnino interpres, cuius iudicium maximi fa-cias. Accommodauit autem ad assentatores perso-nam Gnathonis, sordidum esse, illiberale esse & ua-num esse, stulte propter quæstum cuiuis inepte Thra-soni seu ardelioni assentari, negare, quæ neget, proba-re, quæ probet, &c. Indicat ergo mala assentationis quam pestilens sit & perniciosa, quamue deprauet iu-dicium ueri in animis hominum, qui illa uel capiuntur uel delectantur, ut prorsus te tibi eripiat, adeo, ut tui oblitus plura de te sentias, maiora tibi arroges, quam pro dignitate. Breuiter ea facit, ut turpissime tandem te dedas.

Personam Thrasonis accommodauit ad ardelio-nes & ineptos istos asinos, qui persuasione doctri-næ, nobilitatis, prudentiæ uel uirtutis stulte se uendi-tant & ad uulgum iactitant, nihil non ineptissime sibi arrogantes. Vide locos Ciceronis in fine fere libel-li, dignos omnino, quos ediscas. Huc pertinet fabu-la seu apologus de asino induto exuuio Leonis, qui non agnitus, terrorem incutit alijs feris, dum se pro leone personatus dat, sed tandem detracta persona, ab hero agnitus, uapulat & alijs fit ridiculum & delecta-mentum.

Eodem

Eodem enim pertinet fabula de coruo & uulpe satis elegans. Coruus enim nactus prædam perstrepit, applaudit ipse sibi, cui iam inhiaret uulpes, ut ea potiri posset, excogitat commentum, quo stultum coruum præde emungat, accedit, salutat, bene precatur, nihil non laudum in illum accumulat, temere scilicet famam popularem confinxisse pice nigriorem coruum esse, cum etiam cum Cygno, quod ad colorem attineat, sit conferendus, neq; hoc uerum esse, coruum barbarum quiddam, uoce rauca & graui crocitare, cum & κύκνειον ἆσμα edat, ucl cum Philomela citra controuersiam suaui cantillatione, certare possit. Quibus commentitiis Encomijs stultus coruus dum titillatur, & ementitam illam laudem dum studet sustinere, ad canendum se ineptus parat, atq; caseus, quem in rostro tenebat, simul atq; canere instituit, ei excidit, uulpes sub arbore casum præde expectans, ea dum potitur, ut stolidum, ineptum & ἀμουσοτάτην exagitat & illudit. Ea scilicet est κολακεία Thrasonum, ut etiam à Gnathonibus tandem alijs comedendi & deridendi propimentur.

Aptum est igitur hoc præceptum, quod docet adolescentes modestiam, ut discant se submisse gerere, nihil arroganter de se uel prædicare uel sentire præsumant. Stultum enim est, illiberale q;, suarum laudum præconem aliquam agere, & ita se ex iudicio uel uulgi uel assentatorum comparare, ut prorsus dediscas te tuo pede metiri, ut prorsus tua te pelle non contineas, ut est in prouerbijs. Incredibile est, quantum ob-

sint

sint reipub. honestis consilijs & consultationibus omnibus huiusmodi, qui persuasione prudentiæ intumuerunt. Vtinam autem in docenda religione multi quoq; hoc uicio non essent cumulati, multa haud dubie essent adhuc integra & intacta, quæ hodie contemta & reiecta tanquam ex tenebris eruuntur.

Cæterum ut quisq; est optimus & doctißimus, ita maxime ἀλαζωνείαν illam uitat tanquam præsentißimum uenenum, ne se inepte iactitet, aut ad multos uenditet. Contra ut quisq; est imperitißimus rerum omnium, ita maxime se effert, & stultæ multitudinis applausum consectatur, patulas aures habet ad quasuis populares assentationes, sibi placet, ex iudicio uulgi pendet, donec confusus turpiter se det denuo. Nec enim simulatio ulla uel uirtutis uel eruditionis diuturna esse potest. Asinus agnitus tandem mouet ridiculum, fortuito & assciticio ornatu nudatus, quo aliorum oculos ad tempus perstringebat. Midæ auriculæ tandem exerunt se, ut est prudentißime à Poëtis confictum, &c. Extat hac de re elegantißima sententia Thucydidis, quam etiam citauit Lucianus in epistola ad Nigrinum, digna, quæ asscribatur, ἢ μαθὼν μὲν θρασεῖς ὀκνηροὺς δὲ τὸ λελογισμένον ἀπεργάζεται.

Quod ad amatores autem adolescentes, item ad meretrices attinet, non tam in hac fabula, quam in reliquis omnibus, ipse Poeta interpretatus est, & accommodauit infra, cum ait, Hæc omnia nosse salus est ado-

adolescentibus, ut cum semel cognorint postea perpetuo oderint. Neq; enim attinet diu immorari in reconsendis malis scortationis, cum uel ipsa res nobis quotidie ob oculos ponat, quam seri, quam amentes, quam immodesti fiant, qui isti impuritati sese dediderunt, quam nihil sani, nihil honesti cogitari possint, quam degenerent prorsus in belluas instar sociorum Vlyssis. Accedit huc etiam studium religionis, quod nobis præter illa externa mala, etiam iram & iudicium Dei comminatur.

ARGVMENTVM IOAN. STIGELII IN EVNVCHVM Terentij.

Amator Thaidis Thraso in Cariam profectus, ne sine munere rediret ad amicam, puellam quandam olim Athenis abductam & Rhodi à matre Thaidis, cui dono data erat, educatam emit. Inscius & ignarus eo absente insinuat se in amorem Thaidis Phædria adolescens, eiq; amoris testificandi causa emmit Eunuchum & famulam Aethiopicam. Quod cum resciret reuersus Thraso negat se emtam uirginem concessurum esse Thaidi, nisi illi fidem det, se missam facturum riualem Phædriam. Quod etsi incommodum erat Thaidi, quæ uchementius amabat Phædriam, tamen consequendæ uirginis causa, quæ credita eius soror erat à paruulis, militi morem gerit, Phædriam excludit. Id primo ægre ferens Phædria, cum amica expostulat, à qua tamen reddendi fi-

cti rationem exoratus, nonnihil cessurum se promittit, tantisper dum illa eblandita esset uirginem á milite. Mox ut ægre faceret militi, neue eius munificentia superaretur deduci ad amicam Eunuchum, & fæmulam iubet. Interea Chærea frater Phædriæ, qui primo aspectu uirginem deperire ceperat, suadente Parmenone habitu Eunuchi in ædes Thaidis ea absente deducitur, ibiq; nactus occasionem uirginem uiciat. Orto in conuiuio cum Thrasone iurgio Thais domum rediens, rem ut gesta erat, cognoscit. Perturbationes & querelæ occasionem præbent Epitasi, quam auget Thrasonis stoliditas & insolentia, qui cum instructo seruulorum manipulo tumultuose minatur oppugnationem ædibus Thaidis. Sed á Chremete intelligens uirginem esse ciuem Atticam, non sine decore discedit. Virginem á se compressam ducit uxorem Chærea. Thraso, ut liceat in aliqua parte hærere apud Thaidem, tandem (quia pecuniosus erat) exorat á Phædria & egregie luditur.

ALIVD, CASP. CRVCIGERI Scnioris in Eunuchum.

Quia Comœdia inuenta est, ut depingat uaria hominum ingenia, uarios mores, ut hæc intuentes tanquam picturam quandam discant adolescentes, quid in omni genere uitæ, in omni ætate, in omni persona deceat, & rectum sit, aut contra. Ideo habet hæc fabula illustres personas, in quibus stulti & meretricij amores depinguntur. Nam ut alibi honeste amantium

tium exempla describuntur, Ita hic quasi antithesi quadam contraria exempla proposita sunt, in quibus est cernere, quæ sint ineptiæ, quæ amentia talium amatorum, Sed in hoc argumento primas partes habet miles Thraso, qui reliquos omnes stultitia uincit. Et in huius persona uoluit pingere Poëta omnes hoc genus ardeliones, quorum passim omnia sunt plena, qui ut miles iste in amore, sic ipsi in communibus rebus & negocijs cum sint ineptissimi, & nihil recte sapiant, Tamen uolunt se omnium rerum primos esse, omnium rerum scientiam sibi arrogant, se solos admirantur, ubiq; sibi regnum affectant, quales est inuenire plurimos in studijs, in artificijs, in rebus publicis, in Ecclesijs, &c. Huic hominum generi adiunctum est aliud quoddam, qui uentris & suorum commodorum causa, eiusmodi Thrasonibus se applicant, hos consectantur, his assentantur, & applaudunt, omnia horum dicta & facta mirantur, prædicant &c. Per quos illi uel plurimum nocent. Itaq; & Terentius militi parasitum adiungit, quem ille de omnibus rebus adhibet in consilium, per hunc omnia facit &c. Habet autem fabula, quasi geminum argumentum. Nam præter militem, & eius riualem Phædriam producitur & alius adolescens, qui uirginem Thaidi donò datam amat propter quem exoriuntur turbæ.

PRIMAE PARTIS PROTASIS.

Meretrix militi pollicita erat, aliquot dies se

illi sui copiam facturam, Igitur Phædriæ amatori de ea re expostulanti purgat sese, Ideo admissum esse militem, ut ab illo uirginem auferret, quam ubi accepit, militem ludificatur.

EPITASIS.

Miles ubi uidet sibi data uerba, impatiens iniuriæ, tumultuatur, meretrici minatur uim, & ad ædes oppugnandas copias suas adducit.

CATASTROPHE.

Sed ipse conatus & apparatus oppugnationis est ridiculus, Ideo cum uidet se nihil efficere minis, ultro discedit ab oppugnando, & Thaidi supplicat, & uix precibus impetrat à riuali, ut admittatur in aliquam partem amoris.

IN ALTERA PARTE FABVlæ Protasis est.

Chærea adolescens in uirginem Thaidi donatam deperit, & cum seruulo consilium capit, quomodo illa potiatur.

EPITASIS.

Hanc ubi uiciauit Eunuchi ornatu ad Thaidem deductus, turbæ intus oriuntur, post ipse Chærea deprehenditur à mulierculis, & terror iniicitur seruulo, qui metuens adolescenti producit & patrem, ut filio opem ferat, sed tota res in risum exit.

CATASTROPHE.

Ad extremum res cum bona pace componitur & Chærea suam amicam inuentam ciuem uxorem duxit &c.

ALIVD M. AMBROSII in Eunuchum.

In hac fabula quasi duplex argumentum est, Alterum de amoribus Thrasonis & Phædriæ. Alterum de amatore Chærea. Quare partes utriusq; argumenti diligenter sunt discernendæ.

προτάσις PRIMI Argumenti.

De amoribus Phædriæ & Thrasonis, hæc est, Thraso cum Thaidem Athenis amare cepisset, eamq; cuperet sibi tantum retinere, optimum esse existimauit ut Rhodum proficiscens, puellam elegantem, quam uenalem propositam esse audiuerat, emeret Thaidi. Is domum rediens non prius uult puellam tradere Thaidi, quam riualis Phædria domo expellebatur: Ibi Thais admodum sollicita propter Phædriam, cupiens tamen extorquere à milite puellam ciuem Atticam exorato Phædria, ut is concedat biduum, promittit militi se facturam omnia, quæ optat.

ἀπότασις.

Miles intelligens ex muneribus à Phædria missis se non solum amari, sed sibi riualem præter opinionem adductum esse, supra modum stomachari incipit, & initio consilio ad Rhaidem redit iratus cum magno tumultu cupiens oppugnare illius ædes.

κατάστροφή.

Tandem uero cogitans, se nihil effecturum, omittit expugnationem ædium, & ultro supplex fit Thaidi, uixq; impetrare potest miser per Gnathonem ut à duobus fratribus recipiatur.

PROTASIS de Amore Chæreæ.

Adolescens puellam dono datam Thaidi perdite amare incipit, eaq; ut quam primum potiatur, cum seruo capit consilium.

EPITASIS.

Ad Thaidem deductus puellam uiciat, ex qua re multæ & magnæ turbæ oriuntur. Deprehenditur enim à mulierculis, & magnopere periclitatur.

CATASTROPHE.

Tota res cum bona pace transigitur. Nam puellam inuentam ciuem Atticam uxorem ducit.

ALIVD EIVSDEM, IN Eunuchum.

Continet hæc Comœdia quasi geminum argumentum. 1. *Prioris argumenti* πρότασις *est. Postquam Thais sancte pollicita esset Thrasoni propter puellam sibi dono datam, quod nullum alium recipere uellet amatorem. Phædriam igitur ob id maxime exoptatum postulantem rogat, ut rus concedat per aliquot dies.* 2. *Epitasis est, Thraso sentiens Phædriam amari mirum in modum stomachatur ac minatur meretrici, ad cuius ædium expugnationem magnas adducit copias.* 3. καταστροφή, *Apparatus & conatus oppugnationis ædium in risum abeunt. Statim enim miles discedit metuens sibi à Thaide, cui ultro supplicat & multis precibus impetrat, ut in aliqua parte apud Thaidem hæreat.*

1. *Alterius argumenti* πρότασις *est, Adolescens Chæreâ*

Chærea perdite incipit amare uirginem dono datam Thaidi. Is itaq; cum seruo consilium capit, quomodo facillime illa potiri possit. 2. ἐπίτασις Deductus Chærea pro Eunucho ad Thaidem propter uicium illatum uirgini maxime periclitatur. 3. κατάστροφή, Chærea suam hanc amicam inuentam Atticam ciuem ducit uxorem.

DE NOMINE FABVLAE EVnuchi D.And. Miseni.

Εὐνοῦχος est inscripta fabula ob uiciatam puellam à Chærea adolescente, qui consilio serui Parmenonis, pro Eunucho in ædes Thaidis meretricis, cui dono data erat puella, fingitur introduci. Est autem εὐνοῦχος latine castratus ἀπὸ τῆς εὐνῆς, quod cubile significat καὶ ἔχω, custodio. Vtebantur enim huiusmodi spadonibus præpotentes & ditiores ad custodiendas in Gynæcijs uel uxores, uel filias, cum nihil possent. Et erant in delicijs fœminis primarijs, id quod adolescens Phædria indicat, cum inquit, Eunuchum dixti uelle te, quia solæ utuntur his reginæ, reperi &c.

ALIVD DE NOMINE FABVLAE.

Eunucho nomen indidit huic fabulæ Poëta ob uiciatam puellam à Chærea adolescente, qui consilio serui in domum meretriceam pro Eunucho, h.e. Castrato ductus est. Eunuchus enim latine Castratus dicitur. Hac uoce usus est quoq; Christus. Matth: 19. Vbi de matrimonio loquitur. Quidam Germani uertunt, eimen kemmerling, ut est in fabula fortunati. Lutherus

uertit Cataſtrum, verſchnitten. In Actis Cap: 8. Etſt in libello contra Hans &wurſt, Eunuchum reddat einen frawen hut, darumb das er nichs thue, den ſtehe in einer narren kappen, mit einem fliegen &wedel, vnd hüte der frawen, vnd des dauon ſie frawen heiſſen, wie es die groben deutſchen nennen. Deducitur autem ab εὐνή, quod eſt cubile, & ἔχω, cuſtodio, Quaſi Eunechus, ſed per Synæreſin Eunuchus. Erat enim apud Gentes eiuſmodi homines in delicijs fœminis primarijs, cum adhiberentur tanquam cuſtodes Gynæciorum, unde Iuuenalis in Satyr: 6.

Sunt quas Eunuchi imbelles, ac mollia ſemper
Oſcula delectent, & deſperatio barbæ,
Et quod abortiuo non eſt opus, illa uoluptas
Summa tamen, quod iam calida natura iuuenta
Inguina traduntur Medicis, iam pectine nigro.

Spadonum generalis appellatio eſt, qua tam ij, quibus uirilia ſunt exacta, quam quos natura impotentes naſci uoluit, continentur. Attamen Spado propria ſignificatione is eſt, cui uirilia ſunt exacta, ἀπὸ τοῦ σπάειρ. h. e. ab euellendo. Spadonibus annumerantur, quos uel Thlibias uel Thlaſias appellant in L. Spadonum. ff. de uerbo. Sig: Sunt autem Thlaſiæ uel Thlibiæ Spadones, qui teſticulos non habent exciſos, ſed tantum fractos aut attritos, eo modo ut æque generare non queant, quorum illud à θλάω, hoc uero à θλίβω. h. e. frango, uel adtero eſt deriuatum. Caſtrati uero dicuntur, qui natura impotentes atq; euirati ſunt,

ti sunt, ita ut ad concubitus apti nec fuerint, nec unquam fieri poterint. Qua de re uide Institutiones Iustiniani, lib: 1. T. XI. Minorem natu &c. & Paulum. Aeginetam lib: 6. de Eunuchismo. Duplex (inquit) Eunuchos faciendi ratio. Partim enim collisione, partim exectione fiunt. Prius illud genus hoc modo fit, pueros adhuc infantes in peluium insidere faciunt aquæ Calidæ. Deinde cum corpuscula flaccuerint, in ipsa pelui digitis è testiculos collidunt, quoad usq; euanidi abeant, nec iam concreto coagmento contrectationem subeant. Spadones sunt, quibus Cremasteres sunt euulsi, h. e. Nerui quibus colei suspensi sunt, Epiphanius contra LXXX. hæreses lib: 2. Tomo. 1. Pag: 234. Vnde sane arbitror etiam Eunuchum uocari ab eo, quod ἐυνοεῖν, h. e. beneuolus esse, ac fidem seruare poßit, ablatis membris, & non affricari per mistionem corporum, uelut organis priuatus.

SCOPVS HVIVS FABVLAE.

In hac Comœdia duos locos communes tractat. Primus de turpitudine & damnis meretricei amoris. Deinde de gloriosis & iactabundis hominibus, deq; pernicioso adulatorum genere. Fingit autem Thrasonem quendam inflatum, fastuosum, arrogantem, qui de omnibus rebus, causis, negocijs dicit, disceptat, scit, & primus cupit esse in omnibus rebus. Iuxta sententiam Thucydidis, ἡ ἀπαθία μὲν θρασεῖς ὀκυηρούς δὲ τὸ λελογισμένον ἀπεργάζεται. Deinde illum Thrasonem fingit militem, quod illud ge-

nus hominum solet narrare cicatrices & prælia, iuxta illud Propertij.

Nauita de uentis, de tauris narrat arator
Enumerat miles uulnera, pastor oues.

Thraso autem deriuatur á θρασία, h. e. superbia, confidentia, stoltz, vber, vnd hochmütig sein. Thraso enim apud nos dicitur, der viel von sich helt. Græcis dicitur etiam πολυπραγμών, Paulus uocat eiusmodi homines fastuosos, & plurimum sibi tribuentes ἀλαζόνας καὶ φιλαύτους. His similis est, quem Latini uocant alio nomine ardelionem, Hans in allen gassen, oder, Münch zu allen sachen.

EXPOSITIO PRIMI ARGVMENTI.

περιοχὴ idem est, quod ὑπόθεσις. h. e. summa, breue argumentum, breuis comprehensio, complexio argumenti, der inhalt, á περὶ circum, & ἔχω habeo. Sororem) Protasis fabulæ. Thraso) .i. miles. Sororem) .i. uirginem. Abduxit) .i. Rhodo. Puella enim erat abducta Athenis Rhodum. Alij legunt, Aduexit. Abduxit) .i. puellam ciuem Atticam. Dictatam) .i. quæ putata est soror Thaidis, reuera autem non erat. Ignorans) .i. dici sororem. Ipsi) .i. Thaidi. Donat) .i. puellam rediens Athenas. Ciuis) .i. non erat meretrix. Commendatio magna est. Eidem) .i. Thaidi. Tradi) .i. donari. Eunuchum) .i. cum Aethiopissa. Nam reginæ usæ sunt singularibus custodibus, qui coacti sunt etiam esse Eunuchi, h. e. castrati. Phædria) Thrasoni opponitur alius riualis qui

qui contendat munere cum isto Thrasone. Oratus) .i. à Thaide. Ephebus) h. e. qui est iam ingressus pubertatem. Epita: fabulæ. Puellulam) .i. ciuem Atticam. Deperiret) .i. amaret perdite. Missam) .i. à milite donatam. suadet] .i. ut induat. Introijt] .i. ad Thaidem habitu Eunuchi. Sed Atticus) καταστροφὴ fabulæ. Repertus) .i. interueniens. Ciuis) .i. Chremes. Eius] .i. uirginis Pamphilæ. Vitiatam) .i. puellam. Collocat) .i. in matrimonium. Collocare uirginem, ein Jungfraw vorgeben. Cicero 2. offi. Sic est locutus. Collocat uiciatam. Ephebo) h. e. Dat ei uxorem eam, er gibt sie jm zum weibe. Infra in Phor: Vt debui collocaui filiam. Item usus est simplici filiam unicam locaret. Sic enim utuntur Latini uerbo, Colloco Sic est quoq; apud Ciceronem lib: 2. offi. Alioqui collocare est ponere. legen, oder stellen. Ephebo] .i. pubescenti. Exorat) .i. ut aliqua parte apud Thaidem bæreat.

EXPOSITIO ALTERIVS Argumenti.

Ἄδηλον. h. incerti autoris. Nulli sunt uersus, sed apparet methodum esse scriptam ab homine Eloquenti & ingenioso. Meretrix] .i. Thais. Adolesc:) .i. Phædriam. προσταισις. Reuocato) .i. ea reconciliato. Eius) .i. Phædriæ. Minor natu] .i. Chærea, der Jüngeste, Sic, Maior natu, der elteste, ut fratrum meorum sum minimus natu, uel, maior natu. In ea significatione infra quoq; est, Thais, quam ego

ſum, maiuſcula eſt, iſt elter denn ieh. Illuſam) geſchmehet, graui contumelia affectam. Miles). i. Thraſo. Eodem]. i. Chærea. Interuentu] .i. interceßione. Fratris). i. Chremetis. Eius]. i. uirginis, quæ erat uitiata. Illuditur). i. à duobus fratribus.

DE TITVLO SEV SVPERſcriptione fabulæ.

Egigraphe admonet lectorem, cuiuſmodi perſonæ in Comœdijs adhibitæ ſint, quo tempore fabulæ ſint actæ, quibus ludis, & quomodo placuerint. Item, quæ fuerit Muſica in illis. Diebus autem feſtis erat cura demandata magiſtratibus, qui uocabantur Aedilçs curules, ut curarent exhiberi Fabulas populo. Atq; dies feſti præbuerunt ſingulares appellationes. Maximi ludi fuerunt Megalenſes & celebrati in honorem Maximæ Deæ Cybelis matris Deorum, quà de re uide Ouid. Liuium, & Ciceronem in oratione ad Aruſpices. Acta) .i. recitata, repreſentata. Primum monet de circumſtantia temporis. Megalenſibus) .i. publicis cæremonijs. Anno) 58. ante natum Chriſtum. Poſthumio) .i. Albino. Cornelio). i. Merula. Aedilibus) Aediles Curules poſſunt apud nos dici Bauherrn oder Kirchveter. Erant autem apud Romanos, quibus erat commiſſa cura publicorum ædificiorum, & aliorum munerum, quæ erant in publico exhibenda. Curules uero dicuntur à curru, à quo uehi ſolebant. Apud Horatium eſt, Currule ebuxnum. h. e. currus ex ebore factus. Fuit autem in-

ſigne

signe magistratus. Egere) .i. exhibuerunt. Quia fuerunt personati & representarunt fabulam. Acta) .i. bis est exhibita. Hæc Comœdia habet præ cæteris singularem laudem, ita ut bis sit acta, Primo enim tanto applausu est acta, ut iterum uendita pro noua ageretur. Est autem uendita octo millibus sestertium. h.e. ducentis coronatis Gallicis. Alij legunt facta. i. ex duabus Græcis una Latina. Nam ex Eunucho & Colace Menandri fabulis, hæc Eunuchus Terentiana scripta est. Modos) h.e. in actionibus habebant suas cantilenas, quas canebant per interualla scenarum. Modos] .i. modulationes. Nunc dicit de Musica. Qualis autem fuerit, non extat. Nam illa consuetudo, quæ nunc apud nos conseruatur, non talis est, qualis tempore illo fuit. Flaccus] .i. Claudius Musicus. Dextris tibijs mit zweien grossen pfeiffen. Quod significabat fabulam plenam ac refertam esse grauitate. Tibiæ enim indicant qualitatem fabulæ. Dextris Tibijs utebantur, cum persona ipsa per se esset grauis, ut in hac Comœdia de aulica, politica Thrasonicaq; uita dicit. Quare si adhibebantur Tibiæ dextræ, erat graue & serium argumentum. Sin uero sinistræ, erat iocosum. Sin dextræ & sinistræ addebantur, erat mixtura quædam ex quadam grauitate & hilaritate concentus. Genus igitur argumenti est mixtum. Sunt enim omnia hilaria & læta in hac fabula.

ARGVMENTVM IOAN. STIGELII IN PROLOgum Eunuchi.

Hic pro-

Hic prologus ad genus Iudiciale pertinet & pro rei magnitudine concitatior & uehementior est Oratio. EXORDIVM ducitur à persona Poëtæ commendans eius modestiam, ut qui responderet tantum aduersario tuendæ existimationis suæ causa, & non cupiat maledicere. Porro duas partes potissimum habet prologus, obiectionem criminum & defensionem. Primum enim in inuidiam adducit Lauinium commemoratione errorum, quos aduersarius admiserit in transferendis Græcis Comœdijs, Quorum prior est, quod male transtulerit Menandri Comœdiam, quam Phasma.h.e.spectrum inscripsit Menander, ideo quod adolescens quidam inopinato aspectu uirginis cuiusdam, quasi uiso numine aut spectro horrore sit perculsus, quam postea ob insignem pulcritudinem, uehementissimo amore complectens, consensu parentum in uxorem accepit. Huius Comœdiæ mentionem ideo uix attingit Terentius, quod eam ut male & imperite à Lauinio translatam in totum damnare uideatur & idcirco addit, nuper illam esse æditam, ut significet non opus esse de eius uitijs multa in præsentiarum dicere, cum in memoria habeant ferè auditores, quam infeliciter & perperam sit compositа. Posterior error obijcitur illi ex Comœdia Menandri, quam Thesaurum uocat, cuius argumentum tale est. Adolescens quidam prodigus uendiderat auaro cuidam seni uicino fundum hæreditate sibi à patre relictum, in quo pater uiuus absconderat thesaurum monumento clausum. Adolescens postquam rem familiarem decoxerat, mittit ad

senem

senem seruulum, ut aperto patris monumento thesaurum ad se recipiat. Senex operam nauans seruo, aperit monumentum, sed thesaurum sibi uendicat ac retinet. Mox iudicem implorans causam suam agit & de se occupato thesauro purgat, ac tuetur, priusquam adolescens ei litem intenderet, ad quem pertinere potius thesaurus uidebatur. Hoc ut ineptum & à Iuris, actionumq; forensium consuetudine alienum irridet ac reprehendit Terentius. Non enim decorum est, ut reus prius se defendat, quam accusetur ab actore. In secunda parte proposita per narrationem aduersarij obiectione defendit se argumento ab ignorantia dicto, concedens se à Menandro personas transtulisse, sed eius Comœdias traductas ante fuisse in Latinum sermonem ignorasse. Tum uero tuetur etiam sese exemplis aliorum. Postremo addit Epilogum, quo ueniam & attentionem petit.

ALIVD, CASP: CRVCIGERI.

Prologus est generis Iudicialis, qualibus solet uti Terentius, & uersatur in statu qualitatis. Excusat enim Poëtam, qui accusatus erat, fabulam confeciſſe furto, compilatis ueteribus Poëtis, cum ijsdem personis usus sit, sed priusquam sese defendit, ut aduersarij stultitiam ostendat & illi detrahat existimationem, recitat quædam ex illius fabulis pudenda errata. In exordio causam affert, cur in aduersarium inuchatur. Prima sententia continet locum beneuolentiæ,

lentiæ, ductum à studio Poëtæ, quod non cupiat quem quam lædere, Estq; figurata circumductione. Huic subijcit aduersatiuam, quod si uideatur durius tractare aduersarium, non id fieri studio maledicendi, sed necessitate respondendi, propterea quod ab illo sit lacessitus, Et ut aduersario inuidiam moueat, recenset fœdum illius erratum, qui adeo iudicio careat, & propemodum communi sensu, ut in quadam controuersia præposterè finxerit, reum quendam, qui possidebat thesaurum, prius defendere se, quam actor causam proposuisset, qui petebat thesaurum. Deinde addit comminationem figuratam præcisione, se habere multa alia, quæ dicat de aduersario, &c. Sequitur narratio, quæ recitat causam, de qua cogatur respondere, scilicet, quod accusetur furti, &c. Huic subijcit purgationem criminis, quæ constat translatione. Causatur enim ignorantiam, cum ait, se à Menandro Græco personas mutuatum esse, ignorantem, quod antea alij ijsdem personis fuerint usi. Hic primus locus est confutationis. SECVNDVS habet defensionem iuris, quo probat sibi hoc licere, ab exemplo seu consuetudine aliorum. Hunc locum concludit Epiphonemate, quod in eiusmodi argumentis nemo aliquid dicat, quod non sit ab alijs aliquando etiam inuentum & dictum.

ALIVD M. Ambrosij.

Prologus est generis Iudicialis, & uersatur in statu qualitatis. Excusat enim Poëtam aduersus Lauinium, à quo accusatus erat inuidiosissime, quod hanc fabulam

fabulam furto confeciſſet compilatis ueterum Comicorum argumentis & perſonis. Exordium cauſam continet inſtitutæ inuectiuæ contra aduerſarium, quod ſcilicet ſæpius prouocatus coactus ſit tandem reſpondere. Præmittitur autem locus beneuolentiæ de ingenio Poetæ, quod natura abhorret à ſtudio alicuem lædendi. Deinde ut ſe liberet maledicendi ſuſpicione prudenter addit hoc totum fieri neceſſitate reſpondendi, & ut aduerſario inuidiam moueat, & penitus detrahat exiſtimationem, recitat ex illius fabula pudenda errata, & hoc imprimis, quod ſine iudicio, & contra communem ſenſum in quadam controuerſia, de Theſauro finxerit reum prius ſe defendere in iudicio, quam actor ſeu accuſator, proponat cauſam illam, quare repetat Theſaurum. Huic recitationi maximi erroris admonitionem ſubijcit per quandam occupationem, ne aliquam poſthac occaſionem præbeat iterum reſpondendi. Se enim multa alia uicia habere, quibus ſtultitia & inſcitia aduerſarij oſtendi poſſit. NARRATIO continet breuem expurgationem præſentis cauſæ, de qua cogatur reſpondere, ſcilicet, quod accuſatus ſit furti Poëta. Quare ſubijcitur ſtatim purgatio obiecti criminis. Confutatur autem dupliciter, primo translatione, quod mutuatus ſit perſonas à Menandro, ſed ignorans, quod alij iſdem perſonis eſſent uſi. Secundo defenſione iuris ab exemplo ſeu conſuetudine, quod licitum ſit uti, ſicut proprio decoro perſonarum, ita etiam iiſdem perſonis, quibus alij ſunt uſi. Atq; hic locus clauditur e-

leganti

leganti Epiphonemate, quod in argumentis fabularum multæ dicuntur sententiæ, quæ ab alijs antea sunt dictæ. CONCLVSIO habet adhortationem ad spectatores, ut nihil offensi criminatione benevoli Poëtæ studeant hanc Comœdiam & utilem & iucundam penitus cognoscere.

ALIVD EIVSDEM.

Huius fabulæ prologus alijs, qui sunt in Terentio, concitatior & obscurior est. Quare, ut recte intelligatur, primum scribendi consilium & occasio spectanda est. Deinde consideranda est series ipsa. Occasionem præbuit indoctus Lauinius, qui sine modo ac fine reprehendere ausus est totum Poetæ studium in hac fabula uertenda, in qua nihil fere suum esset, sed hinc inde ex latinis Comicis multa mutuatus esset. Hæc falsa criminatio plerisq; uisa est nec indigna, nec prorsus abhorrere à ueritate. CONSILIVM uero hoc est, ostendere firmis argumentis. Primum criminationem aduersarij omnino fictam esse & falsam. Deinde hominem esse nulla eruditione nec iudicio præditum.

DE SERIE ORATIONIS PROLOGI.

Pertinet Prologus ad genus Iudiciale, status est Iuridicialis seu, ut uocant, qualitatis. Hic disputatur, quale sit factum, num honestum aut inhonestum, quod uidelicet Poëta personas ex Græca fabula in suam transtulerit, probat autem à consuetudine, quæ est

pars

pars legis, & ab exemplis, hoc maxime licere, nec á quoquam sano improbari posse. EXORDIVM duabus constat partibus. Primus locus est captatio beneuolentiæ, quæ sumitur á persona Poëtæ, quod natura sit talis, ut neminem cupiat etiam minimo uerbo ledere. Alter locus causam continet suæ responsionis aliquantulum uehementioris, ostendens se ad id prouocatum esse ab aduersario. Sed ne uideatur conuicium aliquod esse, quod initio aperte reprehendit ac damnat aduersarij scripta, monet breuiter hoc non esse conuicium existimandum, sed tantum responsum, propterea quod lacessitus hoc faciat. Huic causæ & accusationi suam subijcit sententiam de omnibus scriptis aduersarij, uidelicet, quod omnes eius Comœdias existimat indignas, quæ olim spectatæ sint, aut nunc legantur, & addit suæ sententiæ tanquam confirmationem, integram descriptionem insignis ac impudentis cuiusdam erroris, quem commisit in ea fabula, quæ nondum excidit ex hominum memoria, in qua præpostere explicauit controuersiam, fingens reum prius defendere suam causam apud iudicem, ante accusationem. Hoc exordium concludit comminatione, quæ sumitur ab occupatione, se plura adhuc & quidem maiora habere, quæ de inscitia aduersarij dici possunt, si non desinat lacessere. NARRATIO admodum breuis est, in qua tantum complectitur crimen obiectum ab aduersario, quo minime ferendum sit Poëtæ, & quod ostendere falsum esse ipsa honestas ac necessitas postulet. Defensio qua diluit artificiosis-

sime obiectum crimen, tribus constat locis. Primus est conceßio, qua ingenue fatetur, se transtuliße ex Græca fabula personas in suam. Secundus locus est, inficiatio, qua simpliciter negat Poëtam præsciuiße Colacem & Eunuchum Comœdias Menandri prius factas fuiße Latinas. Tertius locus, qui est maxime proprius & præcipuus in hac causa, est defensio iuris á consuetudine & ab exemplis, quod nullum sit futurum, nec inhoneßtum ijsdem uti personis, ut qua ratione obseruetur decorum personarum. Defensio clauditur Epiphonemate, quod uidelicet aduersarij criminatio sit contra omnem rationem ac communem sensum, ut qui hoc reprehendere ausus sit, quod omnes uirtutis loco habent, dicere aut imitari, quæ ab alijs ingenioßis dicta aut inuenta sunt. CONCLVSIO est adhortatio seu petitio, ut Poëtam omnino habeant excusatum, & in spectanda fabula beneuolos se præbeant.

PROLOGVS ALITER REDDItus â M. Ambrosio.

EXORDIVM. Principio, quod ad Poëtæ personam attinet, omnes uos hoc credere uelim eum longe abeße ab illorum ingenio, quibus uoluptas est bonos contemnere, & eosdem lædere. Deinde hoc nemínem offendat, quod malcuolum Poëtam tractet inclementius. Non enim hoc facit, aut conuiciandi aut nocendi studio, sed ut iam sæpius lacesßitus respondeat & simul ostendat, quam multa reprehendi posßint in fabulis omnibus Latinij negligentißime scriptis, quæ

quæ quales sint satis apparet ex illa Comœdia nunc nuper data, in qua contra communem sensum scripsit, reum prius se excusare apud Iudicem, quam quicquam proponat Actor. Quod uicium, ut est homo impudens, si nihil ad se pertinere arbitratur iam editis fabulis, longe errat. Audiet enim si perget lædere, eius generis alia multa uicia, & etiam maiora cum summo probro sibi obijci posse. NARRATIO. Porrò quid in hac Comœdia reprehendat paucis dabo. Postea quam sensit maleuolus hanc Comœdiam multis placere inuidens Poëtæ hanc gloriam, nihil magistratus autoritatem, aut alios bonos ueritus impudentissime exclamat, Comœdiam hanc, quam tantopere multi admirarentur, non esse Terentij, Personas enim præcipuas parasiti & militis ex alijs latinis Comœdijs esse ablatas. CONFVTATIO. Verum huius reprehensionem, non est difficile confutare, & purgare optimum Poëtam. Nunquam enim id studij habent in faciendis Comœdijs, ut sciens aliorum Comicorum scripta sibi arrogaret. Hoc autem ingenue fatetur, quod ex Menandro duas illas personas in Eunuchum suam transtulerit nihil tale cogitans, quod iste pro summo crimine ducit, easdem antea latinas esse factas, estq; Poëta ijsdem personis usus. Quia uidet hoc esse ex dignitate suæ Comœdiæ, & ante se idem multos ueteres fecisse, adeoq; id, quod res est, cogitauit, nullum esse dictum, quod non dictum esset prius. EPILOGVS. Quare cum audiatis Poëtæ huius innocentiam, æquum est, ut contemtis

maleuoli Poëtæ conuicijs hanc Comœdiam diligenter cognoscatis, ex qua ad uos singulos magna quædam uoluptas redire potest.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D: ANDREAE MISENI, *in Prologum Eunuchi.*

PARAPHRASIS PROLOGI IN Eunuchum, qui alioqui duriuscule præ Prologo Andriæ videtur cohærere.

Si quisquam est spectatores in hoc cætu uestro, qui studium atq; fauorem optimi cuiusque cogitet sibi demereri, nec multis aduersari, multosq; criminari, cum sordidum & illiberale sit, magnæq; petulantiæ signum, id uel inprimis Poëta noster se facere uelle profitetur. Si quis autem est ex uobis, qui me hodie oblitum esse putabit mei, lasciuius, paulo q; durius in se iudicabit, quam modestiæ Poëtæ nostri conueniat, is cogitet à me prouocato responderi, cum etiam acerbiora sit commeritus, nobisq; hanc responsionem (sic enim male uocare quam recriminationem) atq; defensionem Terentij nostri, indignitate rerum à se gestarum uel inuitis ertorsisse. Est autem peccatum eius, quod reprehensionem meretur, huiusmodi. Cum ante subinde alias atq; alias fabulas ediderit, ut famam & existimationem nostri Poëtæ uel elcuaret, uel obscuraret, in uni-

Tum si quis est.

in uniuersum tamen nihil aliud egit, quam quod egregiis bonas fabulas contaminaret. Nam etiamsi eas ex Græcis bene uerterit, quam laudem noster pro suo candore ei non derogat, ita tamen descripsit, ut totum argumenti ordinem postea edens, ineptissime inuerterit & conturbarit, ut merito ex bonis Græcis fabulis non sat bonas Latinas feciſſe posſit uideri. Addo, quod & nuper adeo peccatum ab eo est in fabula recens edita. Vertit atq; exire fecit Menandri fabulam quæ Φάσμα inscribitur, atq; in Thesauro latina sua fabula, in quam transtulit Menandri argumentum, scripsit reum quendam, senem scilicet, qui accusandus erat, prius coram Iudice excusare se, quam ab actore adolescente accusetur.

Argumentum Thesauri Latini.

Fingit enim senem, cuius auxilio seruus adolescentis cuiusdam in aperiendo monumento usus fuerat, intercipere thesaurum reconditum intra monumentum, in quod sepelierat adolescens ille parentem suum, putaretq; thesaurum suum esse, cum agrum, in quo sit monumentum, ab adolescente coemerit. Contra uero adolescentem contendere, thesaurum ad se pertinere se enim agrum seni, non monumentum patrium, non thesaurum intra monumentum reconditum, uendidisse. Controuertitur igitur de thesauro, utrius iure sit, senis ne an adolescentis. Inepte ergo describitur senex causam prius dicere, quare thesaurum in agro à se coemto sibi uindicet, quam adolescens, in cuius patrio monumento thesaurus repertus erat, accuset senem, fidemque faciat aut comprobet, thesaurum cum, utpote à suo

parenee olim illi monumento illatum, ad se pertinere.

Debinc ue frustre tur ipse se

Atq; hoc interpositum uolo audaciæ & impudentissimæ hominis temeritati, si quo modo maledictis lacessere Poëtam desinere uelit. Nec est, quod se fallens cogitet se iam liberatum, me effudisse semel, quicquid contra se dici posit. Prænomitum eum uolo. Habeo adhuc alia multa, quæ iam dissimulans ei condono, quibus instructus, si denuo decertandum mihi sit, nouus ueniam, hominisq; tam maleuoli & amentis frangere audaciam possum. Et quæso, audite tandem quomodo contra rem nostri uenerit, quid sit, quo Poëta noster fugillatus, grauissime offensus, contumeliosissimeq; acceptus, remordere uel inuitus cogatur. Cum essemus exhibituri senatui, populoq; Romano ab Aedilibus emtam Eunuchum Menandri, quam iterum iam agamus, datum est illi, ut inspicere una cum alijs spectatoribus posset. Præsente igitur & inspectante magistratu, cepta est agi fabula. Ille, quia maleuolentia suffusum pectus in theatrum secum attulerat, non potuit sibi temperare, quin inuidiæ suæ uirus in bonum Terentium euomeret, clamat, quæritatur, interturbat, quasi res indigna inciderit. Terentium furem esse, rapsodum esse, & compilatorem Poëmatum, non Poëtam, utpote qui fabulam ediderit, neq; quicquam uel rerum, uel uerborum à se inuentum addiderit, esse, aiebat, Colacem iam olim tam à Næuio quam Plauto uersam fabulam, id quod & persona testetur Thrasonis & Gnathonis in hac fabula. Nam illinc esse utramq; ablatam. Fatetur autem Poëta ingenue, si ea in re

Nunc quam acturi sumus.

in re peccatum sit, à se peccatum esse imprudentia. Neq; enim quicquam ex illis fabulis suffurari uoluit. Id ita se habere, uos ipsos huius rei iudices nihil dubitat admittere. Si id est peccatum

Extat Menandri fabula, quæ κόλαξ inscribitur, in qua est Colax parasitus, & glorioſus miles. Eas personas fatetur noster, se in suam hanc Eunuchum transtulisse. Verum tantum abest, ut ex fabula à Plauto & Næuio prius uersa suffurari quicquam uel potuerit uel uoluerit, ut etiam uersam fuisse ab illis sciisse se egregie perneget. Videte amabo hominis indocti inuidiam incredibilem. Vicio uertit nostro quod neutiquam reprehensionem merebatur. Nam si personas ex alijs mutuari non licet, multo minus res licebit mutuari. Atque ita nulli prorsus Comœdias ullas amplius scribere erit integrum. Si enim materiam Comœdiarum & Græcarum & Latinarum species, habet seruorum negocia, atq; illis pro decoro ubique tributas technas, furta, mendacia, ut heros fallant, ut emungant eos argento, ut currant. Item habet bonas matronas, malas, procaces, magnificas ac sumtuosas meretrices, heluonem parasitum, & uere ut infra dicitur, animum in patina habentem, atq; è flamma cibum petentem, iactabundum militem, qui quanquam ineptus perpetuo, tamen magnificis uerbis se iactet. Habet item suppositum puerum, habet item auaros lenones, quos uanitatis minime pudet ob rem. Habet impudentes Sycophantas, hoc est, bonorum extortores, & legum contortores, habet senes uel Colax Menãdri est.

Quod si personis ijsdem uti alijs non licet.

iracundos, uel commodos & placidos, habet amatores adolescentes, amoris q; uicia, odium, iniurias, suspiciones. Hæc omnia nemo amplius describere illo iudice, debebit, cum á ueteribus Poëtis prius sint uarie ex præceptis de personarum decoro perscripta. Egregia scilicet hominis sapientia, & acutum de scribendis Comœdijs iudicium. Breuiter, nihil iam dici aut scribi in tota Comœdiarum farragine potest quod non á ueteribus prius sit dictum. Dabitis igitur hoc æquitati, ut Poëtæ nostro licere putetis, quod uetustissimis ac doctissimis quibusue licuit, Quorum exemplum non ueretur noster imitari. Et tandem sinite hoc nos á uobis impetrare, ut nobis linguis atq; auribus fauentis, placideq; cum silentio spectetis, cognituri & quid complectatur Eunuchus, quidq; utilitatis uobis sit allatura.

Nullum iam est dictum.

EXORDIVM PROLOGI
Aliter commutatum.

Si quisquam est spectatores ea ingenij modestia & bonitate præditus, qui multorum bonorum studium atq; beneuolentiam sibi demereri, & non multis aduersari, neq; in eos calamum stringere cogitat, cum hoc magnæ petulentiæ signum sit, ex illorum numero noster Poëta se quoq; esse, non dubitat affirmare. Si quis autem durius in se dictum esse iudicet, quam pro Poëtæ nostri modestia, is uelim sic cogitet, me non petulanter mordere, sed Poëtam defendere, atq; illius dictoriys atq; conuicijs uarie atq; indignis modis prouocatum,

tum, respondere uoluisse, certus, neminem tam iniquum mihi futurum, quin putet, mihi lacesito citius & facilius, quam lacessenti ignosci debere, cum etiam acerbiora sit commeritus.

Profitetur nomen suum) h. e. dat suum nomen, in illorum numero esse uult, er wil vnter denen auch sein. Profiteri enim est, dare nomen, sich schatzen, oder ein schreiben lassen, id quod faciunt ciues, si facultates illorum censentur. Nam Metaphora hinc sumta est à consuetudine professionis, cum ciues profitebantur sua nomina apud tutores suos. Græcis dicitur ἀπογράφεσθαι profiteri, aut dare nomen. ἀπογραφὴ dicitur descriptio seu annotatio nominum, bonorum & facultatum, eorum, qui apud præfides prouinciarum professi erant. Sic Euangelista Lucas Cap. 2. usus est, Exijt decretum á Cæsare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis.

Dictum] h. e. conuicium. Nam qui lacessit, iacit dictum. Qui regerit lacessitus, respondet. Erasmus in conuiuio Poëtica ubi hunc locum diligenter excussit, additis rationibus, quare legendum sit, quale sit, prius qui bene uertendo, &c. Sicut eandem lectionem defendit in prouerb. Qui quæ uult dicit, quæ non uult audiet. BEMBVS sic legit.

Tum si quis est, qui dictum in se inclementius
Existimauit, sic existimet,
Responsum, non dictum esse, quia læsit prior
Qui bene uertendo, & easdem scribendo male
Ex Græcis bonis &c.

In his Poeta hic nomen profitetur suum] Hoc uerbo usus est Cicero lib.12. Epist.24. Me principem senatui P. Q. R. professus sum. Et Liuius lib.8. Decad.3. Nemo profiteri nomen ausus esset. Est autem profiteri nomen, idem quod dare nomen, uel ostendere se, sicut paulo post commutat. Liuius. Cum nemo ostenderet se, præter me. Sich ausgeben, Sich erfur thun, oder seinen namen lassen anschreiben, sicut milites dant sua nomina in classem, sicut idem Liuius eodem libro dixit, per metaphoram profiteri dixit Cicero, quod dicit Epist.27. eodem libro. Sic enim inquit, Omnibus inimicis reipub. esse me acerrimum hostem præ me fero, Ich lasse mich offentlich vornemen, ich rede es on alle schew. Profiteri enim dicebantur ciues Romani, qui referebantur. h.e. cum suas facultates indicabant, cum à senatu uel à proconsulibus, mandato senatus, uel Imperatoris agebantur census. Extant exempla apud Liuium. Et in historia Euangelica apud Lucam Cap.2. Ascendit autem Ioseph, ut profiteretur cum Maria, &c.

Vnde petitur] petere est actionem in rem instituere, Auff ein gut klagen. Cicero, ut illi, unde petetur, uetus atq; usitata exceptio daretur. Et Mi. Cato. apud Gell. lib.14. Cap.2. unde petitur, &c. Et in Instit. de interdict: Longe commodius est possidere, quam petere. Inde petitor. h.e. actor, der kleger. Ibidem, cum obscura sunt utriusq; partis iura, contra petitorem solet iudicari. h.e. ut alibi habet Regula Iuris, cum partium iura sunt obscura, reo potius fauendum est, quam actori, &c.

Causam

Causam dicere] Est purgare seu defendere se in iudicio. Rei proprie est. infra in Phor: Non causam dico, quin quod meritus est ferat. Et Cicero pro S. Roscio Amerino, causam dicit is, &c. Sic in Phorm. etiam dicit, causam orare.

In thensauro] ueteres Latini in multis uerbis adijciebant literam, n, ut infra in Hecyr. Sic legitur. Nam abducta à nobis prægnans fuerat filia, nec fuisse prægnantem, ante hunc unquam sciui diem. Et in Adelph. Sed uereor ne indiligens nimium fias. Eandem literam etiam in multis addebant, ut in And. Ex ipsa mil liens audiui. Et in Phorm. At enim tædet, etiam audire eadem milliens. Et in Heau: ut nihil credas intelligere, nisi idem dictum est centiens. Et in And. More hominum euenit, ut quid sim nactus mali, prius rescisceres, &c. Sed & sinctum pro ficto, & thensaurum pro thesauro, & formonsiorem pro formosiorem, alijs in locis dixit Terent. sic legitur recte in Prologo Eun: Thensauro pro Thesauro. Hæc Bembus.

Defunctus iam sum] h.e. liberatus iam sum, tutus sum, Ich bin nu herdurch. Defunctus sum, Ich habe gethan was mir zu stehet. Nihil amplius habet Poeta, quod mihi obijciat, quod exprobret, nihil est quod dicat mihi.

Puerum supponi) Hoc uerbo usus est etiam Iuuenal. Satyr: 6. Transeo suppositos pueros. Sueton. in Vitellione, pro auro & argento stannum & oricalcum suppositisse. Infra, Qui hunc supposuit nobis, felschlich beygebracht, Etwas anders an die stadt

geleget.

geleget, In Andria extat locus, ubi Dauus de induſtria contendit, filium Pamphilo ex Glycerio ſuſceptum eſſe ſuppoſitum. Sic & latini dicunt, ſupponere teſtamenta. h. e. ſubijcere falſum teſtamentum. Sicut habet Lex Cornelia de falſis, quæ etiam Teſtamentarea uocatur, quæ irrogat pœnam ei, qui teſtamentum, uel aliud inſtrumentum falſum ſcripſerit, ſignauerit, recitauerit, ſubiecerit, uel ſignum adulterinum fecerit, ſculpſerit, expreſſerit ſciens dolo malo. Cicero in paradoxis etiam dixit, ſubijcere teſtamenta.

SCHOLIA, quæ explicant Textum, Prologi Eunuchi.

Si quiſquam] Tuetur ſe Poëta aduerſus obtrectatoris calumnias. Accuſabatur enim furti, ut qui nihil ederet domi ſuæ natum, ſed tantum aliorum ſcripta compilaret. ἄλλως. propoſitio, in qua præfatur, ſe ad propoſitum reſpondere. Ita liberat ſe ſuſpicione petulantiæ. ἄλλως. primus locus huius prologi eſt occupatio, quæ oſtendit ſe coactum eſſe, ut aduerſario malediceret. ἄλλως. Locus communis eſt conſtans contentione. Etſi nolit quemquam lædere, tamen prouocatus reſpondet. Eſt autem hoc loco deſcriptio optimæ naturæ. Placere enim bonis eſt ſumma commendatio. Si] q. d. quod non dubito. Hæc dicuntur ad ſpectatores. Quiſquam] propter aduerſarium dicit, quiſquam. Eſt] i. in hac corona, in hoc cætu ueſtro. Exordium, in quo captat benenolen-

neuolentiam à persona Poëtæ, quem excusat, cur in aduersarium inuehatur. Placere) h.e. qui cupit se qui honestatem, qui hoc studium habet, ut neminem sine causa lædat. der nichts anders thut, denn was recht, ehrlich, vnd billich ist. Bonis] &was ehrlichen vnd auffrichtigen leuten wolgefellet. Illa sententia pertinet tantum ad bonos & modestos. Bonis] erbaren leuten. Multos] .i. quam paucissimos. Non nominat aduersarium, sed tantum pungit. Lædere] .i. qui non delectatur studio maledicendi. In his] .i. inter eos, qui minime delectantur conuicijs, inter hos bonos uiros. Hoc plane græce dictum est. Hic] .i. qui tamen reprehenditur à Lauinio. Profitetur] .i. se esse unum ex bonis, qui cupiunt non nocere, sed prodesse reipub. vnter solche wil er sich auch gerechnet haben, Er gibt sich auch dafür aus.

Tum] .i. præterea. Alter locus, qui continet causam suæ reprehensionis paululum durioris. Si quis) significat L. Lauinium. In se] .i. contra se. q. d. si quis putet se aliquo dicto læsum esse à Poeta. Inclementius] .i. durius, aut acerbius, das man jme zu hart vnd zu vnfreundlich habe zu gesprochen, vnd zu nahe geredt. Apud Plautum similis est locutio, Amarius pro amare. Existimat) pro, existimauit. Inclementius] das ich seinen ehren zu nahe rede. Dictum) .i. esse se notatum in prologo. Responsum] verantwortung, entschuldigung. Dictum] .i. non conuicium conuicio redditum. Dictum hic uocat moriacem iocum, quo recriminatur aduersarium, à quo conuicijs

conuicijs prius erat laceßitus & offenſus. Græcis dicitur σκώμμα. h.e. mordax ſermo. Inde dicax, qui iocoſis ſalibus mordet, qui eſt mordax in dicendo, der da ſtiche gibt. Infra in hac fabula. Dolet dictum imprudenti adoleſcenti. Vide Vallam lib. 5. C. 309. In Phor : Allatum , non relatum dicit. Non dictum] .i. innocentem & reſponſum immeritum, Quale ſit] Confirmatio ſuæ ſententiæ de fabulis aduerſarij. Quale ſit] h.e. exempli gratia, Hic locus multos eruditos uiros torſit. Nam Petrus Bembus hos uerſus aliter legendos eſſe indicat in hunc modum, Exiſtimauit eſſe, ſic exiſtimet. Reſponſum non dictum, quia læſit prior. In his autem uerbis Eraſmus Roterodamus piæ memoriæ uir doctiſſimus deſiderat ſenſum argutum , ac Terentio dignum. Non enim ideo læſit prior, quia male uertit Græcas fabulas, ſed quia Terentianas carpſerat. Teſtatur etiam in colloquijs ſuis poſteritati relictis ſibi Londini olim à Thoma Linacro in omni genere philoſophiæ doctiſſimo oſtenſum eſſe codicem mira uetuſtate , in quo ſic ſcriptum fuerit, ſic exiſtimet, ſciat, Reſponſum, non dictum eſſe, quale ſit, prius qui bene uertendo & eas deſcribendo male, Ex Græcis bonis, Latinas fecit non bonas. Idem Menandri Phaſma nunc nuper dedit. Hunc uero ſermonem ita ordinandum eſſe iudicat, ut, quale ſit, iudicet ſubijciendum exemplum prioris dicti. Minitabatur ſe uicißim reprehenſurum aliquid in fabulis eius, à quo fuerat reprehenſus. Atq; hic negat uideri debere conuicium, ſed reſponſum. Qui laceßit, iacit dictum,

dictum, Qui regerit lacessitus, respondet. Huius rei promittit exemplum, Quale sit, quod Græcis, dicitur οἷον, Latinis, Quod genus, aut, ueluti, siue uidelicet, aut puta, aut exempli causa. Germanicis, wie das ist, als nemlich, wie man sonst sagt, quod genus hoc sit, scilicet, quod sequitur, als das ist, Et est ad Græcam imitationem á Terentio positum. Deinde subijcit reprehensionem, in qua, prius, aduerbium respondet ad alterum aduerbium ueluti diuersum, quod sequitur, nuper, quemadmodum pronomen, qui, respondet ad dictionem, idem. Veteres enim Laumij fabulas in totum damnat, quoniam iam exciderant ex hominum memória. In his, quas nuper dedisset, certa notat loca. Præpositio autem, ex, pertinet ad finem carminis præcedentis, Qui bene uertendo, & eas describendo male, ex Græcis bonis, Latinas fecit non bonas. Hæc uidetur Erasmo esse huius loci germana lectio, ueruscp; Comici sensus.

Qui) .i uetus Poëta æmulus Terentij. Quale] .i. illud responsum. Est crimen in aduersarium. Bene] h.e. qui non bene uertit. Bene, pro, minime bene. Male describendo pertinet ad uerba ipsius, qui uertit h.e. qui nullum ornamentum, & nullam dignitatem orationis addiderit. Vertendo pertinet ad sententiam autoris, & est Ironia. Vertendo) q. d. ipse uertit quidem, sed pessime. Describendo male) .i. quod non adhibuit dignitatem seu decorum orationi. q.d. non peccauit in argumento, sed in re, uerbis non illustrauit sententiam. Bene) Ironia & dicitur per κατάχρησιν. Sententia huius loci est, Qui prius

prius male uertit multas fabulas, quarum non meministis, idem nuper dedit ineptam fabulam. Phasma. ß. cuius potestis meminisse. Bonis) .i. fabulis Menandri. Latinas] .i. fabulas. Fecit] .i. qui male uertit in latinam linguam. Addit exemplum, quomodo eius aduersarij peccent in uertendis fabulis. Non bonas). i. quarum non meministis. q. d. ex Græcis uertere, non est peccatum. Sed male uertere est peccatum. Idem). i. Lauinius. Dedit). i. exhibuit spectandam Comœdiam, edidit, in lucem dedit, diuulgauit. Est enim edere librum, facere ut exeat, ein buch lassen ausgehen, ut, Lutherus noui Testamenti postremam uersionem iam edidit. Phasma] est nomen fabulæ apud Menandrum, & significat spectrum uel apparitionem, ein gesichte oder erscheinung, á Græco uerbo φαντάσω. h. e. appareo & luceo. Qui autem sit status istius Comœdiæ Phasmatis, uide apud Donatum commentatorem Terentij. Atq; hanc fabulam totam damnat, ut apparet, silentio. Thesaurum uero non totum, sed ex uno loco. Phasma] Hæc fabula nomen habet ab aspiciendo uirgine subito oblata adolescenti.

Atq; Thesauro) .i. controuersia illa pro thesauro. Scripsit) .i. Lauinius uertendo ex Græcum, ubi deponitur aurum, seu repositorium auri, schatzkasten, ἄυρος prisca lingua Græca uocarunt aurum & θέω. i. Pono. Alij legunt, á thesauro. h. e. propter thesaurum. Græca imitatio est. Causam dicere) .i. illum senem se defendere & excusare apud iudicem.

iudicem. Vnde).i. á quo .i. qui reus est der vmb das geld &wird angesprochen. Alludit ad actionem, quæ apud Iureconsultos uocatur rei uindicatio, qua repetimus dominium rei, quam aduersarius iniuste tenet. Hæc actio olim dicta est, Ex iure manum conserrum uocare. Nam hæc formula pertinuit ad eam actionem, quam nunc uocant, rei uindicationem. Illic) pro ille, Sicut est in Andr: Illic est huic rei caput, pro ille. Vide Pris: lib: 12. Suum) .i. ad se pertineat thesaurus, quare ipse sit possessor. Qui petit) id est, petitor, aduersarius, der kleger, i. dicat in iudicio, actor. Verbum est iudiciorum & frequens apud Quintilianum, Einen ansprechen, accusare, agere causam. Ille) .i. dicat causam. Vnde) .i. á quo. Patrium) das vom vater gelassen &war. Monumentum) .i. quod emerat senex, qui thesaurum possidebat. Causa cadere, die sache vorlieren. Monumentum, ein grab, Sicut Comites & ueteres soliti sunt habere magnam religionem sepulcrorum. Peruenerit) .i. senex emto agro, & uendicando sibi thesauro illic defosso. Causam dicere, formula latina est. Significat autem purgare se, defendere se, respondere ad accusationem actoris, sich für dem richter verantworten. Nam qui reus est, is causam dicit. Reus, der beklagte. Actor, der kleger. Infra in Adelph: Aduersum ne illum causam dicerem. Summa autem sententiæ est, scripsit quendam reum, unde petebatur aurum, prius se defendere, quare aurum sit suum, quam ille accusator, qui petit aurum, dicat unde sit thesaurus. Vult igitur dicere, Reus prius excusat

se, quam agit actor. Quod est contra consuetudinem & naturam iudicij.

Dehinc) Alia causa per reiectionem, Ego alia iam dicam, & ista occupatione terret aduersarium. ἄλλως. Concludit exordium cum occupatione. ἄλλως. Conclusio prioris partis Prologi, qua respondet aduersario, & minatur ei, ut absterreat eum á maledicentia. Se enim plura eius errata prolaturum in lucem, nisi desinat maledicere. Ipse).i. Lauinius aduersarius. Frustretur) .i. ne seipsum fallat aduersarius, er teusche sich nicht selbs. Cogitet) id est, ut nihil sit sollicitus, quod aliquid merito contra sua scripta dici poßit. Dehinc) Præcisio. Defunctus) Mimesis, cum aliquis representat alterius uerba, q. d. Ich bin vber den berg. Ich habe es vorbracht, vnd ausgericht. Est propria uox hominis temerarij, qui sic solet dicere, & wenn sie nur ein ding gethan haben, fragen sie nicht dornach, man lobe oder schende es. Apud Ciceronem pro sua domo, equidem iam defunctus sum. Infra in Adelph: Vtinam hoc modo sit defunctum. q.d. iam destiti periclitari. Vide Vallam lib: 5. Cap: 5. & Cap: 44. Nihil) q.d. Omnia contemsi. Dicat) .i. obijciat Terentius mihi, aut poßit dicere, q. d. frustra est, omnia contemno. Erret) .i. illa sua fiducia. Ich wil den warnen, h. e. ne se fallat, ne ipse se seducat, ne ipse sibi indulgeat, & omnia tuta promittat, Er betriege sich selbst nicht, er verfüre sich nicht er sey nicht zugewiß. Desinat) .i. ne præbeat occasionem respondendi, Er höre auff vnnütz zu sein.

Lacessere

Lacessere significat irritare seu ad certamen prouocare, einen anreitzen, oder ausfoddern. Virg: Eclog: 3. Efficiam posthac, ne quenquam uoce lacessas. Habeo) Hoc est humanissime dictum. Alia) id est, non solum unum erratum, sed multa. Loquitur de insscitia ipsius Lauinij. Præcisio, cum aliquid reijcimus tanq̃ indignũ aut intempestiuum. Condonabuntur). i. maleuolo. Erasmus iudicat esse mendum in hoc uersu, cum clausus sit Senarius Spondeo. Putat autem legendum, condonabitur ἀπροσῶπως, aut condonabimus mutato numero personæ. Vide conuiuium Poëticũ. Quæ). i. errata à Lauinio. Proferentur) .i. publicantur, in medium afferentur, sollen an tag komen, Ich wil sie zu marck, vnd fein auff die ban bringen. Proferre est in lucem ferre, diuulgare, in uulgus spargere, aut disseminare, etwas an den tag bringen, oder herfür bringen. Hor: In apricum proferet ætas. Lædere) .i. Poëtam, q. d. Si non desineẽ calumniari fabulas Terentij. Exponit autem uocabulum lacessere. Ita) .i. tam audacter. Vt) .i. quemadmodum. Instituit) .i. incepit. Cic: lib: 5. Epi: Et ea, quæ habes instituta, perpolies, Entwerffen, wie ein maler. Totum exordium est sumtum ex loco communi, qui quæ uult dicit, quæ non uult audiet. Nunc) Narratio, in qua recitat causam, cur sit lacessitus ad respondendum. ἄλλως. Ratio, qua respondet ad calumniam aduersarij cum recitatione causarum, Quare sit lacessitus ad respondendum. Quam) id est, fabulam latinam factam. Menandri) id est Terentij, .i. quam transtulit ex Menandro, qui primus fuit autor istius Comœdiæ. Eunuchum) .i. fabulam. E-

merunt).i. Comœdiam á Poëta. De ædilibus uide supra. Perfecit)i.obtinuit aduersarius Lauinius. Hat es dahin gebracht. Acturi) .i. representaturi. Inspiciundi).i.legendi fabulam,das er möchte dabey sein,vnd sehen &wie sie agirt würde,non tanquam alij spectatores, sed calumniandi causa. Magistratus).i. cum ibi adessent ædiles. Ibi) .i. in Theatro. Temerarium & stultum iudicium Lauinij de circumstantia personarum,q.d. non tantum uulgus,sed & magistratus. Occepta) .i. Eunuchus. Intellige bis actam esse. Exclamat).i.Lauinius uetus Poëta, tanquam rusticus. Furem).i. Terentium, ut qui utatur alienis scriptis pro suo.Ipse est fur, non Poëta. Quare autem sit,iam exponit.Dedisse).i.exhibuisse,h.e.nihil omnino esse suum, nihil addidisse de suo stylo,nullam esse elegantiam sermonis in ea Comœdia. Verborum) .i. styli sui, q.d. Nihil addidisse noui.Colacem)Probatio aduersarij, quod sit futurum.Colacem).i. exclamat ueterem fabulam esse. Expositio furti seu criminis. κόλαξ .i. adulator,assentator, qui fictis blanditijs alicui blanditur,ein schmeichler.Inde ortum est prouerbium, satius esse incidere εἰς κόραλας,ἢ εἰς κόλακας,αἱ κολακεύω.i. assentor & κολακία. i.ars parasitica. Nœui) .i. Poëtarum Comicorum,q.d.Menandri fabulam antea esse translatam. Inde).i. ex Colace Plauti. Militis) .i. Thrasonis. Verborum) h. e. non adhibuisse aliquam orationis elegantiam, nec ulla orationis lumina. Aliqui intelligunt, aut neminem fefellisse, aut nihil addidisse de suo. Dare enim uerba est decipere.

Nam

Nam qui rem expectat & nihil præter uerba inuenit, deceptus est. Vnde nostra lingua dicimus, uerba sunt, Es sind narrenteydung. Parasiti) Parasitus item Græcum est, q. d. Sectatorem ciborum & mensæ, qui gulæ gratia nihil non facit, tantum ut se saginet. Quia omnia ad uoluntatem eius loquitur, cuius pane uiuit, Ein schmarutzer, einer der der nasehweide nach gehet, der gerne vmb sunst frisset, suppenknecht. Inde) .i. exclamat in Terentium.

Si id est peccatum) Concessio qua ingenue fatetur se transtulisse ex Græca fabula personas in suam Comœdiam. Id) .i. uti iisdem personis, uel, ablatas esse personas. Purgatio criminis cum ignorantia. Primo inquit, Non uolo contendere. Si factum est, factum est imprudentia. Quod autem fit imprudentia, est ignorandum. Ego hoc imprudentia feci, Ergo est ignorandum, & est Enthymema. ἄπλως. Purgatio a translatione criminis in ignorantiam. Imprudentia) .i. imprudenter hoc fecit, non de industria furtum fecit. Peccatum) .i. uicium. Id ita esse) Communicatio admodum grata. Id) .i. non esse furtum. Iudicare) abnemen. Colax) .i. fabulæ nomen. Primus locus est confessio, q. d. libere fateor, quod sum imitatus Menandrum. In ea) .i. fabula. Glorioſus) .i. Thraso, ein scharrhans, der von grossen streichen sagt. ἀλαζών. rhumretig. Eas) .i. personas ambas. Colax Concessio. Negat) .i. Terentius. Suam) .i. fabulam. Græca) .i. fabula Menandri. Eas) Græcas fabulas Menandri. Factas) .i. uersas ex Græco in Latinum.

Secundus locus est, Inficiatio qua hic utitur. Pernegat) .i. plane negat. Fabulas) .i. Colacem & Eunuchum. Quod si) Tertius locus defensionis à consuetudine & exemplis aliorum ductus, q. d. Hoc non potest reprehendi, si quis obseruat decorum personarum. Deinde dicta non reprehenduntur, quæ ex Græcis in Latinum transferuntur. Ergo multo minus hoc de personis potest reprehendi. Alijs non licet) id est, si non liceret ijsdem personis uti, non licebit etiam suum cuiq; personæ officium attribuere. Qui) .i. quomodo, cur, Aduerbium est. Scribere) .i. fingere multos Poëtas, q. d. Si non licet transferre nomina ex alijs Comœdijs, multo minus licebit uti alijs negocijs & rebus quas personæ in Comœdijs solent agere. Licet) id est, quod reprehendit Lauinius. Ijsdem) id est, quibus alij sunt usi. Magis) q. d. tum nemo amplius scribet latinas Comœdias. Currentes) .i. Dromones, ut in Heau: Est Periphrasis scribendi Comœdias. Facere) .i. fingere, describere. Bonas) .i. honestas. Matronas) Vt Nausistratam. Malas) .i. facere, generaliter dictum est. Meretrices) Vt Thaidem & Bachidem. Parasitum) .i. cuius animus semper est in patinis. der vmb eines stück brots willen thut, &was einer haben &wil. Edacem) fresser, ut Gnathonem. Glorioſum) Vt Thrasonem .i. facere. Supponi) .i. in alterius locum positum introduci. Puerum) .i. suppositititium fingere. Ein fundling, ein &wechsel kind. Supponere significat loco ueri pueri adulterinum ponere, & subijcere. Vnde suppositititius puer, ein fundling. Falli) .i. Vt

Demeam

Demeam & Simonem, sicut audiuimus in Andria. Amare) .i. affectus illos. Dicit nunc de rebus, posteaquam personam descripsit. Suspicari) Est Periphrasis amoris. Amare) id est, amatores introducere. Denique] Concludit Epiphonemate locum defensionis. Prius) .i. à ueteribus, q. d. Nos iam uetera tantum renouamus. Denique) .i. breuiter, summa summarum. Iam) .i. hoc tempore. Dictum) .i. ab ijs, de quo scribitur uel dicitur.

Quare) Conclusio ab autoritate aliorum, in qua conuertit sermonem ad spectatores. Cognoscere) .i. hunc morem Comicorum. Ignoscere) .i. postea iudicare. Paranomasia est, cum similitudine literarum deflectimus uocem in contrarium. Veteres) .i. non mali, sed eruditi. Noui) id est, Comici Poëtæ. Date) sehet vleißig zu, thut mir das zu dienste. Adhortatio, in qua pulcre monet, quæ res acquirantur, ad cognoscendum aliquod bonum scriptum, scilicet, ut amet & animaduertat. Cum silentio) .i. nolite sic præcipitanter iudicare, priusquam penitus cognoscatis. Quid sit) .i. quid contineat hæc fabula, quanta sit in ea suauitas & elegantia, quid oblectamenti & utilitatis afferat hæc Comœdia, quæ inscribitur Eunuchus. Operam) .i. studium in illa Comœdia cognoscenda. Animaduertite) .i. sitis intenti in hanc solam rem. Pernoscatis) Commendatio huius fabulæ. Velit) .i. quam habeat commendationem, quam sit uenusta, quam sit utilis in omni humana uita.

ACTVS I. SCENA I.

ARGVMENTVM IOANNIS STIG: in Act. I. Scen: I. Quid igitur &c.

Quo clarius ob oculos ponat amantium amentiam, id quod potißimum ſtudet Terentius in hac Comœdia, initio Protaſis opponit Thraſoni riualem pari amore erga Thaidem correptum, á qua cum eſſet per aliquot dies excluſus, dolet impatienti animo, ac deliberat, an redeundum ſibi ſit cum Thaide in gratiam, idq; facit adeo anxie & dubie, ut facile agnoſcas animum adoleſcentis amore perterritum. Idcirco etiam additur illi ſeruus Parmeno, qui labantem erigit & in uiam reducere conatur, eiq; dat conſilium, ut recte ac fortiter ferat amoris moleſtiam, & quantum omnino poßit, extricare ſeſe laboret. Docet igitur hæc Scena, quam miſeri ſint, quam excæcati & emotæ mentis, qui amoris illecebris ſeſe omnino dediderunt, ut recte Plautus in Trinumno. Act: 2. Nam qui (ait) in amore præcipitauit, peius perit, quam ſi ſaxo ſaliat, & eſſe in amore innumerabilia mala, ubiq; etiam ſcriptorum teſtimonio comprobatur. Nam apud eundem recenſentur hæc incommoda, Inſomnia, ærumna, error, & terror, & fuga, ineptia, ſtultitiaq;, adeo, & temeritas, incogitantia, excors, immodeſtia, petulantia, cupiditas, & maleuolentia. Inhæret etiam auiditas, deſidia, iniuria, inopia, contumelia, & diſpendium. Ad has incommoditates cauendas meminerint pueri utile eſſe propoſitum, ut Ouidius inquit. lib: 1. de Remed:

Remed. Sæuas extinguere flammas, Nec ſeruum uicijs pectus habere ſuum.

ALIVD M. Caſpari Crucigeri.

Producitur adoleſcens amator militis riualis. Is conſultat cum ſeruulo, num renocatus ab amica redire debeat. Fingitur enim plenus ſtomachi, quod non erat ab illa admiſſus, & cum maxime feruet ira, tamen impatientia amoris uincitur. Ac pulcre pingit hæc Scena, quæ ſint amoris uicia, quam nihil conſulto aut moderate faciant amantes & tractatur locus communis, quod amor non admittat conſilium. Extent eodem argumento paſſim multæ deſcriptiones & ſententiæ Poëtarum & dignus uiſus eſt hic locus, quem prope ad uerbum exſcriberent Poëtæ. Nam multos uerſus Horatius hinc eſt mutuatus, cum uelut exemplum ponit ineptiarum, quæ ſunt in amantibus lib. 2. Sermo. Satyr. 3. Exordium Patheticum eſt continens propoſitionem, Non redibo ne rogatus quidem. Additur à ſeruulo aduerſatiua ab impotentia amoris ſumta, Imo non poteris amori repugnare. Hæc amplificatur loco communi, quod amor non poſſit ſibi moderari. Et additur occupatio, qua confutat illius iracundiam. Poſtea ſequitur πάθος adoleſcentis exaggerantis ſuam miſeriam. Ad extremum ſubijcitur conſilium, ut potius cedat amori, quam fruſtra repugnet. Eſt ergo principalis propoſitio, fruſtra eſt amori uelle repugnare. Ratio, quia non admittit conſilium, Amor eſt amaror & error. Re-

liqua sunt ornandi et amplificandi causa addita ex loco communi de natura amoris, &c.

ALIVD M. Ambrosij.

Adolescens militis riualis impacientissime fert, quod non ex animo redametur á Thaide, cuius rei inde facit iudicium, quod se excludi, & alterum recipi intelligat. Stomachatur autem mirum in modum, quod non fuerit admissus, & talem omnino se ostendit, ut qui nunquam posthac expetere uelit Thaidis amorem. Sic incensus consultat cum seruo, num redire debeat, si fuerit reuocatus ab amica, Tandem uero uincitur impacientia amoris, & mox intellecta serui sententia de amore init secum rationem, ut quam primum precibus redeat ad Thaidem. Porro hæc Scena pulcre pingit, quanta sint in amore uicia, & quam nihil consulto, aut moderate faciant amatores. Estq; hic insignis locus communis de natura & ui amoris, quo loco & alij Poëtæ & oratores unice delectati crebram istius mentionem fecerunt.

ALIVD EIVSDEM.

Est in more Terentio in prima Scena commemorare fabulæ occasiones, quod idem etiam hic facturus est. Sed in proxima Scena sequenti integrè exponet summam argumenti. In prima uero Scena hoc agitur tantum, ut significet, quod adolescens amator plane non fuerit apud se, posteaquam intellexit se non esse eximium apud amicam. Estq; hæc tota descriptio insaniæ ac indignationis adolescentis propter amorem

amorem occasio narrationis, quæ postea sequetur. Porro pulcre pingit hæc Scena, quæ sint in amore uicia, & quam nihil faciant amatores consilio aut moderate. Quare obseruandus est hic locus, tanquam communis, amorem, non posse regi consilio, aut ratione. Atq; hic locus dignus est uisus, quem multi ad uerbum exscriberent, ac scriptis suis insererent, sicut Horatius fecit lib. 2. Ser. Saty. 3.

Porrigis irato puero cum poma, recusat.
Sume catelle? negat. Si non des, optat. Amator
Exclusus qui distat? ait ubi secum, eat, an non,
Quo rediturus erat non accersitus, & hæret.

Inuisis foribus. Et Cicero lib. 4. Tusc. Quæst. hunc etiam locum tanquam insignem citat, eumq; exponit de illicito, seu ut ipse ait, de non naturali amore, cuius hæc uerba sunt, omnibus ex animi perturbationibus est profecta nulla uehementior. Nam (ut illa præteream, quæ sunt furoris) hæc ipsa per sese, quam habent leuitatem, quæ uidentur esse mediocria, iniuriæ, suspiciones, inimicitiæ, inducæ, bellum, pax rursum. Incerta hæc, si tu postules ratione certa facere, nihilo plus ages, quam si des operam, ut cum ratione insanias. Hæc inconstantia, mutabilitasq; mentis, quem non ipsa prauitate deterreat.

ALIVD EIVSDEM.

Primæ duæ Scenæ continent fabulæ occasiones, & summam protasis. In prima Scena uarie & iucunde describitur uis meretricij amoris, quo ita immutantur hominum animi, ut totam naturã exuisse uideãtur.

Has

Hac descriptione tanquam insigni ita delectatus est Cicero, ut lib. 4. Tusc. Quæst. Cum disputat de fœda perturbatione mentis in amore integros uersus ex hoc loco recitet. Quare prodest hunc locum communem bene meditatum & cognitum habere, ut uideant adolescentes, quanta sit inconstantia & mutabilitas animi ex amore, ut ipsa prauitate rei deterreantur. Orationes duæ sunt elegantissimæ in hac Scena. Altera adolescentis, in qua deliberat de exclusione Thaidis prorsus nolens succumbere amori. Altera est serui de uicijs in amore, & de amatorum imbecillitate prædicens id futurum tandem, quod etiam accidit, ut amori adolescens penitus succumbat, estq; additum grauissimum præceptum de amore meretriceo fugiendo.

ALIVD ἄσυλον.

Hæc Scena pro parte est explicatio argumenti. Nam cum in prologis, in quibus argumentum pro more Comicorum erat recitandum, conflictetur cum suis æmulis ac tueatur se aduersus obtrectatorum calumnias & crimina, in primis Scenis recitat plerunq; argumentum fabulæ uel præludit in eis integræ narrationi, quæ instituentur in sequenti Scena, quod fit in hac Comœdia. Introducitur autem in hac Scena Phædria grauissime conquerens de contumelia & natura meretricis, á qua indignissime & præter meritum sit exclusus. Huic adolescenti colluctanti cum amore Thaidis, & moleste ferenti exclusionem tribuitur seruus, cum quo consultat, quo nam modo iniuriam ulciſci

eiſci poſſit. Hæc querela præbet occaſionem recitationi integri argumenti. Nam interea dum adoleſcens ob contumeliam ſtomachatur, & ſecum deliberat, quo nam modo amorem excutiat & ſe ex fœda captiuitate liberet, meretrix prodit ac fabulæ argumentum recitat. Inprimis uero obſeruabunt hic ſtudioſi locum communem de ui & efficacia amoris, quod conſilio & ratione regi non poſſit, ut inquit Propertius lib. 2. Errat qui finem uæſani quærit amoris, Verus amor nullum nouit habere modum.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. AND. MISENI in Act. I. Scen: I.

Quid faciam, non eam) Ex hac Scena integrum locum repetiuit M. Cicero lib. 4. Tuſc. quæſt. Et Perſius Satyr. 5.

Nunc ferus & uiolens, at ſi uocet, haud mora, ueias,
Quidnam igitur faciam? nec nunc, cum accerſitur, & Supplicet, accedam? ſi totus & integer illinc (ultro
Exieris, nunc nunc, hic hic, quem quærimus, hic eſt, &c.

Horatius etiam ualdè eleganter repetit, ut ſingula fere uerba, ita conſilium Poëtæ, quod ſecutus eſt in deſcriptione furioſi amatoris & ſerui quem pro decoro facit ſapientiorem ipſo hero.

AMATOR

Excluſus qui diſtat? ait ubi ſecum, eat, an non,
Quo rediturus erat non accerſitus, & hæret

Inuiſis

Inuisis foribus nec nunc cum me uocet ultro,
Accedam? an potius mediter finire dolores?
Excluſit, reuocat, redeam? non ſi obſecret, Ecce
Seruus non paulo ſapientior: ô Here, quæ res
Nec modum habet, neq; conſiliũ, ratione, modoq;
Tractari nõ uult. In amore hæc ſunt mala, Bellũ,
Pax rurſum, hæc ſi quis tempeſtatis prope ritu
Mobilia & cæca fluitantia ſorte, laboret
Reddere certa, ſibi nihilo plus explicet, ac ſi
Inſanire paret certa ratione modoq;

Quæ res in ſenec. conſilium) Ouid. 2. de Arte.

Et lenis Cupido eſt, et habet geminas, quibus euo
Difficile eſt illis impoſuiſſe modum. (let alas,

Bellum pax rurſum] ſupra in And. Amantium iræ, amoris redintegratio.

Vna falſa lacrumula) ſupra in And. Lacrimæ confictæ dolis, reducant animum ægrotum ad miſericordiam. Tibullus lib. 2. Inraui quotiens rediturum a limina nunquam.

Cum bene iuraui, pes tamen ipſe redit,

Virg. 4. Aen.

Improbe amor, quid non mortalia pectora togis?
Ire iterum in lacrimis iterum tentare precando
Cogitur.

SCHOLIA, quæ explicant Textum,

Act. I. Scenæ I.

Phædria deliberat ſecum, an excluſus à Thaide uel debeat uel uelit ad eam etiam reuocatus & precibus ſollicitatus redire. Verba ſerui ad ornatum pertinent.

rient. Constant enim loco communi. ἄλλως. Phædria initio deliberat, sed paulo post succumbit amori, idq; futurum esse, seruus præmonet & commemorat amatorum imbecillitatem. ἄλλως. Consultat amator cum seruulo, rediturus ne sit ad amicam, à qua exclusus erat ἄλλως. ut esset plus turbarum, opponit militi riualem, quem fingit ægre concedere dies aliquot, dum à milite Thais munus extorqueat. Quid igitur faciam) Exordium plane est Patheticum, & ratiocinatio animi perditi. Principio oratio adolescentis habet dubitationem cum duabus partibus, an uelit redire etiam rogatus, cum sit ab ea exclusus. Faciam] post multas cogitationes erumpit tandem in hanc uocem. Sumtum est autem ex Menandro, ἐὰν τὰ ἐμὰ ποιῶ. Virg. Heu quid agam. Non eam]. i. ad Thaidem. Prima pars deliberationis seu dubitationis. Ne) secunda pars deliberationis. Accersor] .i. à Thaide. Vltro) .i. non admonita & rogata Thaide, uel, sine meo rogatu, on meine forderung. Propositio est. An potius) Allegat suos affectus. Comparem). i. instituam, obstirnem animũ, decernam apud me, sol ich mir ein solch mannes hertze fürsen, sol ich mich also halten, sol ich mich darnach schicken. Potius) Est altera pars deliberationis. Non perpeti] oder sol ich das leiden .i. contemnere Thaidem. Meretricum) propter odium utitur plurali numero pro singulari. Perpeti]. i. euoluere me ex amore meretriceo. Exclusit]. i. me existentem amatorem, Sie hat mir die Thür geweist. Addit catalogum iniuriarum & contumeliarum.

drum. Non dicit, Admisit. Reuocat] .i. Thais post exclusionem. Redeam] Redit ad deliberationem, & addit propositionem contmentem consilium. Non] .i. cupio ad illam redire. Obsecret) .i. oret per omnia sacra, &wenn sie mich vmb Gottes willen bete. Terentius uoluit hoc loco quandam imagimem effingere amatoris, ineptiæ & stultitiæ amantium.

Siquidem) Sequitur aduersatiua conditio, quod impoßibile sit repugnare amori. Posis) .i. obstirmare animum tuum, &wenn du nicht der man were, der du bist. Conditionalis propositio, & prima pars est concessio. Prius] .i. potius, melius honestius. besser, q.d. nihil esset præstantius, uel laudabilius. Est propositio consilij. Fortius] .i. magis uirile est, Es &were nichts menlichers. Verum] Correctio. q.d. scio te non posse uincere animum, ut ipsa careas. Item, uide, ne illud consilium frustra sumas. Incipies] .i. eam contemnere, quod non uelis eam obsecrare. Altera pars propositionis. q.d. non poteris diutius ferre amicæ absentiam. Perficies) wirst es nicht können hinaus füren. q.d. tum erit nihil inhonestius. Alij legunt, pertendes, quo etiam Terentius alias usus est, ueluti in Heau: Video non licere, ut cupiam hoc pertendere. Eodem modo Propertius li. 2. Quod si pertendes animo uestita cubare, scissa uestemeas experiere manus. Sic Cicero, Nos Cnei Pompeij decretum cum fœderibus, quorum acerbißima diligentia est pertendemus? Gnauiter) .i. prudenter, strenue, dapffer, redlich, hortig, keck. Deriuatur autem à

tem á nomine gnauus, dapffer. Vnde fit uerbum, nauare. Pati) .i. uim amoris, aut, ut ab ea absis. Pati) .i. obfirmare, quin concilies tibi illam amicam. Vbi non poteris pati) Idem est, quod statim subiecit, ferre non posse. Germani sic efferunt, Wenn du es nicht wirst können lassen, Wenn du es nicht wirst können vbers hertz bringen. Vbi non poteris tibi temperare, quin redeas cum ipsa in gratiam. Nemo) .i. ultro. Infecta) .i. non confecta, uel, cum nondum eritis reconciliati, Wenn ihr euch noch nicht vertragen habt. Vltro) .i. non uocatus, nullo instigante, tua sponte. Eam) .i. Thaidem. Indicans) .i. supplex apud Thaidem. Ferre) .i. absentiam Thaidis, uel, si non poteris te continere, quin redeas, uel, ut ipsa te non redamet. Actum est) Es ist vmb dich geschehen. Prouerbium est, quo significamus desperationem. Græci dicunt πεπραγται. Ilicet) Formula sumta á iudicijs. Nam re transacta preco solebat dicere, Wenn die sache in güte vertragen War. Ilicet, q. d. ire licet, ziehet nu hin, q. d. Hic seruus, Ilico peristi, ut nihil de salute cogitandum sit. Seruius uult transumtum esse á sacrificijs. Nam Sacerdos peractis sacris ilicet, id est, ire licet, dicebat. Peristi) Es ist keine hoffnung mehr mit dir, es ist mit dir aus. Eludet) .i. insultabit tibi tanquam uicto, sie Wird deiner in die zehne spotten, Sie Wird dich vor einen narren halten, sie Wird dich noch darzu spotten vnd vexiren. Vi-ctum) .i. te esse ita molli animo, ut non possis ab ea abesse. Du wirst dich jhr müssen vntergeben. Subiectio est consilij á uehementia amoris.

Proin) Conclusio deliberationis, qua petit ab eo consilium. Cum enim Phædria audit subesse tantum periculi, adhortatur eum, ut suadeat, quid sit agendum. Proin) Apocope, pro, proinde. Cogita] .i. quid sit faciendum. Etiam atque etiam) id est, sedulo & diligenter cogita, ut illis malis remedium inueniamus, denck vleißig drauff. sic & dicimus, Etiam atq; etiam te rogo, ich bitte dich vleißig, obnixe abs te contendo. Cogita). i. diligenter excogita consilium. Tempus) .i. dum adhuc integrum est. &weil es sich noch leiden wil. Here) Hic locus integer est Syllogismus, Impossibile est, ut illa res rogatur consilio, quæ neq; modum neq; consilium habet, Amor neq; consilium, neq; modum habet. Ergo non potes eum regere consilio uel ratione. Here) Respondet Parmeno ex loco communi. Propositio autem est, tu non potes amori resistere, Ratio est, Quia amor non admittit consilium. Mimus Publianus, Amare & sapere uix deo conceditur, q. d. Hic Parmeno, tu non potes imperare tuo animo. Here) Maior in Syllogismo, & est compellantis cum quadam commiseratione. Consilium) do keine hoffnung mehr da ist. Modum) Es ist dir nicht müglich, das du der sachen kanst helffen. Eam) id est, rem Consilio) .i. cogitationibus & rationibus. Locus communis est, Qui amant, non sunt suæ potestatis. Regere) Consilium est dictamen rationis. Modus est affectus rationis.

In amore) .i. illicito, non naturali. Enumerat inconstantias & mutabilitates animorum in amore. Qui-

re. Ouid: Res est solliciti plena timoris amor. Plautus. Amor & melle & felle fœcundissimus. In amore) Minor Syllogismi est, & congeries uiciorum, quæ sunt in amore. Similis congeries est in Plautino Mercatore, Nam amorem hæc cuncta uicia sectari solent Cura, ægritudo, dolor, nimiaq; elegantia &c. Vicia) gebrechen, vnart, vnlust, hader. Vicia) .i. mala incommoda. Iniuriæ) das einer dem andern hohn beweiset. Facit Catalogum inconmodorum, & significat primo, quod in amore nulla sit iustitia. Iniuria est in dicto & facto. Sospiciones) .i. sunt in amore, das einer den andern vordenckt, oder böse gedancken hat. Inimiciciæ) feindschafft. Induciæ) anstand, tageleist, fristage, sunt, quando ad tempus suspenduntur illa, quæ solent fieri in bello. Amor enim est quasi militia. Bellum) Sie schlagen vnd reuffen sich mit einander. Pax rursum) balde sind sie wieder gute freunde. Amantium iræ amoris redintegratio est. Incerta) .i. in amore, vnbestendige ding. Postules) .i. uelis, uel, coneris. Wenn du dich es vnterstehen wilt. Certa) .i. firma, q. d. ut ista non accidant, quæ sunt in amore. Concluſio cum Epiphonemate, Ergo non potes resistere amori. Ratione) .i. consilio. Agas) .i. in illa tota causa omni ratione adhibita, q. d. omnino frustra laboras, nihil efficias, du richst nichtes mehr aus. Amplificat conclusionem ex absurdo. Insanias) .i. rem impossibilem accipias, uel, frustra aliquid tentes. Amor illicitus caret modo & ratione. Ergo non potest duci. Ratione, klug vnd eim narr zu gleich sein. Vide pro-

uerb: Simul sorbere & flare difficile. Cicero in quarta Tusculana hunc locum de amatorum inconstantia & animorum mutabilitate citat. Vt cum ratione insanis) Idem est, quod Ouidius inquit, Crede mihi, stulto nemo in amore sapit, & illa est propositio prima, Ego nolo rogare Thaidem, ut admittat. Altera propositio est, frustra repugnatur amori. Ratio, quia non admittit consilium, & idem dicit, quod alias in Prouerbio dicitur, Amor est amaror & error.

Et quod) Occupatio, qua confutat illius iracundiam, & stultas cogitationis, quas poterat ille obijcere. Amator enim quando est iratus, egregie se ipsum potest fallere. Tu) .i. iratus existens. Ego ne) Sunt Ellipses Patheticæ, in quibus μιμητικῶς recitat adolescens irati cogitationes. Illam) .i. orarem, ferrem, amarem, accederem. Nimia indignatio amat ἀπροσωπησίαν. Illam) .i. ulciscar. Illum) .i. Thrasonem admisit, aut recepit. Me) .i. excluſit. Non) .i. me uoluit admittere. Hæ Ellipses significant indignationem & iram eius. Sine) Las mir nur der weile. Mori) .i. quam perpeti istas contumelias & iniurias meretricum. Modo) .i. me ulciscí. Significatio, quod in tempore uelit se ulciscí. Malum) .i. quam ut tale aliquid faciam, quam ut illi supplex fiam. Mori) .i. quam redire cum Thaide in gratiam. Sentiet) id est, Thais, sie sol es wol jnnen werden. Comminatio est. Qui vir) .i. quam fortis, quam constans, quam iratus. Siem) .i. Gloriatio cogitationum. Hæc) id est, tua. Descriptio ineptiarum, quæ sunt in amore. Ab amante la-

te lacrimis redimas iracundiam. Verba) .i. plena indignationis. Vult significare esse sine affectu. Hercle) Est confirmatio iurantis, Nere, flere, amare sciunt mulieres. Lacrumula) Auxesis. Quam) .i. lacrimulam. Amans iratus multa mentitur sibi. Exponit, quod dixit falsa lacrimula. Vi) id est, non facile. Restinguet) .i. illam iracundiam. Metaphora sumta est ab incendio. Respicit enim ad iracundiam hominis. Ira quasi ignis incenditur. Igitur dicit, Restinguet, sie &wird dirs aus dem sinn reden. Accusabit) .i. supplex ei fies. Alij legunt, Accusabis .i. agnosces tuam culpam, du &wirst dir die schuld geben. Vltro) .i. iuxta uoluntatem Thaidis. Ei) .i. Thaidi. Supplicium) .i. iniunges tibi certam pœnam. Formula Latina est, fies illi obnoxius, dedes te illi seruum, du &wirst dich &willig in jr straffe geben. Amatorum imbecillitas describitur. Supplicium) .i. tanquam bene meritus. Ouid: Neue puellarum lacrimis moueare cauето Vt fleant, oculos erudiere suos.

O indignum) Exclamatio Pathetica, qua detestatur illum amorem meretricium, estq; uice epilogi. ἄλλως. Commouetur adolescens uerbis serui. ἄλλως. Pingit Terentius, qualis solet esse pugna in istis affectibus, & quam illis ratio non potest imperare. Illam) id est, Thaidem. Nunc) .i. tandem. Miserum) i. amore. Vide prouerb: Malo accepto stultus sapit, Tibullus lib: 3. Felix quicunq; dolore alterius discet posse carere tuo. Item, Ictus piscator sapit. Tædet) .i. incepti amoris, propterea quod sit

illicitus. Vel, propter illum illicitum amorem. Incipit exponere magnitudinem miseriarum. Ardeo) .i. tamen non desisto, quanquam hoc malum sentio. Ponit descriptionem, quomodo sit miser. Et) .i. tum, ad extremum Finis ipsius uoluptatis. Prudens) .i. pro me, mea persona, mea prouidentia, mit meinem bedacht Sciens) .i. exemplo aliorum, mit gutem &wissen, q. d. sciens me certo periculo, maloq; expono. Viuus) stehend vnd sehend. Finis amatorum est, quod uiui & uidentes pereunt. Idem dicit Virg: Eclog: 8. Vi uidi, ut perij, ut me malus abstulit error. Germani sic dicunt, Mit sehenden augen blind sein, oder betrogen &werden. Sciens) .i. admonitus per alios. Viuus) .i. non mortuus. Videns) .i. non dormiens. Summa est amplificatio. Talis enim uoluptas non sinit hominem etiam quæ cognouit recta sequi, Sicut lib: 7. Meta: inquit Medea, Video meliora proboq;, Deteriora sequor. Agam) .i. tam inops sim consilij, ut nesciam, quo me explicem. Scio) .i. ut possim liberari tandem illa molestia & curis. Agam) .i. in meo amore, q. d. nulla est amplius in me ratio.

Quid agas) .i. illud. Reprehendentis, q. d. tu profecto nihil ages. Locus communis est, feras, non culpes, quod uitari non potest. Nisi) Consilium, ut cedat potius amori quam ut frustra repugnet, & est Epilogus istius orationis. Redimas) Altera pars consilij. Captum) .i. amore Thaidis. Minimo) .i. sumtu, auff das aller leichtlichste. Paululo) .i. te redimere. At) jedoch. Queas) .i. te redimere. Metaphora est, q. d. potius da te

da te illi supplicem, quam istam sollicitudinem teneas. Afflictes).i.propter eam rem,uel,afflictes te istis cogitationibus,scilicet,ego ne illam &c. Itane) Fingitur quasi ligatus cathenis. Suades).i. me posse fieri liberum. Suades) Morale præceptum est,ut ea feramus, quæ non possunt mutari. Si sapis) .i. uolueris consultum tuis rebus, & cohæret cum superioribus. Parmeno subijcit humanissimum consilium, non tantum de amore,sed etiam de omnibus alijs molestijs. Addas).i. alias molestias. Res aduersæ sunt æquo animo ferendæ. Habet) .i. affert. Molestias) .i. quibus te afflictes. Recte).i.pacienter. Sed) Parasi:ad sequentem scenam. Ipsa) .i. Thais. Egreditur).i. cum magna pompa. Est admirantis cũ magna significatione doloris. Fundi) .i. nostræ substantiæ, nostrorum bonorum. Calamitas) .i. pernicies nostræ rei familiaris. Illustris Periphrasis meretricis & est Metaphora prouerbialis,quam Pœta ipse explicat,Quæ nos capere oportet hæc intercipit,h. e. ad hanc defertur omnis fructus laborum nostrorum. Est autem elegans uerbum, intercipere,vnter den henden einem etwas wegnemen. Fundus est Vocabulum generale, Ager speciale. Capere) .i. ex re familiari,q. d. Vnde nos deberemus habere uictũ in tota nostra uita. Hæc) .i. Thais. Intercipit).i. illa omnia consumit, sie nimbt es vns für dem maule hinweg. Intercipit) .i. priusquam nos attingamus, Rustici grandinem uocant proprie calamitatem, quod communat calamum, ut inquit Donatus. Hinc per translationem pro maximo damno ponitur. Hic uero

pro ipsa Thaide intelligitur, quæ Phædriæ & seruo non aliter noceat, quam uel maxima calamitas facere soleat. Discendum ergo est ex hac Scena, quod solus amor non possit inuenire aliquod remedium, iuxta Ouidium, Omnes humanos sanat medicina dolores, Solus amor morbi non amat artificem.

ARGVMENTVM IOAN: STIG: in Act: I. SCEN: II. Miseram me &c.

Expostulationem habet hæc Scena Phædriæ cum Thaide, quæ reddens ei rationem excusat se de exclusione, & tandem non difficulter blandimentis suis impetrat, ut in rus secedat Phædria, & locũ det Thrasoni. Porrò quemadmodum in Prologo superioris Comœdiæ occupatus Terentius in confutandis aduersarij criminationibus argumenti rationem in prima Scena explicat, Ita etiam hic, cum in proæmio necessario respondendum erat maledicentiæ Lauinij, in hac Scena bonam, magnamque partem argumenti exponit. Duo autem potissimum hic obseruanda sunt, natura uidelicet meretricum, & amantium conscientia. In Thaide enim proponit exemplum ingeniosæ, facundæ, & blandæ meretricis, quæ suis persuasionibus ac blanditijs, in quamcunque partem lubet, rapit animum amantis In Phædria proponit exemplum animi amore obcæcati, qui facile patitur Phaleratis dictis sibi quiduis persuaderi. Quibus exemplis admoneantur pueri, cauendum

uendum esse ab inhonestis amoribus, quorum exitus cum maximis periculis grauissimisq; pœnis coniunctus est, ut ille apud Plautum inquit. Truc. uelut meretrix meum herum miserum sua blanditia intulit in paupertem, priuauit bonis, luce, honore, atq; amicis. Atq; his amissis quid est, quod amitti possit mmore cum dolore ac mœstitia.

ALIVD, CASP. CRVCIGERI.

Quia Thais Phædriam accersérat antea exclusum, nunc prodit quasi ultro occursura, ut illum placet quem metuebat offensum. Et primum recensét illi causam, cur militem admiserit. Deinde petit, ut militi biduum concedat, dum ab eo uirginem auferat. Et ut in more est Terentio principio actionis argumentum fabulæ exponere, Ita hic quoq; in narratione meretricis summam argumenti confert. Exponit occasiones reliquarum partium in fabula. Nam propter uirginem, cuius adipiscendæ causa militem fouebat, omnes turbæ existent. Et quia hoc principale negocium est in fabula, oportuit pluribus exponi, cuius esset uirgo, & quas causas haberet, cur illam tantopere cuperet abducere á milite. Exordium constat affectibus & expostulatione adolescentis. Aspergunturautem ioci quidam amarulenti á seruulo in meretricem, & hic & per totam fere scenam. Atq; hinc transitus fit ad narrationem, quæ est aucta omnibus circumstantijs & occasionibus, quæ sit uirgo, quomodo secum á puero educata sit, quo modo postea missa & nunc á milite allata.

ALIVD M. Ambrosij.

Instituit in hac Scena integram narrationem in qua summam argumenti, & occasiones reliquarum partium huius fabulæ complectitur. Nam quæ hic pluribus dicuntur de puella, cuius causa militem Thaïs apud se fouebat ad principalem partem argumenti pertinet, unde postea omnia consilia, omnes turbæ orientur. Porro narratio ipsa plurimum habet uenustatis, quæ mirabiliter aucta est commemoratione circumstantiarum, uidelicet quomodo à pueris puella educata fuerit & quomodo postea amissa & nunc demum allata sit à milite. Additur & causa, quare tantopere puellam retinere cupiat. Præterea aspersæ sunt in tota narratione amarulenti ioci serui in meretricem, quibus egregie eludit & extenuat omnia illius dicta tanquam falsissima, Sed narrationi præmittitur expostulatio adolescentis cum Thaide, ut esset iustus aditus ad excusationem, quæ instituitur in narratione.

ALIVD EIVSDEM.

Prodit Thaïs, posteaquam accersi iusserat Phædriam, maximopere studens illum placare, quem sciebat offensum esse. Principio itaq; recenset causam, quare admiserit militem, in qua re explicanda longa utitur narratione, quæ mirabiliter aucta est, multis circumstantijs & occasionibus, scilicet, quæ sit uirgo, quomodo à puero secum educata, quomodo postea amissa, & nunc à milite allata sit. Huic narrationi ioci

ioci quidam amarulenti asperguntur à seruo in meretricem. Deinde rogat Phædriam, ut militi biduum concedat, dum ab eo uirginem auferat. Sed hanc rem amatori difficillimam non facile persuadere potest. Tandem uero multis rationibus hoc impetrat hac conditione, ut ne longius biduo adolescens abesse cogatur. Cæterum quod alias Terentius facit, ut in principio actionis exponat fabulæ argumentum, id etiam in hac narratione, quam tribuit meretrici, diligenter obseruauit, in qua præter summam argumenti exponit etiam occasiones reliquarum partium in tota fabula. Propter uirginem enim, cuius adipiscendæ causa Thais apud se militem fouebat, omnes turbæ existent.

ALIVD EIVSDEM.

In hac Scena copiosius exponit argumenti summam. & omnes occasiones, quæ sunt principales in tota fabula. Oratio meretricis blandissima est omni artificio ornata, ut persuadeat adolescenti, eum non esse excluſum ullius contumeliæ causa, sed propter puellam, quam miles emerat, ut eam Thaidi donaret. Expostulatio etiam adolescentis acerbissima est sed in momento quasi totum se dat ad lenitatem fictis argumentis Thaidis, & quod antea se nullo modo facturum constituerat, omnino fit supplex Thaidi. Porro accusationi & defensioni asperſi sunt ioci admodum hilares, sed satis amarulenti, quibus depingitur ingenium, & mores meretricis.

ALIVD

ALIVD ἄδηλον.

Hæc Scena continet plenam explicationem argumenti & occasionem sequentium tumultuum. Thais autem Phædriam molestè ferentem exclusionem ad se uocatum maximopere placare studet. Præcipuas rationes affert, quare eo excluso militem admiserit, nempe, ut uirginem à milite adductam & secum à primis annis eductam auferret. Hæc narratio, qua factum excusat, est ornata & amplificata quatuor egregijs circumstantijs, uidelicet, quomodo puella matri à mercatore sit dono data. Secundo, quomodo à primis statim annis sit educata. Tertio quomodo postea amissa. Quarto, & nunc demum à milite emta & allata. Hæ quatuor circumstantiæ, quibus tota narratio absoluitur, uerbis proprijs, perspicuis, et significantibus explicantur, quæ narrationem adeo reddunt apertam & dilucidam, ut pro exemplo optimæ narrationis haberi possit. Porro ut narratio plus haberet & uenustatis, aspersa sunt in plerisq; locis amarulenta scommata, & acerbi ioci in meretricem, quibus Parmeno pro sua natura omnia illius dicta & facta exagitat & ut falsissima extenuat. Principio præmittitur expostulatio amatoris Phædriæ cum Thaide, propter exclusionem, ut Thaidi detur iusta occasio ad excusationem, quæ instituetur in ipsa narratione.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. ANDR: MISENI IN Act: I. Scenam II.

Vereor,

Vereor, ne illud grauius tulerit] *h.e.ne iniquo animo acceperit, ne illud male habeat* Phædriam, *das es den nicht sehr verdriesse.*

Neue aliorsum atq; ego feci acceperit) *h.e. ne siniſtre accipiat, ne aliter accipiat, quam ego uel acceturum putauerim, uel accipi uoluerim, das er mirs nicht anders auslege, denn ich es gemeinet habe, das ers nicht anders anneme. Sic enim Germanica lingua potest reddere uerbum,* Accipio.

Quia sum apud te primus] 2. *Habeo apud te primas.* 3. *Habeo apud te priores partes.* 4. *Præponor alijs apud te.* 5. *Præferor alijs.* 6 *Plus amor aut diligor.* 7. *Tuo cordi sum carior milite.*

Ita res erat] *Elegans formula. q. d. neceßitas postulabat, fieri aliter non potuit, faciendum sic fuit, parendum erat neceßitati, die not erforderts, Ich kund jm nicht anders thun.*

Astringo tibi meam fidem] *.i. polliceor me taciturum. Formula latina est, do tibi fidem, promitto me taciturum, ich sage dir zu, das ich schweigen wil.*

Taceo & contineo optime] *Continere elegans uerbum est. Germani etiam proprie reddunt,* Ich kan es bey mir behalten, Ich kan es wol verschweigen. *Idem uerbum quoq; est apud* Horat. *Nec retinent patulæ commissa fideliter aures, &c.*

Sum plenus rimarum, hac atq; illac perfluo] *Metaphora prouerbialis est a uase fictili ducta, in quod etiamsi plurimum aquæ fundas, tamen per*

rimas

rimas effluit, Est ergo sententia, non potero conticere, quin effutiam continuo mendacia, Ich werde die lügen nicht können verschweigen.

Si vis taceri] Taceri impersonale est, so du es wilt verschwiegen haben. Sic supra in And. facile poterat quiesci. Item infra in Adelph. Vnde emergi non potest. Quanquam hic etiam per licentiam Poeticam passiue usus est.

Samia mihi mater fuit) In hac narratione diligenter obseruabis consilium, & ingenium Poëtæ in enumerandis causis seu circumstantijs. Vides enim ingeniose & apto ordine quæq; recenseri à meretrice, ut commodius, cum sic sibi aditum ad animum Phædriæ pararit, petitionem tandem subijciat. q.d. cum tam paruula sit abducta hinc ex Attica, cum tam diligenter mater eam eduxerit, atq; si filia fuerit, cum habita sit soror, cumq; hinc abrepta, ciuis Attica sit, cupio eam suis reddere, ut beneficio isto non uulgari, amicos parem, cum sciam me imiturum non esse exiguam gratiam à parentibus eius. Igitur cum res ea mihi bono futura sit, quæso concedas aliquantisper militi, ut cum te abesse sentiat, credat se tibi præponi, idq; fiat tantisper, donec puellam abduxerim. Atq; ita ista obseruanda esse indicat responsio Phædriæ, quæ tandem subijcitur, Ac ego nesciebam quorsum tu ires, &c. Est enim elegans μίμησις uerborum in qua per ironiam satis acerbe repetit capita narrationis, seu circumstantias, cur scilicet tantopere desideret meretrix abductam puellam à milite. Et apparet ex hac Mimesi,

Mimesi, Poëtam esse delectatum ordine isto narrationis & dispositione. q. d. Tota narratione, quantumuis prolixa, in eo est, eodem redit, &c. Placuit hic locus etiam Quintiliano. Ideo inseruit suo lib. IX. pro eleganti exemplo μιμήσεως uerborum. Vide locum. Atq; hoc diligenter obseruandum est, ubiq; in Terentio, non tantum in hoc loco. Nam ubi insignem aliquem locum, egregiam aliquam descriptionem inseruit, qua ipse sibi placuit, utpote in qua prodere uoluit & acumen ingenij & felicitatem inuentionis, solet subinde ipse indicare, quomodo uelit intelligi, aut quorsum cat, id quod diligentis lectoris est obseruare. Sic infra etiam elegantissime in persona Parmenonis serui admonet nos, quorsum in uniuersum referenda sint omnia de amatoribus adolescentibus, cum inquit, Dij boni, quid hoc morbi est, Adeon' homines immutarier ex amore, ut non cognoscas, eundem esse, Hoc nemo fuit minus ineptus, magis seuerus quisquam, nec magis continens. Sic deinde etiam admirabili quodam consilio, & insigni quadam arte inducit Gnathonem, ut qui præfatur de suis studijs, moribus, ratione uitæ, de suo aucupio seu quæstu, & de moribus ac ingenio Thrasonis. Quasi monuisse uoluerit optimus Poëta, eodem cadere omnia in hac tota descriptione Gnathonis & Thrasonis, ut uideas, quam flexibilis, quam deuius sit animus eius, qui quæstus & fœnoris gratia ad alterius non modo sensum ac uoluntatem, sed etiam uultum atq; nutum conuertitur, modo se sagiret, modo nicat cutis, modo ocio uictus suppetat. Sic & ipse

Poëta

Poeta inquit, uiden' ocium & cibus quid faciat alienus? Idq; obsequuntur Gnathones a Thrasonibus gloriosis, iactanticulis, ardelionibus, qui nihil non sibi arrogant, nihil non sibi sumunt, de quauis re glorantur, se solos præ reliquis magni faciunt, cum sint ad singula ineptissimi. Id uero ita se habere, indicant uerba, cum inquit, Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum uolunt, nec sunt, hos consector, hisce ego non paro me ut rideant, sed his ultro arrideo, et eorum ingenia admiror simul, quicquid dicunt laudo, Id rursum si negant, laudo id quoq;, negat quis, nego, ait, aio, &c. Vide Ciceronem.

Neque per ætatem etiam poterat) Formula latina est. q.d. cum tam paruula esset, pueritia non sinebat, tale quippiam significare. Sie kunte es nicht thun, weil sie jung war. Cicero pro C. Rabirio, Si per ætatem scire potuisses, deiner jugent halben. Cicero lib. 12. Epist. 23. Quod nullam partem per ætatem saluæ reipub. gustare potuisti. Et infra in Adelph. Parcere hæc iam diu per annos non poterat. h. e. alters halben. Cicero lib. 13. Epist. 30. Vt primum per ætatem iudicium facere potuisti.

Ex Attica hinc abreptam] Abripere. h. e. Vi rapere, entfüren. Inde raptus uirginis uel uiduæ, uel sanctimonialis, per uim factus, de quo habet lex Iulia, de ui publica seu priuata. Et in L. de raptu uirginum seu uiduarum, nec non sanctimonialium. Inde et raptor, qui uel per uim, uel sine ui rapit. Sic enim uocantur in Legib: Ciuil. et in Pōtificijs. Vide 36. Quæst. 1. & in Decret. de raptoribus.

Poeta inquit, uiden' ocium & cibus quid faciat alie-
nus? Idq; obsequuntur Gnathones à Thrasonibus glo-
riosis, iactanticulis, ardelionibus, qui nihil non sibi ar-
rogant, nihil non sibi sumunt, de quauis re gloriantur,
se solos præ reliquis magni faciunt, cum sint ad singu-
[illegible] uero ita se habere indicant uerba, cum



uel sanctim[illegible] ...iactus, de quo habet lex
Iulia, de ui publi[illegible] riuata. Et in L. de raptu uir-
ginum seu uiduarum, nec non sanctimonialium. Inde et
raptor, qui uel per uim, uel sine ui rapit. Sic enim uo-
cantur in Legib: Ciuil. et in Pōtificijs. Vide 36. Quæst.
1. & in Decret. de raptoribus.

E Sunio)

E Sunio) *Sunij meminit etiam Homerus Odiss: 3. in nauigatione Nestoris à Troia. Vocat autem Homerus Sunium sacrum promontorium Atheniensiũ.* ἀλλ' ὅτε σούνιον ἱερὸν ἀφικόμεθ' ἄκρον Ἀθηνῶν. *Vide Melam lib: 2. Cap: 3.*

Qui mihi reliquit hæc omnia) *Germani sic assequuntur vim verbi.* [illegible]

Panu Panu Stanislawowy Hrabij St[illegible]

[illegible] Stopnicki [illegible] Starosty,



[illegible]

Rndo Dno Sebastiano

[illegible]

id quod sæpe in huiusm[illegible] [illegible]us solet fieri. Nam etiamsi omittas uoce[illegible]i, sententiæ nihil decedit. Tale est hoc quoq; Minime gentium. Item, ubicunq; terrarum aut locorum. Germani lingua simpli-

ESunio) *Sunij meminit etiam Homerus Odiss: 3. in nauigatione Nestoris à Troia. Vocat autem Homerus Sunium sacrum promontorium Athenienſiũ.* ἀλλ' ὅτε σούνιον ἱερὸν ἀφικόμεθ' ἄκρον Ἀθηνῶν. *Vide Melam lib: 2. Cap: 3.*

Qui mihi reliquit hæc omnia) *Germani sic assequuntur uim uerbi, Relinquere in hac ſignificatione, Mortuus reliquit liberis ſuis amplam hæreditatem, do er geſtorben iſt, hat er ſeinen kindern viel guts gelaſſen. Sic eſt infra in Phor: Si talentum rem reliquiſſet decem. Item in Hecyr: Quid reliquit Phania.*

Effluet) *Es wird ausbrechen, h. e. hoc utrumq; non continebo, ſed diſſeminabo, ut palam ſit. Perſtat enim in Metaphora, quam traxit à uaſe pleno rimarum, quod hac illac perfluit. Cicero hac Metaphora aliter uſus eſt lib: 6. Epiſt: 19. Tanta eſt intimorum multitudo, quod ex his potius aliquis effluat, quam nouo ſit aditus, h. e. tantus numerus eſt amicorum, ut citius deſeratur aut negligatur aliquis, quam ut tu uel alius nouus amicus recipi poßit. Aliter etiam uſus eſt lib: 7. Epiſt: 14. Dabo operam, ut iſtuc ueniam, antequam plane ex animo tuo effluo, h. e. Priuſquam excedam ex animo tuo, priuſquam obliteretur in animo tuo memoria mei, Ehe du mein vergeſſeſt.*

Interea loci) *Loci per Pleonaſmum abundat, id quod ſæpe in huiuſmodi orationibus ſolet fieri. Nam etiamſi omittas uocem, loci, ſententiæ nihil decedit. Tale eſt hoc quoq; Mimime gentium. Item, ubicunq; terrarum aut locorum. Germani lingua ſimpli-*

cter reddit, vnter des, mit nicht, du seyst &wie du wolst. Infra in Hecyr: Vbiuis gentium & usquam gentium, Sic infra in Eu: Iam dudum ætatem.

Quam intimum te habeam) h. e. quam unice te habeam, ut tibi cædam omnia consilia. Supra in Andr: Dauus intimus eorum consilijs, &wie getrewlich ich es mit dir meine.

Producit) Elegans uerbum est, producere. Significat autem hic uenalem expoere, auff den marck füren zu feylen kaufe. Sic infra quoq; usus est in Heau: Omnes produxi ac uendidi. Producit, qui uult uendere. Licetur, qui emturus est. Liceri, felschen. Vendere, verkeuffen. Emere, keuffen. Vnde uenditor & emtor uerbalia.

Ad virginem animum adiecit). i. cæpit eam amare. Adijcere animum, formula latina est, quam Germani etiam assequuntur, den muth oder sinn werffen. Supra in Andr: Animum ad aliquod studium adiungam. Cupio abducere) Obseruandum hoc loco est uerbum abducere. Neq; enim significat, &weg füren, Sed, von jhm zu bringen.

Vt suis restituam) Supra in Andr: quoq; usus est, Restitue me in quem accepisti locum. Est autem restituere, wieder einsetzen, &wieder zu recht bringen. Suet: in Cæs. In integrum restituit.

Perdoluit) .i. uicit dolorem, er hat es vber das hertz gebracht. Ouidius lib. 1. De Rem. amoris, Optimus ille fuit uindex lædentia pectus Vincula qui rupit, dedoluitq; semel.

Nescie-

Nesciebam, quorsum tu ires) Metaphora est, quam Germani etiam utcunq; assequuntur, cum sic uertimus, Ich wüste nicht, wo du zu letzt doch hinaus wolst, h. e. quorsum uelles dicta, quam tam diligenter urgebas, quomodo uelles accipi.

Omnia verba huc redeunt] Similis Metaphora, q. d. huc recidunt omnia, huc eunt omnia, Es gehet alles darauff, es zeucht sich alles dohin.

Nunc vbi sensisti meam benignitatem in te claudier) Item est Metaphora, q. d. an unquam negaui tibi petenti quid duis, quin dederim, An unquam desideresti in me aliquid uel officij uel liberalitatis, Ich habe dir alles gegeben, was du gebeten hast. Obseruandum est autem uocabulum benignitas, quod liberalitatem significat, gutwilligkeit, uel Cicerone lib: 1. offic: teste. Huic coniuncta est, inquit, beneficentia, quam eandem uel benignitatem uel liberalitatem appellare licet. Inde benignitas, Liberalitas, beneficentia idem significant. Item, benignus, beneficus, aut liberalis, kostfrey, qui liberaliter donat amicis, aut qui non parce facit sumtus. Solæ reginæ vtuntur) Vel ex hoc loco apparet fuisse Eunuchos in delitijs præpotentibus fœminis, quas hic reginas uocat non aliter, quam Horatius diuitem uocauit Cappadocum regem. Et infra apud Terent: in Phor: Me regem esse oportuit.

Ex animo dicere) Vere dicere, sincere dicere, ohne arg, ohne falsch, von hertzen reden. Contraria sunt, Dissimulanter loqui, ficate loqui. Lucianus, πάγε ἀπὸ καρδίας φασίν.

Labascit) Er sinckt, er felt dahin. à labor, eris. Inde labasco. Infra in Adelph: Labascit.

Nunc me iudicet) Er schatz mich nach der art der ander &weiber. Supra in Andr: Charinus sic dicit, Qui tuum animum ex animo spectaui meo, h. e. qui te putaui tam candide loqui & agere, tamq; dextre colore amicicium, quam ego. Quæ mihi sum conscia) Germani sic uertunt, atq; assequuntur etiam, als viel ich mir bewust bin, als viel ich mich zu erinnern &weis. Quicquid huius feci) Absolute usus est pronomine, huius, nec cohæret cum genitiuo, uirginis, id quod obseruandum est. Sententia igitur erit, quicquid huius feci, scilicet, in hac causa, quod excluſi eum quod præposuit ei Thrasonem. Sic est infra quoq; in Hecyr: Nequid sit huius oro.

Constituit ad me venturum) Er hats mit mir verlassen, Sic mecum conuenit. Nam hæc uis est uerbi constituo hoc loco. Infra in Hecyr: Nam constitui cum quodam hospite.

SCHOLIA, quæ explicant Textum Act. I. Scenæ II.

In hac Scena exponitur occasio fabulæ, ut Terentio initio fabularum mos est, & simul causa, cur miles sit placandus, recensetur. ἄλλως. In hac Scena sunt duæ Partes. Prima pars de milite, ut miles quam primum uirginem adduceret. Altera, ut biduo Phædria decedat rus. Orditur autem illam exclamationem ex querela. ἄλλως. Meretricum blandiciæ & amantium

tium stultitia artificiosissime depinguntur. Miseram) Dolentis. It obuiam, ut possit placare eum, & inter occurrendum hæc secum loquitur. Hoc autem totum pertinet ad ordinem. Vereor) Wie fürchte ich mich so sehr. Pulcerrima Parasceue siue promunitio. Nam quod egit, in alium traijcit, & sic eleganter sternit sibi uiam ad animum Phædriæ. Illud). i. iam exclusionem Aliorum). i. in aliam partem. Tulere). i. ne sit commotus, das er es nicht anneme für einen vnwillen. Acceperit). i. ne sit interprætaturus in peiorem partem. Atq;). i. quam. Heri) Ratio, & illa pro decoro dicuntur. Intromissus) Lenit illa uerba Phædriæ, Excludit &c. Parmeno) Vox alloquentis cum magna interpellatione. Totus) Est descriptio tremoris in amatore. Totus) .i. toto corpore Tremo) Ich zitter. Pathos pro decoro amantis. Hanc) .i. Thaidem. Horreo). i. frigeo. Bono animo es) q. d. Noli te nimium macerare. Plane dicitur extra expectationem. Consolatio est & locus à contrario. Persona Parmenonis inseritur ad delectandum spectatorem. Es) .i. sis. Dicit hæc, ut admoneat adolescentem istius præsumtionis, q. d. Aspectus non potest tibi adeo nocere. Accede) Locus ex contrario. Ignem) Per ignem intellige meretricem, qua amator utitur, iuxta illud Ouidij, Vtimur igne pari, sed cum tibi uiribus impar. Virg: Eclo: 3. At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas, uel potest sic intelligi, Quod sit amara seu auida, ut ignis, alimentorum. Ignem) id est, Thaidem. δεικτικον. ἀκυρολογία. Apud Poëtas enim ignis uo-

catur amor uel amica. Plus satis) Antiq; dictum est. Calescs) Es wird dir heis genug werden.

Quis hic) Exordium ad sequentem narrationem, & utitur optimis uerbis Thais, quia uidet iratum esse Phædriam. Quis) Admirantis. Omnia dicuntur mira festiuitate. Vult autem significare Thais, se adolescentem antea non uidisse. Ehem) Interiectio rei subito occurrentis, & est salutatio. Putant autem quidam meretricem hoc simulate dicere. Quid) Obiurgantis. Incipit admodum prædicare suam beneuolentiam, quod perdite amet adolescentem. Introibas] i. tanquam dominus harum ædium. Cæterum] Magna audientia fingit Poëta ista non esse uera, ut quæ minime ex corde proueniant. Nullum). i. facit, q. d. nihil dicit de illa causa, ad quem maxime respondere deberet. A marulenta est irrisio. Taces Significat istum stuporem animi. Ideo autem interrogat, quia adolescens stat iratus & cogitabundus. Ideo omnino non potest loqui. Sane vero] q. d. ego ne deberem recta introire, Ja freylich möchte ich nicht hinein gehen. Ironia ac uerba & incipit expostulare. Vult autem significare, se do ore propter duo. Primo, quod percluſa sit ianua. Secundo, quod sibi præferat militem. Quia] Significatio negantis. Patent] Hæc dicit, quia sit excluſus. Aut]. i. an non recta introirem. Primus]. i. quia habes me eximium, quia ualde me amas. Primus] .i. præcipuus, der liebſte. Infra, si fidem habeat, se tibi propositum irapud me. Missa]. i. omitte, Est uox reijcientis & odiosa reprehensio, Dicit non esse mouenda, quæ non sint admo-

admodum iucunda. Hæc autem dicit, quia nihil habeat, quod respondeat. Face] .i. omitte tanquam puerilia. Archaismus. O Thais] Exclamatio, qua amorem suum fatetur. Thais Thais] Repetitio propter uehementiam animi. Missa] .i. faciam, q. d. Tu existimas esse puerilia, sed non sunt puerilia in meo animo. Thais] Commiseratio cum indignatione. Repetit autem propter uehementiam animi. Vtinam] Votum. Propter affectum est hoc totum explicatum, & utitur figurata oratione in expostulatione. Aequa pars]. .i. Vtinam pariter essemus affecti, utinam esset amor mutuus, utinã ita me amares, atq; ego te. Ach das es gleich zwischen vns beyden zuginge. Aequa]. .i. aut amandi, aut non amandi, Pariter). .i. æqualiter. Fieret) .i. ut ita accederet, wie es denn in amore sein sol. Hoc) .i. si ambo amaremus. Doleret). .i. me contemni abs te. Istuc). .i. exclusio. Hic incipit fateri, quod seruus antea dixit, se uehementer amare Thaidem. Ne cruciar) Responsio ad expostulationem. Vtitur autem primũ reconciliatione, deinde excusatione. Eo). .i. ideo. Quo) .i. quia uel quod. Feci) Translatio. Res) Ab occasione & necessitate. Amem) Amare plus est, quam diligere Credo) Amarulentũ ab inuersione causæ. ἀΜωϛ. Seruus subinde rogat fidem Thaidi, & est hoc facetissimum ab absurdo. Fit). .i. existens meretrix. Hunc) .i. Phædriã. Sicut in alijs narrationib: seruorũ oratio adornatũ pertinet, ut Sosiæ in An: & Daui in Phormione elegãtissimis locis cõmunib: uestiunt et ornãt narrationes, idq; uarie, ita in hac narratione oratio Parme-

nonis ad festinatem pertinet. Habet enim lepidam procacitatem, qua subinde perstringiturmeretrix. Misera) .i. Thais. Ironia.

Siccine) Verba obiurgantis & communicantis, q. d. Itane interturbas nostrum sermonem, &wie gibstu so vnnütze &wort aus. Age) Corripientis, q. d. nisi tacueris, male au lies. Huc) Formula transitionis. Gratia) .i. causa. Accersi) .i. uocari. Te) .i. Phædriam. Fiat) Assentientis. Phædria nunc auide expectat. Dic mihi) Locus attentionis. Primum) .i. ante omnia, fur allen dingen. Hic) .i. seruus tuus. Loquitur de natura & moribus seruorum, quod serui sint tales ut sine magno dolore audita non possint tacere. Potin') .i. potest ne. Attentio, quasi dictura sit aliquid secreti. Potin' hic contracta est particula. Integra sic est ne potis, h. e. potest ne ille. Porrò potis nomen, ut inquit Donatus, significat idem, quod potens uel possibile est. Mouetur hic & hæc potis & hoc pote. Secundum Priscianum comparatiuum habet potius, superlatiuum potissimum. Ego ne) .i. taceã. Seruus non sinit suum herum respondere. Est enim paulo sapientior. Optime) id est, possum tacere. Magnifice de sua confidentia prædicat.

Verum) Seruiliter conditioni ab illa late aliam conditionem opponit, quasi fidem decogaturus illius narrationi. ἔμφασις. Quod herus in seruo reprehendit, id seruus reprehendit in Thaide. Heus tu) Admonentis cum conditione. Lege) .i. conditione, mit der &weise oder bedinge. Supra in Andr: Ea lege, atq; omin

omine. Astringo) .i. polliceor sancte me taciturum. Contineo] Metaphora de uase. Falsum) Es ist erlogen. Vanum) vnnütz. Palam) .i. necesse est, ut omnes sciant. Perfluo) .i. cum audiero aliquid falsi. Alludit ad Metaphoram uasis. Proin) pro proinde. Repetitio conditionis. Promonet enim, ut uera dicat.

Samia] i. ex Samo insula. Non uult dicere, quod fuit mulier inhonesta, sed tamen tectis uerbis significat meretricem esse. ἦθος. Narratio, quæ continet argumentum à circumstantia & persona sumtum. Solent autem in narrationibus enarrari omnes occasiones. Exponit enim Phædriæ rationes, cur ipsum excluserit & cur hunc militem amet. Mater fuit) pulcre pingit mulierem, quæ nunquam finem dicendi inuenire potest & à parentibus loqui incipit. Tectis autem plane utitur uerbis, sicut solent esse Attico genere. Samia] noluit dicere, Meretrix mihi mater fuit. Narratio est generis demonstratiui. Rhodi] Nomen habet à rosa. Habitabat) significat, quod etiam mater fuit meretrix. Peregrinæ enim dicebantur meretrices. Potest) .i. uidetur hoc esse uerisimile, peregrinam esse meretricem, Igitur tacebo. q. d. profecto hoc esse uere dictum, habes elegantem matrem Ironia est. Rhodi] hic ponitur aduerbialiter, sicut domi. Ibi] .i. in Rhodo. Meretrix nihil ueretur, sed pergit. Puellam] .i. Pamphilam. Dono) primum propter ætatem. Secundo, quod fuit puella. Ex Attica) q. d. fuit ciuis Attica. Abreptam] .i. à mercatore. Ciuem] interrogantis cum admiratione. q. d.

ne q.d.fortasse est nata ex honesta familia. Arbitror) .i. non certum scio, an fuerit ciuis. Non uult penitus affirmare, neq; negare, & hoc dicitur de occasione τῆς κατασροφῆς. Scimus) .i. non possum affirmare. Magnam in omnibus rebus modestiam simulat Thais. Ipsam].i.puella paruula existens. Dicebat) .i.interrogata. Hæc omnia dicuntur in reconciliationem Phædriæ. Signa].i.iudicia,an weissung.q d.domum patris et eius regionem. Sciebat) .i.puella. Per ætatem] an erat paruula. Signa] .i. argumenta,anzeigung, quibus potuisset probare, se esse ciuem Atticam. Mercator].i.qui obtulerat uirginem.Prædones,schiffreuber. Addebat] .i. ad nomen patris ac matris. Vnde) .i. à quibus. Sunio).i.promontorio Attico.Mater] Ab educatione commendatio. Accepit].i.puellam paruulam à mercatore.Cæpit)hat sie allerley mit vleis angefangen. Omnia).i.pertinent ad matrem familias. Docere).i.puellæ. Educere)zog sie reiniglich auff.i.in moribus,ut honestam ageret uitam.Filia] Amplificatio. Filia).i.propria.Plerique] .i.multi homines. Credebant] .i. putabant,hielten darfür. Ego].i.Effert cum magna simulatione. Vult enim capere animum adolescentis.Hospite].i.militis. Rem) .i. consuetudinem, gemeinschafft. Huc] .i.ex Rhodo Athenas. Cum illo) .i. Attico,peregrino. Qui).i.hospes. Commendat liberalitatem hospitis,ne Phædria dicat,ipsam à se nimium petere. Reliquit) .i.post obitum,uel in testamento.Hæc].i.bona.

Vtrunq;) .i. hoc quod dicis.ß.tibi omnia reliquisse,

quisse,& rem cum eo habuisse,Es ist beides erlogen, es mus heraus. Seruus significat se deprehendisse apertum mendaciũ. Effluet).i.non possunt reticere, quia est falsum. Repetit metaphoram de uase,quia etiam antea est usus. Qui istuc)interrogãtis.q.d.qua audacia hoc dicere potes. Quia)significatio mendacij. Addit enim demonstrationem,ideo est falsum. Contenta).i.admisso milite,du lissest dir nicht gnügen. Tu).i.meretrix. Uno).i. amatore. Solus).i. hospes. Dedit].i.omnia, quæ habes. Hic].i.Phædria. Magnam).i.tuas diuicias. Vide Prouerb. Cupidinum crumena porri fõlio uicta est. Partem).i. Concessio & præteritione reiecit. Siue)Consentiẽtis. Vult tegere silentio. Est enim uicta. Siue].i. noli meum interturbare sermonem. Et dicit quasi magna esset res. Volo).i. sine me eloqui, quod uolebam, siue ut dicam,quod intendo,ne sic obturbato, las mich doch ausreden,wie ich fürhabe. Miles].i. Thraso. Amare)der mit mir began zu bulen. Vult se excusare translatione. Caria est prouincia minoris Asiæ. Profectus).i.militatum. Interea].i.cum ille est profectus. Cognoui]conuertit sermonem ad Phædriam. Videt enim se longa oratione nihil efficere posse & tenet animum adolescentis captiuum. Tute]Blandientis seu communicantis. Post illa].i.postea. Intimum).i. tanquam unicum consiliarium. Credam)&wie ich dich habe alle meine heimligkeit wissen lassen. Tacebit] quia uidetur esse mendacium.

Oh] Interiectio monentis de certitudine. Respondet pro decoro hero suo. q. d. faciam ac profe-

ram.

ram. Aliud ſcomma eſt. Dubium] .i. me taciturum. Hoc agite] Principio dictum eſt de meretrice, deinde de milite. Iam ſequuntur illa de Phædria. ἄλλως. Altera pars narrationis, quomodo amiſerit uirginem, & quæ ſit occaſio eam recipiendi. Amabo] pro aduerbio corripientis, non blandientis eſt poſitum. q.d. eo animum intendite, quod iam dicturus ſum, huc aduortite animum, hoc quod dico animaduertite, audite, quid rei ſit. Occaſio recipiendæ uirginis, & Rhetorica reiectio. Illic) .i. Rhodi. Nuper) Hoc addidit, ut adhuc amor flagrare uideatur. Frater) .i. Chremes. Eius] .i. matris. Addit reprehenſionem. Ad rem) .i. opes, diuitias. Auidior) genawer vnd geitziger. Is) .i. Chremes. Hanc) .i. uirginem. Honeſta] züchtig vnd wolgezogen. Scire fidibus] auff ſeiten ſpiel können, auff der lauten ſchlagen. Vetuſta Ellipſis. Precium] ſignum eſt auaritiæ. Producit) füret ſie auff den marckt vnd beut ſie feil. Producere) .i. facere uenalem, feil bieten. Vendit) Hæc celeritas uendibilem indicat mercem. Amicus) .i. miles Thraſo. Eam] .i. puellam. Ignarus) .i. quod dicta fuiſſet ſoror mea. Item, neſciebat, quod fuiſſet antea apud matrem educata, tanquam ſoror, quod fuiſſet matri meæ donata. Imprudens] er wuſte nichts darumb. Is) .i. miles Thraſo.

Rem] .i. conſuetudinem. Habere) .i. amare. Sic dicit, ut honeſta res impura efferatur. Fingit) cauſas) ſuchet ausszuge. Det) .i. puellam. Sedulo) .i. ſine

.i. sine dolo. h.e. impense. Si fidem habeat) .i. si posset hoc credere, quod ego illum plus amem, quam te, das du jn nicht &würdest verdringen. Si faciam aliqua, unde credat, se tibi proponi. Metuat] .i. cogeretur metuere. Vereri) .i. ne relinquam se, das ich sie sitzen lies. Sed ego) Alta & acuta inuentio. Suspicor] .i. quantum ex coniecturis possum cognoscere. So viel ich mercken kan. Etiam) .i. suspicaris. Interrogatio est. Quia audit mentionem fieri de uirgine, Igitur interrogat, an amplius rei fuit militi cum puella. Verecunde aliud uult per Ellipsin intelligere. Nihil] .i. amplius fuit rei. A narratione transit ad petitionem, cui proponit rationes, quare cupit illam abducere. Primum argumentum est ab honesto, secundum ab utili sumtum. Eam) .i. puellam. Abducere] .i. á milite. q.d. non accipere ut ab amico renumerante, sed abducere ut á stulto & inexperto. Hoc autem dicit, ut gratificetur Phædriæ. Primum] Ab honesto uel pietate. Soror] .i. quod mecum est educata. Suis] .i. affinibus, propinquis. Sola) Secunda ratio ab utili. Beneficio) .i. in restituenda puella. Id) .i. propter id. Petitio, & totius status propositio. Amabo) conclusio, Ideo peto, ut mihi concedas biduum militis causa. Sine] Petitio & extenuatio. Illum] .i. militem. Priores) .i. in amore, ut uideatur se præferri tibi. sol den vortrit haben. Pessuma] du bůbin. Appellatio, qua significat suam iracundiam. Respondet enim Phædria cum stomacho, & non uult polliceri quippiam. Egon'] Quia instituisti

tuisti me hoc modo excludere. Cum istis factis) .i. propter hæc dicta. q.d. non es merita, ut tibi respondeam. Facete exprimitur illud, Amantium iræ, &c. weil du dich also helteſt, quæ audes ista polliceri. Heu] Acclamatio ludicra, des beides verziehen. Perdoluit] hat verſchmirzt. Ad ſpectatores hoc dicit. Hic] Phædria. Tandem) poſt multas contumelias. Nunc Parmeno introducitur, ut populo oſtendat, quam Phædria ſit miſer. Gaudet autem quod Phædria maledicat Thaidi. Vires) .i. conſtans, du haſt ein mannes hertz, quia potes contemnere meretricem.

At) Phædria cum ſtomacho recuſat, et facit collationem ſuorum meritorum & Thraſonis, ſed tamen hac arte uincitur á Thaide, quod illa ſignificet ſe nolle inuito repugnare, atq; ita cedendo impetrat, quod uult. Ad extremum aſpergitur occaſio Cataſtrophes, cum ait, uirginis fratrem ciuem eſſe, &c. Neſciebam) Ironia. q.d. quorſum euaſura es cum oratione tam longa. Factis] .i. cum petas, quod eſt illicitum. Paruula) Ironice repetit uerba Thaidis. Quare male habebat eam q.d. meinſtu, ich ſolle es nicht verſtehen. Quorſum ires) .i. in quem finem inſtituiſſes orationem, quorſum tenderes tuis uerbis, quid tibi uelles, quo conſilio talia proponeres. Infra in Adelph. Act. 5. Sce. 3 Iſtuc ibam, &wo du zu letzt hinaus wolſt, worauff du doch vmbgiengeſt. Paruula) Mimeſis odioſa, q.d. tu dixiſti. Elegans μιμὴσις uerborum, in qua per ironiam ſatis acerbe repetit capita narrationis ſeu circumſtantias, cur tantopere deſideret meretrix abductam puellam á milite.

Pro

Pro sua) .i. filia. Soror) .i. dixisti. Cupio) .i. dixisti. Nempe] .i. scilicet, Inuersio. Verba) .i. dicta. Redeunt, darauff gehet es, ut excludar. Excludor) Ich werde vertrungen. Ille) .i. recipitur. Qua gratia] .i. quid Thais in animo habuit. q.d. summa summarum. Istam). i. uirginem, quæ est per militem aducta. Talem] .i. tam elegantem uirum, & dignum, quem ames, das sie jnen dir nicht aus den zehnen rücken. Acerba ironia est. Egone] q.d. minime. Inficiatio. Sequuntur argumenta, quæ pertinent ad præcedentia. Aduecta) .i. ex Rhodo. Quid] .i. si hoc non est. Sollicitat]. i. si non amas Thrasonem & non metuis puellam, cur igitur me non amas. Aliud] .i. nisi hoc. Cedo] .i. dic. Sollicitat). i. angit, male habet. Cedo) communicantis cum Ironia. Num solus) commemoratio beneficiorum, quæ habet exprobrationem. q.d. sis tu ipse iudex. Ille). i. Thraso. Dono dat) Hoc proprie pertinet ad meretricem. Amplificatio autem est per collationem meritorum suorum & militis. Nunc) Exprobrantis cum collatione. Claudier) paragoge pro claudi. q.d. quod tibi aliquid denegauerim, An non plura accepisti beneficia, An non sensisti me semper fuisse paratum in dando, habe ich dir nicht jmer zugetragen.

Nonne] Ex occasione commemorat sua beneficia collata erga illam. Claudier) .i. concludi. q.d. me nimis liberaliter esse tibi largitum. Dixti] .i. uno uerbo. Auxesis est in uerbo, Dicere, tanquam domi-

na,non rogasti. Aethiopia] ein Mörin.i.quæ sunt deliciæ meretricum. Relictis rebus omnibus) .i. cum damno meo. Germani reddunt, So ich alles stehen vnd liegen lies. Quæsiui) Ich habe darnach getracht, Ich habe dirs vber kommen. Quæsiui] .i. summo labore. Porro) .i. deniq;. Velle) .i. optare. Eunuchum] .i. cubicularium. Quia) Græce dictum est, die weil die reichen weiber pflegen solche Eunuchos bey sich zu haben. Reginæ) .i. diuites matronæ. Repperi) .i. magno studio & conatu. Heri] De æstimatione & precio. Pro ambobus) Ich habe vor sie beide gebeten. Ambobus) .i. muneribus, Eunucho & Aethiopissa. Minas viginti .h.e. 200. coronatos. Mina enim ualet 10. coronatis seu 100. drachmis. Contemtus) .i. sum per ingratitudinem. q. d. magis admas Thrasonem, quam me. Argumentum est ab absurdo. Habui) Vox irascentis. Habui] .i. me posse experiri magnam ingratitudinem, uel, quod esses futura ingratissima, præsumus beneficijs, quod posset hoc fieri. Facta] .i tanta beneficia. Statim senescit gratia acceptis muneribus. Spernor] q.d. Quod etiam est indignissimum auditu.

Quid istuc) Kan es nicht anders sein vnd zu geben. Est formula consentientis & concedentis, quæ sæpe utitur Terentius. q d. si ita uis, nolo tecum contendere. Hic iterum pulcre pingit artificium meretricum, uidelicet, blanditias, quibus fallunt, & cedendo superant & capiunt adolescentes. Quanquam subijcit artificium. ἄμως Est pulcrum artificium, Nihil enim

enim potest contentione efficere, fingit itaq; se uictam esse ab adolescente, & sic uincit animum adolescentis. Quid).i. cur. Istuc).i. dicis. Quanquam) ἦθος per concessionem, quo frangit animum iuuenilem, cum fingit se uinci contentione Phædriæ. Illam).i. puellam, quæ dicta est soror. Hac re).i. per te. Hac occasione, ut discedas, q.d. si concederes paululum, ut haberet priores partes. Id).i. abducere puellam. Maxime).i. commodissime, am bequemsten. Veruntamen) Etiamsi uerbis significat, quantum ardeat amore Phædriæ. Vt).i. quemadmodum. Inimicum) Significatio summi amoris erga Phædriam.

Vtinam) πάθη amatorum, quibus uincitur Phædria. Verbum).i. dictum. Potius) μίμησις Adolescens plane est uictus. Syncere).i. sine fuco & mendacio, pure, serio, ex animo. Crederem).i possem credere. Perpeti).i. tamen omnia sustinerem. Alles was du begeret hast. Labascit).i. á proposito cadit, ille tantus miles. Hæc dicuntur cum magna uenustate ad spectatores. Victus).i. Phædria á Thaide. Verbo).i. tantum, non gladio. Quam cito) Incrementum Vult Parmeno hac sententia significare, quod nihil amatore sit imbecillius. Ego) Iterum stimulat eius animum callidis petitionibus. Describit autem Poëta, quid sit falsa lacrimula. Dixit enim antea falsa lacrimula restinguet. Ego).i. quæ p'ane sum tua. Misera) Dolentis. Ioco) A maiore ad minus. Obijcit iterum beneficia, quod semper fuerit promta in quibuscunq; rebus. Perfeceris).i. impetraueris, hastu auch

jrgent ein mal etwas von mir begeret, das du nicht erlanget hast, q. d. Ego in maximis rebus præstiti, quod optasti. Ergo in hac minima re debes concedere. Ego) Extenuatio petitionis. Biduum) Blandiciæ meretricis. Saltem) auffs wenigste, auffs meiste. Siquidem) .i. si modo esset, so es nur zween tage sein. Verum) .i. uereor. Fiant) .i. ex biduo. Viginti) Dicit de duplicato biduo. Alludit ad id, quod unus dies amatori soleat uideri totus annus. Aut) Aposiopesis, q. d. aut triduum, aut quatriduum. Aut) .i. ultra biduum. Est reticentia, qua significat aliquid interdum esse addendum, aut triduum, aut quatriduum. Aut) Obiectio iracti animi, i. præter biduum est adhuc addendus tertius dies. Aut) Reciproca, qua ludit illam & ulciscitur adolescens. Moror) .i. non curo, mache wie du es wilt. Fiet) .i. ultra biduum. Hoc) .i. ut concedas biduum. Scilicet) .i. certe. Significatio magnæ constantiæ in animo. Benefacis) Gratiarum actio. Merito) Osculatur eum pro eo dicto, q. d. habeo tibi gratiam. Atmo) Agit gratias, & credit tanquam oraculum Apollinis, Rus ibo) Hæc dicuntur de inconstantia amatorum. Rus) .i. summo malo. Macerabo) .i. uarijs curis & laboribus perpetuo laborabo, Ich wil mir wehthun. Macerantur carnes conditæ sale, & insperso aceto. Amantes sunt impacientissimi moræ. Significat autem hoc loco Phædria, quam difficulter possit ferre biduum. Certum) .i. constitutum est. Mos) .i. ita facere certum est, oportet me obsequi Thaidi. Ich muss der Thaidi das zugefallen sein. Tu Parmeno) Præs

ceue

ceue sequentis Scenæ. Fac) Mandantis. Illi) .i. Eunuchus & Aethiopissa. Adducantur) .i. ad Thaidem. Maxume) Vox consentientis cum magna dolore, q. d. Ich &wil jr wol alles aus dem hause bringen. In hoc) Epilogus. Vale) Significatio in uerbo uale, quod hæc faciat cum magno dolore, & urget quasi tempus esset infinitum. Nunquid) Hoc dicit, ut totum capiat adolescentem. Phædria) Pulcre potest fingere uultus & gestus. Vis) .i. dicere. Velim) .i. rogas. Describit Poëta stultos affectus amatorum. Cum milite) id est, præsente. Mandatum Phædriæ amatorium, ut repræsentit ineptias amantium. Præsens) .i. coram. Absens) .i. ut eum non complectaris animo. Vide Prouerb: Mens peregrina. Præsens) .i. apud ipsum militem. Absens) .i. ne eum amplectaris. Dies] .i. excluso milite. Elegans exemplum est συναθροισμοῦ. seu ut uocant Latini congeriei, quando ita multa simul in unam orationem ueluti aceruum congeruntur. Desideres) Vim amantis. Somnies) Amatorie dictum est. Me) .i. meum reditum. De me) .i. de meo aduentu. Speres) .i. in me. Fac) Thue so &wol. Ratio, ut simus duo corpora, sed unus animus.

Me miseram) Querela, qua purgat suspitionem simulati amoris. ἄλλως. Dolentis. Significat enim, quod tum Phædriam habeat amatorem. Hic) .i. Phædria. Habeat) .i. habere possit. Iudicet) .i. possit iudicare. Aliarum) .i. meretricum. Tacita excusatio conueniens meretrici, & non allegat aliorum iudicium. Huius) .i. de hac re, i. quod iam quasi inimicum

micum fecimihi Phædriam. Huius) Græciſmus, Quicquid) Occaſio Cataſtrophes. Nam) Ratio, qua ſe excuſat. Eius) .i. ui gnis. Fratrem) .i. Chremetem. Adeo) Commendatio perſonæ, Tametſi qui iam exiſtiment, adeo, eſſe expletiuam particulam. Ad me) .i. ad meas ædes. Conſtituit) er hat es mit mir verlaſſen. Concedam) conſilium.

ARGVMENTVM IOAN: STIG: IN Act: II. Scen: I. Fac ita, ut iuſſi &c.

Mandat ſeruo Phædria, ut deducat Eunuchum & ancillam ad Thaidem, & quo poßit uerborum ſplendore munus ornet ac commendet. Ipſe uero conſilium init, quo obfirmare animum poßit, ut ferat Thaidis abſentiam, ſed ſatis inepte ſua inconſtantia, & animi impotentia ſpectatori ſe ridendum propinat. Idcirco luditur a Parmenone, qui eius uicem dolens de amantium communi ſeruitute conqueritur, quorum eſt proprium ſeruire affectibus, nec regere poſſe animi impetum. Cum autem nulla ſeruitus ſit turpior, quam uoluntaria, diſcant hic pueri affectibus imperare eſſe imperium omnium pul errimum & humanæ ſocietati utiliſſimum. Sunt enim affectus quaſi miniſtri ac conſiliary rationis in liti hominibus, ut eis ſint quaſi inſtrumenta ad uirtutem, qui niſi recto iudicio gubernentur, in ea uitia præcipitant animos, quæ humanæ ſocietati detrimentum potius, quam ullum fructum afferant.

ALIVD

ALIVD Casp: Crucigeri.

Quia in argumento superiori amatori militi oppositus est riualis, & mentio facta de munere, quod Thraso pollicitus erat mulieri, oportuit & Phædriam muneribus certare. Itaq; producto Eunucho & ancilla mandata dat seruulo, ut eos ad Thaidem deducat. Atq; hic iterum depingit ineptias & stultitiam amatoris, Primum, quod magnopere sollicitus est, quam accurate commendetur munus amicæ. Deinde quod ridicule cum seruulo communicat, num posßit se obfirmare, ut triduum absit à Thaide, & magis ridiculus est, cum sese obfirmat, quasi magni animi rem fecerit, si triduum illa careat &c.

ALIVD Ambrosij.

Abiens Phædria à Thaide admodum tristis propter riualem, mandat seruo, ut munera quam primum Thaidi offerat. Primum ut hoc modo declaret suum erga eam animum. Deinde ut certet muneribus cum milite, omnia sperans se hac ratione facillime primas habiturum. Hoc posteaquam diligentißime commendauit seruo ridicule cum eodem communicat de suo amore, cum posßit se obfirmare, ut biduum à Thaide absit, & inprimis ridicula est disputatio adolescentis, qua seipsum confirmat contra sententiam serui, & certo statuit, quod uelit amica carere biduum, aut summum triduum. Hæc autem ideo fingũtur, ut iterum depingat amatoris ineptias & insignem stultitiam. Porrò in hac Scena præter cætera obseruandum est, quod grauißime dicitur in persona serui de Metamorphosi illa

amatoris Phædriæ, quod ita mutatus sit, ut non possit amplius cognosci.

ALIVD EIVSDEM.

Quia intelligit adolescens militem propter munus iri præpositum sibi, non leuiter perturbatur, ne hoc modo penitus excludar, maxime, si ipse quoq; non certauerit suis quibusdam muneribus, Inito itaq; consilio de mittendo Eunucho & Aetiopissa ad Thaidem, ut se opponat riuali, serio mandat seruo, ut quam primum offerat Thaidi munera, quæ ornet accurate quantum possibile est, optimis uerbis, ne quid de amore dubitet. Porrò depinguntur hic magnæ ineptiæ & extrema stultitia amatoris in persona adolescentis. Primum, quod de nulla re magis sollicitus est, quam ne contemnatur minus, si non diligentissime commendetur amicæ. Deinde quod communicat cum seruo, iam possit totum triduum ab amica abesse, qua sola re stultissime iudicat se non posse facere aliud maius, & quod plus laudis atq; admirantis habiturum esset. Athæc uerba serui satis ostendunt, quid sit aliquem amore esse captum, nempe, quod ille amittat pulcerrima donaria, & ea tantum cogitet, loquatur, ut faciat, quam ostendunt hominis naturam summa cum turpitudine degenerasse, & omnino aliam esse factam.

ALIVD EIVSDEM.

Priusquam adolescens rus concedat, diligenter mandat seruo suo, ut munera Thaidi offerat, metuens ne

me aliquo munere interea corrupta, animum ad militem adjiciat. Deinde ridicule cum eodem seruo deliberat, an possibile sit, ut biduum careat consuetudine amicæ. Nam hac deliberatione satis ostendit, quam miser, & quam nullius consilij sit. Tandem post discessum adolescentis seruus Parmeno grauissime & uere deplorat subitam illam Metemorphosin adolescentis, qui ingenio minime malo præditus ita mutatur amore meretricio, ut amplius nemo cognoscat eundem esse.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D: ANDREAE MISENI in Act: II. Scen: I.

Tam iniquo patiare animo) Iniquo animo pati seu impatienter ferre, Etwas vngedüldig leiden. Contrarium est, æquo animo ferre, Item toleranter ferre, gedüldiglich leiden. Supra in Andr: Non tu tuum malum æquo animo feres.

Tametsi nullus moneas) h.e. Non admonitus. Sic etiam in And: At nullus quidem, pro, non. Plautus in Trimumno, Nullus credas.

Censen' me obfirmare & perpeti posse) Elegans uerbum est, obfirmare, h. e. perdurare, persistere, das ich werde verharren können, oder vber das hertz bringen.

Nimis me indulgeo) Elegans formula est Ich bin mir zu weich. Ea enim uis est in uerbo indulgere, quod proprie significat, den kindern zu viel nachlassen. Inde illa nimia licentia uocatur indulgentia.

gentia, qua corrumpi puerorum ingenia censet Quintil: Nimis indulgent parentes imperiti suis liberis, vngelerte eltern lassen jren kindern zu viel nach.

Defatiger vsq; ingratis) Male legitur, ingratus, sed legendum est, ingratis. Sic etiam Bembus legit Nam & infra in Heau: Sic legit, Ea coacta ingratis, post illa cepit victum uulgo quærere. Eadem uox quoq; est apud Cicer: pro P. Quintio, Extorquendum est ingratis. Sic & in Phor: Nam idem hoc argentum ita ut ingratis est datum. Plautus in Casin: Quum mihi ancillula ingratis postulat.

Stat sententia) id est, certum est, sic decreui facere, sic proposui mihi. Idem significant hæ formulæ, Ich habe es mir fürgenommen, oder fürgesetzt.

Ego me turpiter dabo hodie) formula latina est, quam Germani uertunt, Ich werde heute mit schanden bestehen. Sic & dicimus, Quidam imperiti concionatores pro concionibus inepte queritando turpiter se dant.

SCHOLIA, quæ explicant Textum Act: II. Scenæ I.

Prima pars Scenæ pertinet ad genus Demonstratiuum. Altera uero pars ad genus deliberatiuum. Summa autem est, quod mandat, quid seruus facere debeat se absente. Deinde deliberat, nunquid possit tam diu ferre, ut abesset à Thaide. Isti] .i. Eunuchus & Aethiopissa. ἄπος, οφὴ est ad seruum. Deducan-

tur)

tur) .i. ad Thaidem. Loquitur tanquam de re magni precij, & significat se nihil curare omnia sua bona, modo fruatur ista exigua uoluptate. Deducantur] pro, adducantur munera. Faciam] quia tantopere iubes. Respondet hoc dolenter. Nam misertus stultitiam & insaniam eius hæc dicit. Diligenter] .i. fac deducantur. Est exemplum uaniloqui, & multi loqui amatoris. Diligenter] .i. facias reliquis omnibus amissis. Veretur enim, ne seruus sit in suo officio tardiusculus. Mature] De circumstantia temporis, ut fiat in tempore. Multum enim refert aliquid fieri in tempore. Mature) .i. cito. Fiet] sæpe idem ingeminat seruus significans se hoc facile posse facere. Mandatum) .i. num recte rem accipis. Phædria nondum est contentus, sed magis inculcat seruulo. Ah) Indignatur propter odiosam repetitionem. Rogitare) .i. pergis, an satis mandatum. Obiurgatio omnino conueniens illis inutilibus quæstionibus adolescentis, & habens affectum misericordiæ, quod nihil de principio, neq; de fine cogitet. Quasi] Argumentum á facili. Difficile) .i. hoc officium, quod iubes. Vtinam) Nocma & alludit ad sententiam. Non minor est uirtus, quam quærere, parta tueri, Phædria) Dolenter dicitur. Ideo utitur compellatione. Inuenire] .i. acquirere, parare. Aliquid) .i. quo excuteres illum amorem ex animo. Hoc] .i. munus. Inuenire) supra ut redimas te captum. Peribit) .i. spernetur, vergesset, uel amittetur apud Thaidem. Elegantissime est dictum de amatoribus captis insano amare.

Ego quoq;) παθητικὴ oratio amatoris, est q; argumentum à maiori ad minus. q.d.non curo,an perierit munus. Quia ego ipse pereo. Quoq;) Confessio. Pereo] .i. apud Thaidem. Alludit ad uerbum præcedens,Hoc peribit. Hic locus autem constat syllogismo, Quicquid datur ingratis,perit.Meretrices sunt ingratæ.Igitur perit,quicquid datur illis. Vna].i.cum munere,cum donis. Quod].i.quæ res. Absolute est dictũ & confertur munus ad uitam. Istuc] .i. munus perire seu deducere munera ad Thaidem. Redit ad adhortationem. Minime].i.ægre fero.Concedentis est cum quadam ironia. Quin].i.imo.Iam concludit seruus suam sententiam,Quia cogitur tacere. Dabo).i.efficiã. Sed nunquid) significare uult istam calamitatem in animo adolescentis,et occulte reprehendit,quod de ridiculis rebus moneat. Aliud).i.est ne hoc tantũ,ut isti deducantur. Munus).i.Eunuchum & Aethiopissam. Ornato].i.sint comta & grata uerba,uel,commendato. Comis proprie dicitur qui ornatum rebus adiungit & maxime in eo est,ut uerba et res, quæ à se dicuntur, gratiam præ se ferant. Quod] .i. quantum.Aemulum) .i.riualem meum.i.militem. q.d.munus esse ornandum uerbis,& pellendum æmulũ. Istum]propter odium et iracundiam dicitur.Memini) Aperte reprehendit multiloquium & uaniloquium amatoris.

Ego) Expedito mandato subijcit consilium, quid uelit facere. ἄμωμος. Expositio sui consilij, quid ipse uelit statuere, & est ridicula descriptio constantiæ in amatore. Ibo] uincens me ipsum. Significatio magnæ

magnæ difficultatis. Ibi] .i. in rure. Manebo] .i. quanquam inuitus. Censeo] Assentientis cum Ironia. Sed heus] principium deliberationis & uocat in consilium suum seruum, antequam iret rus. Heus) Reuocantis est. Describit autem ridiculas quæstiones. Quid vis] .i. quid hoc noui est, quid me reuocas. Admirantis est, kömst du so balde wider. Censen') meinstu auch. Est communicantis. Obfirmare] .i. putas etiam me esse laturum, quod cogar abesse à Thaide, ne redeam, das ich es kan vber das hertz bringen. Magna est quæstio, ex qua animum liberare non potest. Redeam) .i. hoc triduum à rure. Seipsum ostendit, quam sit amator omnino perditus. Te ne] .i. te posse obfirmare existentem tantum amatorem. Hoc loco representat impotentiam amatorum. Obfirmare, einen mut fassen gegen einem dinge. Te ne) .i. censerem te rediturum. Emphasis est, in te. Prædicit enim certo, quid sit futurum. Arbitror) .i. te mansurum ruri. Est erudita responsio. Sicut enim antea descripsit amatorem non esse sui compotem, ita hic quoq; dicit. Iam) .i. illico. Reuertere) .i. in urbem ad Thaidem. Aut] .i. ad extremum, si omnia fueris expertus. Mox) .i. ubi pauliſper permanseris in rure. Noctu] .i. nocte. Adigent) .i. ad urbem. Horsum) .i. huc uersum. Insomnia] Hæ fuerunt amatoris cogitationes. Donatus legit & adiget, ut sit insomnia numeri singularis, quo nomine Gellius quoq; pro uigilia utitur lib. 6. cap. 4. Insomnia] .i. uigiliæ de Thaide.

Opus

Opus faciam) Est descriptio remedij contra uim amoris, quo putat eyci cogitationes. Sed hoc remedium nihil est, Quia amor est res immedicabilis. Opus).i.dabo operam, ut defatiger labore, ac quiescam. Defatiger) .i.ex illis laboribus. Ouid.lib.1. de Reme: amoris, Nocte fatigatum somnus, non cura puellæ Excipit,& dulci membra quiete leuat. Opus).i.laborabo. Vsq;)semper, assidue. Ingratis] .i.non ultro. Frequens hoc aduerbium est apud Plautum,pro non ex animi sententia. Vigilabis] Parmeno confutat hoc remedium & recte fecit. Lassus) .i. existens, cum opus feceris. Facies] .i. ut non possis dormire, ut cogites recurrere. Plus] .i.nocte,quam interdiu. Abi sis] Ridicula affirmatio magnæ constantiæ. Concipit enim sibi quendam animum, & est increpantis. q.d. Tu non potes consolari amatorem, Nihil dicis) .i.Nihil ualent tua argumenta. Eijciunda) Argumentum à conditione suæ naturæ,seu refutatio amatoria. Mollicies] .i. muliebris animus & delicatus .i. ne cogitem redire ad Thaidem, nisi post biduum. Mihi) Donatus legit,me,siquidem ueteres sic locuti sunt. Vide Linacrum lib.1. ubi dicit de participali uerbo. Tandem] Ridicula amplificatio. Illa) .i. amica. Dictum est de inconstantia animi. Triduum] .i.ruri perdurare. Iterum ostendit se esse seruum, & plane mancipium factum Thaidi. Huc) Irridentis est. Triduum] .i putas te posse perdurare. Vide] Admonet,quod non possit facere. Agas] significat hoc esse impossibile. Stat sententia).i.

tia] .i. hoc ita decretum est, omnino faciam. Significat magnam constantiam, & putat iam esse factum.

Dij boni) Amplificat suam querelam ab exclamatione. Est autem locus communis de illicito & non naturali amore, sunt quidem breuia uerba, sed studioso omnino uidebuntur ista esse grauia. Quia Terentius breuibus uerbis multa monet & comprehendit. Vltimum autem finem illiciti amoris dicit esse, quod amittat ingenium, optimos quoq; mores, & tantum nomen hominis habeat. Igitur amor est grauissimus morbus, sicut testatur prouerbium Germanicum, Liebe macht lappen. Hoc) .i. ita esse affectum, quemadmodum est affectus Phædria. Adeo) finalis exclamatio ex epiphonemate. Amore] .i. illicito, non naturali. Emphasis est in amore. Cognoscas] .i. ut exuant totam naturam. Eundem] .i. qui antea fuit. Hoc] .i. Phædria. Epiphonema serui deplorantis herum ex amore prorsus immutatum esse. Fuit) .i. ante illicitum amorem. A thesi descendit ad hypotesin & accommodat ad locum communem, qui ideo proponitur, ut insanum amorem discamus uitare, tanquam extremam dementiam. Minus ineptus) .i. strenuior, der sich bey jederman so wol schicken kundte, magis sapiens, Seuerus) dapsferer, grauior. Est quoq; hæc de pulcerrimis uirtutibus una. Continens) züchtig, qui se potest continere à uicijs, qui non indulget Baccho. Qui est uerecundus. Est enim nobilißimum & precioßißimum in homine,

homine, præsertim in iuuentute. q.d. illa omnia iam sunt amissa propter amorem.

Sed quis) Parasceue sequentis Scenæ, & commendatio uirginis obseruanda est. Quis) Admirantis. At at] Metuentis. Quia metuit, quod debet adesse cum suis muneribus. At] subiectio trepidantis. Ducit) confert munus militis cum suo. Huic) .i. Thaidi. Papæ) Admirantis. Facie] .i. prædita. Addit commendationem uirginis, & subiungit collationem munerum. Mirum] subiungit, quid cogitet futurum. Dabo) pro dedero, per enallagen. Decrepito) mit dem altfresser. Extenuantis & imperantis. Decrepita ætas ultima senectus dicitur, & decrepiti dicebantur, quorum crepitu & plangore familiæ fuerant iam conclamanda funera. Hæc] .i. puella, quam adducit Gnatho. Superat) Hyperbolica collatio.

ARGVMENTVM IOAN: STIGELII. IN ACT: II. SCEN: II.

Dij immortales, &c.

Inducitur parasitus, qui ex mandato Thrasonis uirginem ducturus ad Thaidem inter alias incidit in Parmenonem, in quem scurruli dicacitate salsitate se inuehitur. Est autem ingeniosa & artificiosa parasiti descriptio, qua Terentius reprehendit sui temporis adulandi studium, quo ut ubiq; & maxime in aulis nihil est frequentius, ita in rerum humanarum actionibus nihil magis noxium, ut festiue ac eleganter Di-

ogenes

ogenes cuidam interroganti, quod esset omnium animalium maxime perniciosum, responderit, si de feris interrogas, Tyrannus, si de cicuratis, adulator. Apud Græcos prouerbium est βαλλ' ἐς κόρακας, quo imprecari alicui exitium solent. Sed eleganti parenomasia ludebat Diogenes, qui dicebat multo esse periculosius ἐς κόλακας ἢ ἐς κόρακας. h.e. in assentatores, quam in coruos incidere. Sed adeo commune uicium est mortalium assentatio, ut eo facilius ad honores euehatur, quo quisq; est adulandi peritior, ut grauißime declarant uersiculi Menandri, qui ab autoribus citantur, πρᾶτεῖδ' ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων, δεύτερος ὁ συκοφάντης, ὁ κακοήθης τρίτατος quos ita uertit Sabinus.

Hæc uita gaudet improbis potißimum,
Sed assentator omniam primas tenet.
Viuitq; longe iucundißime omnium.
Deinde sycophantæ proximus est honos.
Audire enim calumnias dulce admodum.
Ad tertius conceditur locus inuido,
Artem nocendi qui scit astutißime.

ALIVD Casp. Crucigeri.

Hactenus prælusum est fabulæ. Nunc antequam miles prodeat (qui habet primas in fabula) Primum mittitur uirgo Thaidi dono, qua illam sibi conciliare studet. Et producitur parasitus, per quem depingitur Thraso, is suam felicitatem & artes prædicat, propter quas apud militem in precio sit, &

prorsus

prorsus laute ac ocioſe uictitet. Nam hoc hominum genere delectantur inepti illi & glorioſi, qui ſe illis uenditent & omnia aſſentantur. Orditur autem ab exclamatione, qua ſibi gratulatur ſuam felicitatem, & admiratur artem, quam profitetur. Poſtea ſequitur longa narratio, qua ſeſe pingit & uelut exponit totam artem Paraſiticam, quorum ſit profeſſio, & quid profit, & primum eius laudem deprædicat collatione quadam ſuæ fortunæ & aliorum. Deinde tradit artis præcepta, & ſuæ ſectæ homines docet, quomodo ſibi victum & ocium parare debeant aſſentando. Atq; hic ob oculos ponit, quales ſint, quibus ipſe ſit voluptati. Poſtea artis utilitatem exponit, cum narrat quanto in honore habeatur apud homines ocij & gulæ miniſtros. Poſtremo actionis cauſa additur congreſſus paraſiti cum ſeruulo riualis, ubi inuicem alter alterum acerbe ludit, &c.

ALIVD M. Ambroſij.

Abſente adoleſcente Phædria, qui exoratus à Thaide biduum ut concederet. Priusquam miles prodeat, uirgo, quæ dicta erat ſoror, dono mittitur Thaidi, qua ſtudet illam ſibi conciliare. Producitur autem Gnatho Paraſitus & uafer et impoſtor, qui ſeſe admiratur, & ſuam illam artem, quam ſumma felicitate profitetur, magnifice effert. Quare ſumta occaſione à collatione ſuæ fortunæ cum aliorum fortuna inſtituit longam narrationem, in qua principio artificioſiſſime definit, quid proprie ſint Thraſones. Deinde addit quid ſint Paraſiti ſeu adulatores, atq; in ea parte longius im-

gius immoratur. Depingit enim totam artem parasiticam, commemorans simul omnes utilitates, quas habet in uita. Hæ descriptiones Thrasonis & parasiti admodum insignes diligenter obseruandæ sunt, & magnopere prodest eas semper habere in conspectu, in quibus tanquam in speculo uidere est, primum quam sint inepti Thrasones, qui nulla neq; uirtute neq; industria præditi magnifice & de se ipsis sentiunt, & ubiq; regnare, deq; rebus omnibus pronunciare uolunt, ut hoc modo discamus extreme odisse summa illa uicia, arrogantiam & uanitatem. Deinde ubiq; magnum numerum esse adulatorum seu assentatorum, qui toti in eo sunt, ut adulando consulant rei familiari & quasi uerborum mercaturam facientes, ubiq; utuntur oratione secunda & blanda, & dum student tantum placere & gratificari, apud dominos ueritati aures obstruunt, atq; id illorum uultum & libidinem seruilem in modum omnia loquuntur, adeoq; omnes suas cogitationes atq; consilia in id solum intendunt, & hoc unum agunt sibi ipsis ut prosint. Huiusmodi Gnathones bene nosse admodum utile est, propterea quod hominis consuetudo ac familiaritas periculosa & pestilens est, & quod ueritati ac ueræ amicitiæ maxime aduersetur. Porrò absolutis duabus descriptionibus in fine additur colloquium parasiti & Parmenonis, in quo alter alterum acerbe ludit.

ALIVD EIVSDEM.

Priusquam miles prodeat, cui in hac fabula primas tribuit Poëta. Primum mittitur uirgo Thaidi

dono, quo munere arbitrabatur illam perpetuo suam futuram. Vtitur autem ad hoc negocium probe conficiendum Gnathoni ministro, quo nullum alium magis idoneum habere potuit. Est enim Parasitus natura quasi factus ad hoc uno, ut Thrasonis singula dicta & facta adimeretur, ac prædicet. Producitur itaq; Gnatho, ut per eum Thrasones & parasiti propriis coloribus depingantur. Quod hominum genus in omni uita maxime regnare uidetur. Thrasones breuiter quoq; describit, sed tamen nihil omisit, quod pertinet proprie ad illorum ingenia, mores & totam uitam. Parasitorum uero uitam copiosissime exponit, adeo ut illam uniuersam artem parasiticam quasi oculis subijciat. Principio enim hanc professionem mirabiliter laudat collatione suæ fortunæ & aliorum, nempe, quod per omnem uitam laute & ocioſe uictitarit. Deinde præcepta quædam tradit, quomodo feliciter hanc artem aliquis posset exercere. Postremo huius artis utilitates enumerat à suo exemplo. Quia apud homines ocioſos & gulæ ministros in summo habeatur honore. Huic descriptioni adiectum est colloquium Gnathonis & Parmenonis mire festiuum, in quo alter alterum acerbissime ludit.

ALIVD ἄσηλον.

Producitur Gnatho parasitus uafer & impostor ducens secum uirginem Thaidi dono. Huius oratio, quæ est pulcerrime amplificata Rhetoricis ornamentis, duas continet imagines assentatorum & Thraso-

Thrasonum, quas utile est sæpe ac multum legere. Nam in illis non aliter, quam in speculo primum uidere est Thrasones, qui nulla neq; uirtute, neq; industria præditi de se magnifice sentiunt, arrogantes sibi de maximis negocijs iudicium. Deinde cernuntur & assentatores, qui in eo sunt toti, ut adulationibus consulant rei familiari, qui etiam quasi uerborum mercaturam facientes ubiq; utuntur blanda oratione obstruentes ueritati aures, ne uel audiant uel intelligant ueritatem. Horum consuetudo & familiaritas, tanquam pestilentissima fugienda est. His duabus descriptionibus seu imagimibus additur colloquium parasiti & Phædriæ, in quo alter alterum satis acerbe & scurriliter ludit.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE, D. ANDR: MISENI in Act: II. Scen: II

Quorsum respexerit Poëta in hac tota descriptione Gnathonis Parasiti & Thrasonis iactatoris, indicat M. Cicero in libello de Amicic: Vbi hunc locum & reliquos in tota descriptione utriusq; ualde grauiter repetit & ad mores, seu consuetudinem uitæ refert. Huc refer descriptionem parasiti in Phorm: Act: 2. Scen: 2. & in tota descriptione Phormionis personæ. Huc etiam refer Luciani Parasitum, ubi disputat satis ingeniose, parasiticam artem esse, Sicut & hic uidetur Poëta alludere ad eam disputationem, cum Gnatho suam rationem uiuendi uocat uberrimum quæstum

& nouum aucupium, & uiam, quam ipse primus inuenerit. Item disciplinam, á se Gnathone omnes parasiti Gnathonis sunt uocandi. Congruit autem hæc descriptio Gnathonis cum illa, quæ est apud Lucianum, Vbi item habitudinem corporis & nitorem, suauitatemq; coloris tribuit parasito.

Quid inter est stulto intelligens) Vetus loquendi mos est, quantum inter est inter stultum & sapientem. Græca imitatio est. πολῦ διαφέρω σε. διαφέρω enim significat præsto & antecello.

Mei loci atque ordinis) h. e. meæ sortis, fortunæ, conditionis, uel mei generis, der meines standes oder ordens ist. Nam obseruanda est uox ordinis hoc loco. Infra, Ex eodem ortum loco.

Qui abliguerat bona) Ligurire proprie significat inter edendum cum fastidio quodam delicatissimaquæq; á cibis decerpere, quasi nihil sit, quod palato satisfaciat, das beste ablecken. Sic est infra de meretricibus, cum foris apud amatores cænant, liguriunt. h. e. eleganter comedunt. Inde obligurire rem familiarem liguriendo perdere, consumere, sein gut vorschlemmen. Deducitur autem á λιγυρος, h. e. dulce, suaue, & delicatum, unde ligurire, delicate & splendide uiuere & epulari, banckethieren.

Quid istuc ornati est) Antiquus genitiuus est, q.d. quomodo sic incedis, & te sic ornasti, &was ist das für eine rüstuuge. Quo redactus sum) hoc est, quam sum miser. &warzu ist mirs kommen, quorsum ce-

cilerunt mihi omnia. Est autem redactus á uerbo, redigor, quo utuntur Latini in rebus aduersis describendis ut redigit patrem ad inopiam, er macht den vater sehr arm. Infra in Heau: 3. Redigis me eo. Infra in Eun: Act: 4. Scen: 4. Sic redigere ad insaniam. in Adelph: 5. Redige in memoriam, h.e. subijce, erinnere mich des.

Hic ego illum contempsi præ me) Elegans usus est præpositionis, præ. Sic enim dicimus, Tanta est hominis insolentia, ut præ se quemuis contemnat, er ist so stoltz, das jhm keiner gut genug ist, das er jederman voracht. Sic infra, præ ut huius rabies quæ dabit, Ita habet uim comparationis præpositio, præ, Infra in Adelph: Præ meo commodo. Item in Hecyr: Præ parente. Liuius: paduam Albam, paruum Lauinium, præ ea urbe, quæ conderetur, fore.

Neque possum esse alijs pro ridiculo ac delectamento) Ich kan nicht eines jeglichen narr sein, ich kan nicht eines ander spot vogel sein, non possum esse scurra, ich kan mich nicht nerrisch stellen, vnd ein stocknarre sein. Sic prouerbialiter uocat ridiculum caput, hominem ineptum, dignum, qui rideatur. Supra in Andr: Et Horat: Paupertas ridiculos facit homines.

Tota erras via) id est, nihil intelligis, non ita es, ut putas, du irrest vnd feyleſt weit. Prouerbium est, cui simile est hoc quoq; Toto cœlo erras, hoc est, prorsus falleris.

Hoc nouum est aucupium) Aucupium est ars, qua capiuntur aues, ein vogel weyde. Inde auceps, ein

vogelsteller. Poëta hic usus est pro noua ratione parandi uictus, pro nouo nodo inescandi homines, pro nouo quæstu. Nam sic infra uocat, ein newe &weise an sich nemen, sich zu ernehren. Aucupari significat item ambire, ut aucupari aliorum fauorem, h. e. consectari, uenari.

Hos consector) h. e. ad illorum studia & ingenia me attempero, ad illos me adiungo, zu denen mach ich mich, ich gehe denen nach, ich schlage mich zu jhnen. Sic & dicimus, populares concionatores consectantur plausum stultæ multitudinis, h. e. hoc agunt, ut á fece plebis magni fiant, laudentur &c.

His vltro arrideo) Ridere, lachen, Simplex est. Arridere compositum est, anlachen, & construitur cum Datiuo, ut, arrideo tibi, Ich lache dich an. Hic autem usus est, Arrideo his, h. e. siquid dicunt, quod neq; facetum, neq; urbanum est, tamen ridendo assentior eis, quasi mihi probetur, & omnia, quæ uel agunt, uel loquuntur admiror, &was sie für haben, das gefellet mir, das lobe ich. Dum hic loquimur) Descriptio Gnathonis & Thrasonis. Addit etiam familiam seu sodalicium Gnathonis. Repetitus autem est hic locus á M. Cicerone lib: 1. offi: Vbi de quæstibus, artibusq; honestis & inhonestis disputat. Atq; ex eo loco apparet, uocem, Aucupes, temere est insertam, sicut Donatus eam etiam omisit. Cupedinarij) Cepedia, quod est apud Ciceronem, uel cupedula, quo usus est Gellius, ueteribus significauit delicatos, lautioresq; cibos. Inde Cupedinarij, qui huiusmodi delicata publice uendunt.

vendunt. Fere apud nos sunt, quos uocamus, Garköche, oder die do gute lecker bißlin vorkeuffen. In tantum honorem) Vetustum est, pro, in tanto honore. In potestatem dixit Cicero, pro in potestate.

Sectari iussi) Ich hies jhn zu mir in die schule gehen, h. e. Sequi me tanquam autorem nouæ sectæ, uel, recipi in disciplinam parasiti.

Disciplinæ) Cicero post reditum in Senatum, Non penitus illi disciplinæ quæcunq; est deditus. Item Cicero pro Rabirio uocat sectam. Inde natum est uerbum sectari, quo hic usus est Terentius, q. d. Sectæ dedere se, aut sectam probare. Infra in Adelph: aliter. Exemplum disciplinæ. Sic Liuius sæpe uocat militarem disciplinam, Aliter in Heau: disciplina est ijsdem numerarier ancillas, ad dominas qui affectant uiam.

Viden' ocium & cibus) Bembus hic legit non ocium sed ossum, dicitq; Terentium dixisse pro, os.

Hic frigent homines) Dignum uerbum, quod obseruetur, utpote cuius significatio, late patet. Sic & dicimus, frigere actionem, quando gestus & motus, item affectus eorum, qui agunt, non satis signate exprimuntur. Sic & dicimus frigere orationem, quæ careat motu, quæ nimium repat humi, quæ sit destituta ornatu, quo assurgat & grandescat. Item, frigidus adiectiuum, ut, frigida laus, & aduerbium, frigide locum aliquem attingere &c.

ἐξ Μωρ. Hic frigent homines) hoc est, o-

missis animo suos, non attente suas res curant. Infra, ubi friget, hoc est, cum nihil amplius habet, quod dicat. Inde, refrigescere, Infra in Adelph: Refrixerit res, h. e. Es wird der sachen vorgessen. Sic & latine dicimus, frigide aliquem locum tractare, h. e. negligenter, & nulla contentione. Huic uerbi opponitur Calere, quo usus est Celius ad Ciceronem, frigore iam calet. Inde calescere, quo supra usus est. Sic & Ouid: Est Deus in nobis agitante calescimus illo, Impetus hic sacræ semina mentis habet. Inde & calor, h. e. impetus, ardor, seu alacritas animi, qua rapitur aliquis ad rem aliquam tractandam. Item in Phor: Act: 5. Scen: 9. Abi tange, si non totus friget eneca.

Iijce) Alij legunt, Hisce, & dicunt esse nominatiuum pluralem antiquum ex autoritate Prisciani & uidentur Euphoniæ causa. S. interposuisse. Eodem modo legit Donatus, monetq; uetuste esse positum. Sic Plautus in Prolog: Capti: Hisce autem inter confixerunt dolum.

Plurima salute impertit) formula salutandi est, viel glücks wuntschen. Quod alioqui uno tantũ uerbo effert, salue, grüsse dich Gott. Salue tu quoq;, danck habe. Sic discessuri ab amicis, & uale, eius dicturi dicimus uale, behüt dich Gott. Respondemus item eodem uerbo uale tu quoq;, behüt dich got auch. Salutare grüssen. Resalutare, dancken, oder widergrüssen. Excipere, einen entpfangen, oder wilkomen heissen. Sunt autem formulæ excipiendi hæ, Gratulor aduentum tuum, salutem

saluum te aduenisse gaudeo, *Gratus est mihi aduentus tuus*, *Incolumem te aduenisse pergratum mihi est.* Bis mir Gott wil kommen.

Quid tibi videtur hoc mancipium] *h.e. quomodo placet tibi, quid iudicas de hac ancillula à Thrasone coëmta*, wie dünckt dich vmb die magdt. *mancipium autem est, quod alicuius res propria est, ut, uirgo fuit res propria militis, quia emerat. Dicitur uero à manucapiendo. Lucret. Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus usu.*

Vro hominem] *Metaphora est. q.d. ad iracundiam prouoco, irrito, male habet eum*, Es verdreuſt jn, Ich mache jn zornig. *Germana lingua quippiam non habet. Vrere proprie significat, brennen, uris autem aliquem, cum id agis, quod male habet eum.*

Quietum reddam) *h.e. ociosum faciam, ne perpetuis uigiliis aut cursitationibus conficiaris*, Ich wil dir gute tage machen, Ich wil dir ruhe schaffen.

Ecquid beo te] *h.e. non magni beneficij loco id ducis, non ineo apud te magnam gratiam.* Thue ich dir nicht einen grossen dienſt dran, Iſt das nicht ein groſſe freundſchafft.

Detineo te] *obseruandum est uerbum, Detinere*, Ich halt dich vielleicht auff.

Qui mihi nunc vno digitulo) *Mihi per Pleonasmum eleganter abundat, sicut & in Phor: Scen. Vlt. Qui fiunt senes mihi, ubi ad uxores uentum est.* Et apud Horat. lib. 1. Epist. 3. *Quid mihi Celsus agit.*

Et in Adelph. Act. 5. Scen. 8. Suo sibi hunc iugulo gladio. Et apud. Virg. Eclog. 9. Et nunc omne tibi stratum silet æquor. Germani imitantur, cum dicunt, du wirst es mir wol lassen. Et in Heau: Syrus mihi pœnas pendet. Item, huiusmodi res mihi comminiscere. Et XII. Aen. Quis mihi nunc tot acerba Deus quis carmine cædes Expediet.

Calcibus sæpe insultabis) Insultare elegans uerbum est, an etwas mit gewalt lauffen, mit füssen an etwas stossen. Inde Latini per Metaph. Eleganter utuntur, Insultare calamitosis. h.e. eos, qui alioqui satis miseri sunt, contumelijs & scommatis perstringere, impetere, hohn sprechen, einem das vnglück günnen.

Miror quid ex Piræo abierit) Piræus portus & arx Atheniensium ad mare, ubi iuuentus Attica aduersus insultus prædonum excubebat. Meminit Demost. de Coro: ἐν πειραιεῖ καί ἄστει. Seruius Sulpitius lib. 4. Epist. 5. ad Ciceronem, Dextera erat Piræus, sinistra Corinthus. Vide Melam lib. 2. cap, 3

SCHOLIA, quæ explicant Textum, Act: II. Scenæ II.

Dij immortales) Magno consilio præfantem hic inducit Gnathonem. Nam hac præfatione complectitur pro suo more. Poëta totam descriptionem morum Thrasonis & Gnathonis, ut scias, quorsum sint omnia referenda, uide Cicer. de Amicicia. ἄλλως. Quia hic Thrasonem describendum sumsit, incipit

incipit primo ab eo genere hominum, quo hi potissimum delectantur. Gnatho autem suas artes prædicat, & docet, quales sint, quibus uoluptati sint. Erit igitur artificiosa προσωπογραφία, & pertinet ad genus Demonstratiuum. Gnatho nomen habet á buccis, der viel fressen kan, der da ein gros maul hat. Parasitus autem dicitur, qui uentris gratia sectatur alienum cibum, á σῖτος cibus, & παρὰ iuxta. Dij] propositio figurata exclamatione admirantis, quod omnia prospera succedant. ἄλλως. sententia generalis est sumta ab admiratione, & quasi dijs agit gratias, & deinde se magnifice effert, quod in tali sit statu. Immortales] Hilff Herr Gott. Quid]. i. quantum. Præstat). i. differt. Non enim sunt eædem naturæ. Generaliter & uerisimiliter est dictum. Vtitur enim ista generali sententia tantum ad plausum. Interest] .i. differt. Intelligens] .i. uafer, impostor, qui scit casus mundi. Non enim in bonam partem sumitur, sed in malam. Stulto] Dicit de sua persona, & est dictum satyrice. Quia insectatur mores, qui fuerunt & nunc etiam sunt. Stultus autem hic dicitur, der sich nicht in die welt schicken kan. Interest] Non dicit hoc, quod probet istos mores, sed maxime obtestetur. De corruptissimis igitur moribus dicit in mundo & nunc addit Rhetoricam expositionem. Hoc] .i. ita esse re uera. Expositio Rhetorica, & dicit de parasitica arte. Adeo] ja war. Ex hac re] .i. inde, uel ex eo exemplo, quod iam recitabo. Venit)

.i. eius

.i. eius rei iam commode recordor. Ich gedencke eben recht dran.

Conueni] .i. hominem stultum allocutus sum. Rationem propositionis pulcra narratione exponit, in qua declarat parasiticam artem, habetq; duas partes: Primum tradit præcepta artis, deinde utilitatem. Est autem figurata occasione & sermocinatione. ἄλλως. Narratio, in qua per collationem artem parasiticam exponit. Incipit autem rem magna simplicitate, sed tamen singula uerba habent in se quoddam pondus. Loci) .i. mei generis, ingenij, der art, des Adels. Descriptio personæ. Ordinis] .i. fortunæ. Locus refertur ad nobilitatem, ordo ad fortunam. Hominem) uenusta periphrasis hominis, qui sua bona male consumserit, der das seine hat verschlemmet vnd vbel zu gebracht. Impurum] .i. non malum, non auarum, & sordidum, vnflat. Non uult dicere prodigum aut heluonem. Patria] .i. paterna. Itidem] .i. atq; ego. Abligurierat] .i. suauibus cibis consumserat. verschlemmet. Cicero in L. Calit: fortunas suas obligurierunt. Parasiti uafri & impostoris prorsus Rhetorica imago, seu, ut uocant. εἰκὸν. Video] .i. hominem. Pulcerrima Hypotiposis parasiti hominis, & collatio sui & alterius. Sentum] .i. horridum, incultum, hispidum à sentis. h. e. spinis. q. d. senticosum, der da rauch ist, wie die hecken, das ist, vngestalt. Squalidum] .i. sordidum, vnsauber schmutzig, wüste. Aegrum] .i. macilentum, confectum macie, schwach. Hoc pulcre dicit, quod fuerit ex nu-

ex numero Gnathonum, qui possunt curare cuticulam. Obsitum) .i. inuolutum, circundatum, alt vnd arm. Metaphora sumta est ab agris. Annis) .i. confectum sen o, alt gestalt. Quid) sermocinatio. Loquitur enim quasi alter Gnatho esset præsens. Istuc] per contemtum ista dicit. Quoniam] .i. ideo istuc ornati est mihi. Querela miseri parasiti est. Perdidi] i. omnia consumsi. verschlemmet. Hem] Eiu lantis, Ach Herr Gott. Redactus) Et cum fortuna statq; caditq; fides. Omnes] .i. qui aduenerunt, cum adhuc saluum esset patrimonium. Deserunt] .i. non respiciunt, non uult me agnoscere. Quia sum pauper. Ouid. Nullus ad amissas ibit amicus opes.

Hic ego) Descriptio superbiæ Gnathonis. ἀΜως. Reprehensio, qua significat Gnatho multa interesse inter hominem intelligentem et stultum. Hic) .i. hoc audiens. Illum] .i. famelicum. Egregie occasione uitæ suæ rationes & consilia narrat. Contemsi) .i. iudicaui esse indignum, qui apud me staret. Præ me) .i. collatam ad me. Quid) Repetitio obiurgationis. Ignauissime) .i. qui non probe didicisti hoc artificium. Itane) .i. itane instituisti uitam tuam, & was sol das sein. Propositio reprehensionis. Parasti) .i. nihil aliud didicisti. Spes) .i. ut perpetuo maneas mendicus & pauper. Reliqua) .i. contra aduersam fortunam, seu egestatem. Suæ quisq; faber est fortunæ. Consilium) .i. recuperandi res perditas, weise vnd wege. Cum re] .i. fortuna. Consilium) .i. quod non didicisti, qua ratione curares

rares tibi diuitias. Amisti] syncope, cum aliquid è medio dictionis excluditur. Multi rem amittunt, sed non consilium, multo minus spem. Quia excogitant rationem, qua sibi victum quærant. Mentallici perpetuo sperant, quantumuis inopes. Amittere autem cum re spem & consilium, hoc uere est esse miserrimum. Viden') Amplificatio à suo exemplo. Me] Est exultantis & magnificientis suam personam. Loco] .i. genere, uel, ex eadem fortuna, quia tu es. Color] Hæc plane uox est parasitica. Incipit autem Gnatho laudare artem suam adulatoriam & dicit nullam esse meliorem, & iste locus uice exordij explicatur. Color) .i. forma corporis. Refertur ad superius, quod dixerat sentum. q.d. Ewar nicht vngeschaffen. Nitor] Refertur ad squalidum. q.d. cultus, reiniglich, seuberlich. Vestitus] Refertur ad, pannis, annisq; obsitum. Habitudo) Refertur ad ægrum. q.d. quam corpulentus sum .i. Ewie wol ich bey leibe bin, wie bin ich so feist. Sic est infra, si qua est paulo habitior, pugilem esse aiunt. Omnia) .i, per adulationem. Obiectio. Habeo) .i. apud alios Thrasones. Quicquam] .i. à meis parentibus. Nihil] .i. etsi nihil habeo, quod ad fortunam attinet. Est] .i. ex meis bonis. Defit] .i. quando uenio ad alios. Commoramur adhuc in illa descriptione Gnathonis, qui tantum suum commodum quærit. Corui tantum deuorant mortuos. Gnathones uero etiam uiuos.

At ego) causa, quare inciderit in tantas calamitates,

lamitates, uel causa suarum miseriarum à contrario. ἄμως. Contrarium istius, qui est destitutus omni ope & alligat Gnatho causam istius mendicitatis & miseriarum. Infelix] .i. præ nimia probitate felicitate. Dolenter hæc dicit. Dolet enim, quod hactenus fuit tam probus. Infelix) .i. inquit ille. Est obiectio, & sunt uerba alterius personæ in collatione. Ridiculus] .i. ut me rideant. Quid tu) Reprehensio per confutationem. His rebus] .i. plagis & laboribus uapulando & scurrilitate, uel ridiculum præbendo, das einer kan reich werden. Tota via erras). i. nihil intelligis de hac re. Olim] Incipit prædicare hoc nouum suum aucupium et est concessio. Generi). i. Gnathonum, ex quibus tu es. h. e. qui poterant esse ridiculi et ferre plagas. Prius). i. cum tempore essent meliora. Apud seclum). i. temporibus melioribus. Nouum] .i. de quo ego præcipiam. Hoc) .i. meus quæstus. h. e. nouam rationem quæstus, newe handelung. Metaphora sumta est à capiendis auibus. Ego) Instituit se Magistrum illius Philosophiæ pessimæ. Viam] .i. nouum genus quærendi uictum. Viam). i. homines aucupandi.

Est genus) Quia dicebat se nouam artem tenere inescandi homines, exponit quæ sit illa pars, & primo apud quos homines illam exerceat. Ita hac occasione simul & Thrasonis natura exponitur. ἄμως. Narratio, qua parasiticam illi exponit, & tradit primo artis præcepta, deinde utilitates, quas hæc ars adfert suis sectatoribus, exemplis commonstrat, nempe quod homines felices & lætos reddat. ἄμως.

Docet

Docet quos habeant homines in aulis principum & exponit, quid Thraſo ſit, nempe, homo temerarius & audax, qui prorſus ignorans ſumit ſibi iudicium maximarum rerum. Hominum] Emphaſis eſt. q. d. illorum eſt magna multitudo. Qui eſſe) Deſcriptio Thraſonis. Primos] .i. præcipuos, die jre hende alle wege wollen im ſode haben. q. d. qui uolunt eſſe ſapientiſſimi, & de omnibus rebus iudicare, uel, qui arrogant ſibi ſummam ſapientiam & iudicium de omnibus rebus. Nec ſunt) h.e. nihil minus ſunt, quam ſapientes, ſed ſunt ipſa ſtultitia. Hiſce) .i. Thraſonibus. Paro) .i. quod tu uehementer times. Rideant) quaſi ſcurram. Arrideo) .i. probo omnia facta & dicta eorum. Admiror] .i. dico eſſe factum & dictum ex ſumma ſapientia. Ich ſchicke mich gar in jre weiſe, ich halte gros von jnen. Quicquid] Repetit deſcriptionem paraſitici. Dicunt] .i. Thraſones, bene uel male, Ich laſſe mir wolgefallen alles, was ſie thun. Negant) .i. ſi mutant ſententiam, aut ſi improbant, Negat) .i. Thraſo. q. d. Si diſpliczuerit res. Quis) .i. Thraſonum. Cicero in libello de Amicicia. Quid poteſt eſſe tam flexibile, tam deuium, quam animus eius, qui ad alterius non modo ſenſum ac uoluntatem, ſed etiam uultum atq; nutum conuertitur, &c. Ouid. lib. 2. de arte amandi.

Arguit, arguito, quicquid probat illa, probato.
Quod dicit, dicas, quod negat illa, neges.
Riſerit, arride, ſi flerit, flere memento,
Imponat leges uultibus illa tuis.

Ait]

Ait) .i. affirmat. Postremo) De causa finali, quare ipse hoc artificium docuerit alios, & quare in illo se diligenter exerceat. ἄλλως. ἐπιφώνημα. h. e. summa summarum, si uis esse Gnatho, hanc artem oportet, ut sequaris. Imperaui) .i. habeo ἕξιν istius rei, hoc mecum institui, ita affirmaui me. Assentari) .i. assentando probare, tantum dicere placentia. Quæstus) .i. parasiticus, scilicet, omnia posse assentari.

Scitum) Irrisio amarulenta cum indignatione. Addit autem Poëta personam serui, qui rideat Gnathonem. ἄλλως. Propter tedium introducitur persona Parmenonis, & depingit uanitatem Thrasonis. Scitum) Absolute hic positum est. Hominem) Er mag es sich wol rühmen. Hic) .i. Thraso. Stultis) .i. Thrasonibus. Amplificat narrationem ab euentu, & indicat utilitatem suæ artis. Insanos) Plautus in Amphit: Ex insana insaniorem facies. Dum) Narratio euentu aucta est. Loquimur) .i. inter nos. Est usus uerbo admodum apto suæ personæ. Interea) darzwischen. Recenset commoda, quæ siquis hanc artem didicerit, consequitur. Macellum) ein fleischbanck, nomen habet à mactando, quod ibi uenduntur, quæ mactata sunt. Concurrunt) Attende familiam parasitorum. Læti) .i. existentes propter meam personam. Mi) Pro mihi, per Apocopen. Cupedinarij) Qui uendunt lautiores cibos. Generaliter horum cupidinis uocauerunt Romæ, ubi uenduntur cibi lautiores. Cetari) Fischmenger, qui uendunt magnos pisces. Cicero lib: 1. de officijs. Lanij) Fleischhawer, oder metzler à

ler à discerpendis pecoribus. Coqui) .i. köche, i. uenerunt mihi obuiam. Fartores) &wûrſtmacher, qui faciunt farcimina. Re ſalua) .i. antequam res meas prodegeram. Re perdita) .i. poſtquam perdidi rem. Hæc tantum dicit propter finalem cauſam Paraſiticæ artis. Re ſalua) .i. cum nondum amiſiſſem omnia bona, cum de meo impenderem. Re perdita) .i. cum nihil haberem, cum penderem de alieno. Proſum) Paraſiticum eſt. Salutant) Humanitas cupediariorum. Vocant) .i. me. Gratulantur) .i. excipiunt me cum gratulatione, ſie heiſſen mich &wilkomen ſein, uel, admirantur, quod tam diu abfuerim.

Ille vbi) Erudita eſt amplificatiuncula, in qua repetit inſtitutam collationem. ἄλλως. Addit laudationem de iſta ſingulari arte, ac mirum in modum illam effert. Miſer) i. quem inueni apud fórum, qui omnia amiſerat. Famelicus) Hungeriger. Eſt ſingularis ἐπίτασις in hac uoce, famelicus. Honorem) .i. me ita ſalutari, & uocari ad cœnam. Facile) .i. ſine ullo labore. Victum) Victum quærere, ſich kümmen ernehren. Victum) .i. hoc animaduerteus. Homo) .i. qui erat famelicus. Obſecrare) .i. ſummis precibus, tanquam in ultimo periculo. Locus eſt pulcerrimus & id uoluit ſignificare, nullum genus eſſe felicius, quam Gnathones. Liceret) Summa petitionis. Id) .i. hanc artem, tantam diſciplinam. De me) pro, à me, antiquum eſt. Sectari) Proprie eſt dictum. Fingit enim ſe eſſe ſummum præceptorem in mundo. Pote) .i. potis es. Tanquam) Summa commendatio artis paraſiticæ.

Diſci-

Disciplinæ) .i. scholæ. Ex ipsis) .i. Philosophis. Vocabula) .i. appellationes. Ridicula est comparatio. Parasiti) .i. qui discunt artem parasiticam. Gnathonici) .i. ab autore & Magistro, ut habeant discipuli nomen á præceptore Gnathone. Viden') Interponit seruus prouerbialem sententiam, & facetißimum dictum de parasitis. Faciat) was nur ausrichte. Alij legunt, Quid facit, ut sit figura per modos, pro quid faciat. Sic in Adelph: Nunc uide, utrum uis, pro uide, utrum uelis per Enallagen modi. Nam huiusmodi interrogatiuæ particulæ, quid, an, utrum, si quando infinitæ fiant (ut fit interdum) tunc subiunctiuum modum, aut potentialem postulant, uelut in Andr: Scio quid conere, & alibi, dic quid uelis.

Quid faciat) Periphrasis Gnathonis. Est autem exclamatio, qua deplorat, quod talis homo nihil potest facere honestum. Alienus) .i. parasiti nunquam sunt bonæ frugis. Sed ego) Est occasio sequentis colloquij. Describit enim Poëta congressum personarum, Parmenonis, & alterius, ubi alter alterum ludit, ἀλλως. Narratio, quæ pertinet ad Gnathonem. Cesso) .i. contra uoluntatem meam. Est corripientis. Hanc) .i. puellam militis, tanquam rem magnam. Rogitare) .i. Thaidem. Cœnam) .sc. militis. Sed) Pulcra argumentatio á signis & est occasio futuri colloquij. Pingit autem Poëta, quas cogitationes in animo habeat Gnatho. Tristem) der sihet sawer. Riualis) .i. Phædriæ. Tristem) Signum, quod probat rem non feliciter procedere. Salua) die sache stehet wol,

Enthymema. Homines) .i. Phædria cum suo seruo. Hic) id est, apud Thaidem. Frigent] .i. habent pessimam causam cum Thaide. Haben keinen platz. Sunt negligentes suarum rerum, sind nachleßig in iren sachen, sunt remißi. Cælius lib: 8. Ep: 6. Curionem frigere iam calet, h.e. impetus eius resederat, sed iam feruet, est uehemens. Nebulonem) .i. hominem nihili, den loſen fischer, den loſen ebentheuer. Nebulo autem dicitur a nebula, quia nebulas obijciat. Certum) .i. decretum est, constitui. Subijcit de suo cõsilio, & est extenuatiue dictum. Hicce) Deridentis est. Secum autem loquitur seruus, & disputans hic colligit, quod totus excludetur Phædria. Arbitrantur) .i. quod neminem præter Thrasonem amare debeat. Ironia est. Munere) .i. ista unica puella. Irridet & consolatur seipsum.

Plurima] Principium narrationis Gnathonis, & utitur illo numero, qui conuenit principibus & regibus, & est initium istorum omnium, quæ sequuntur, quibus mutuo se lædent, & initium ostendit, qualis sit persona. Quia præ se contemnit Parmenonem Gnatho) .i. Qui est in tanta admiratione. Impertit) Blandientis & incipit irridere, & uult significare, nihil esse effecturum Parmenonem suis muneribus. Summum) .i. amicum. Ironia, q. d. Non est dignus, qui conferatur cum mea persona. Quid agitur) Vox blandientis, & Ironia est. Statur) Facile intelligit seruus, quo pertineat interrogatio uel blanditio, igitur subijcit, statur, quia fores non sunt apertæ, sed occlusæ. Video) Responsio admodum faceta, q. d. Res ipsa indicat

indicat te stare, & non posse ingredi. Nunquid) σκόπτικον. Quia existimat Gnato se hic regnare. Vides) günste mir auch, das ich hie stehe. Te).i. non libenter uideo. Parmeno ingenue fatetur, q. d. uellem te esse longißime á me. Credo) Irridentis uox, q. d. Ich gleube es sicher wol. Aliud) .i. uides, quod nolis uidere. Tantum interrogat, ut illum poßit quam maxime ardere. Qui dum) .i. quare interrogas. Dum est Parergon. Quia tristis es) du sihest sawr. Argumentatio est tantum scoptica á signis, & uult significare illum non posse introire. Nihil) .i. tristis sum. Ne sis).i. tristis. Consolatio, sed tamen acerba. Hoc) δεικτικὸν. Mancipium) q. d. Qualis tibi uidetur hæc puella. Malum) .i. non est admodum deformis puella. Est Ironia, & inimica laudatio. Vro).i male accipio hominem. Ad spectatores hæc dicit.

Falsus) .i. ut longißime aberrat, quod existimat eiusmodi munere capi Thaidem. Falsus animi) Pro animo, per Antiptosin, Quale illud Virgilij est XI. Aen: O præstans animi iuuenis. Dicitur autem falsus animi, uel quod putet huiusmodi munere capi posse Thaidem, uel quod se Parmenonem urere magnopere credat. Quam) Repetitio superiorum. Vocat autem illum tanquam iudicem, ut tantum rideat Parmenonem. Munus).i. hoc mancipium. Sarcasmus est. Hoc) Conceßio. Dices).i. dicere poßis. Eiectos) .i. exclusos. Hinc).i. á Thaide. Heus) Monentis

uox cum quadam interminatione. Omnium) γνώμη quod propter res secundas non debeat nimium superbire. Nihil enim est firmum & stabile. Vicissitudo) .i. alterna mutatio, ein abwechseln, q. d. In rebus humanis nihil est perpetuum. Victoria iam est apud uos mox erit apud nos. Prouerbialis autem est sententia in eos, qui insolenter utuntur prospero successu. Sex) .i. per dimidium annum. Insultatio amarulenta, qua significat illum & Phædriam esse exclusos. Parmeno) Compellantis. Sursum) .i. causa tui heri, huc atq; illuc aut certe subinde ad Thaidem ab hero, rursum ab heco ad Thaidem intercursites, ita ut solent amantium ministri. Vide Eras: in Phor: Sursum ac deorsum. Quietum) Supra in Andr: Si hic quiesset. Ecquid) Communicantis. Beo) .i. nunquid tibi facio rem gratam. Mene) .i. tu potes beare. Papæ) so sehr. Ironia per admirationem. Soleo) .i. beare. Also pflege ich meinen besten freunden mit zu fahren. Laudo) Vox cum magna ironia, q. d. Iam est, quod me ludis, futurum est, ut ego te quoq; ludam. Detineo) .i. meo sermone. Iterum irrisit, & quasi seipsum reprehendit. Tu profectus alio fueras) .i. alio proficisci pararas. Est enim eiusmodi locutio, qualis illa apud Liuium lib: 5. Deca: 4. Quintius quo profectus erat, Demetriadem contendit. Similiter Plautus in Aulu: Nunc quo profectus siem. ibo, h.e. Quo proficiscebar, uel proficisci statueram. Nusquam) .i. eram profecturus. Da mihi) id est, parum iuua me, thue mir einen kleinen dienst. Petitio per irrisionem. Illam) id est, Thaidem

Et

Er stunde an der thür, noch sprach er, er solte im helf-
fen, das er eingelassen würde. Age) concedentis cum
quadam ironia, lezt hastu gut pfeiffen. Dan wenn
du die nicht bey dir hetteſt, ſo wirſt du mir wol anders
ſagen. Modo) .i. esto ſic. Repetit alijs uerbis, ſorte
& ipſe cum Thraſone quoq; excludatur. Fores) .i.
Thaidis. Quia) cauſa, quare pateant fores. Iſtam)
.i. elegantem puellam. Num) Repetit extremam
irriſionem. Euocari) .i. per me, Sol ich dir jemand
raus ruffen. Sine hoc) Quod antea uerbis obſcuri-
oribus ſignificat, id nunc manifeſtioribus uerbis de-
clarat, nempe, inquit, Tu non es perpetuo manſurus a-
pud Thaidem. Qui mihi) obſeruabis elegantem Ple-
onaſmum in uoce, Mihi. Nam etiamſi demas, mihi,
tamen eſt integra ſententia. Germani item ſic ſolent
inſerere, du wirſt mirs wol laſſen müſſen, pro, du
wirſt wol laſſen müſſen. Qui mihi) Græce dictum
eſt. Digitulo) Hyperbolice dictum eſt. Fortuna-
tus) id eſt, exiſtens, dieweil du ſo guten platz haſt.
Næ) .i. certe. Faxo) .i. faciam. Significat illam feli-
citatem non futurum perpetuam. Calcibus) & wirſt
mit gewalt darwider lauffen, i. inſultando pulſabis.
Etiam) id eſt, nondum es intromiſſus. Irridentis eſt.
Hic) id eſt ante ædes. Cuſtos] ſignificat ſe cum be-
ro eſſe excluſum. Dan er ſtunde für der thür, vnd
kundte nicht hinein kommen. Relictus) id eſt, à tuo
domino. Internuncius) .i. clancularius nuncius, ein
köpler, qui fert ſecreta inter amantes. Iſtam) id eſt,
Thaidem. Milite) id eſt, Thraſone. Vult ſignificare,

quod miles totum habeat imperium. Facete) .i. non mirum est, quod me ludis. Parmenó respondet, significans se contemnere dicta Thrasonis. Dictum) Ironia. Mira) .i. miranda. Prouerbialiter est dictum. Vero) Ironia. Illud primum (facete dictum) referendum est ad personam Gnathonis. Sequentia uero ad Thrasonem. Placeant) .i. possint placere, q. d. nihil curo, neq; te, neq; militem. Herilem) .i. Chæream. Miror) Argumentum á signis. Piræo) Piræus fuit propugnaculum seu promontorium Athenarum, ubi adolescens Athenienſium soliti sunt excubare, si quando Atticæ impendebat periculum ab incursationibus hostium. Atq; hoc est, quod hic ait, Ibi custos publice nunc est, h. e. demandata est ei publico decreto senatus custodia in Piræo. Er iſt verordnet, das er &wache. Piræi meminit etiam Cicero ad Att: lib: 6. Custos) .i. constitutus seu ab alijs missus. Publice) .i. ex publico constitutus & conductus. Non temere) .i. non de nihilo est. Circumspectat) Aliud signum, unde colligit non esse temere relicto Piræo illum aduentare.

ARGVMENTVM IOANNIS STIG: in Act: II. Scen: III. Occidi &c.

Præbet hæc scena occasionem noui motus in hac fabula, qua inducitur Chærea amans peregrinæ uirginis, idq; uidetur á Terentio ἐμπαρεργῳ ad demonstrandam atq; agnoscendam uirginem additum. Describitur

scribitur autem natura, atq; impotentia adolescentiæ, quæ maximæ est obnoxia amoris ardoribus. Itaq; ut Cicero suadet, cohercenda est & asperioribus studijs assuefacienda. Vt enim ocium est causa multorum malorum, ita luxuria uoluptatum amoribus plurimum alimenti præbent. Ideo etiam Diogenes dixit amorem ocioſorum esse negocium, quod hic affectus potißimum occupet ocio deditos. Obseruanda etiam est seruorum leuitas & perfidia. Quod enim Parmeno supra dehortatur Phædriam ab amore, uidetur odio meretricis Thaidis, quæ seruorum commoda intercipiebat, magis facere, quam uirtutis amore, cum hic ob exiguum officium iubet herilem filium, ut legitimo amore afficiatur.

ALIVD, Caspari Crucigeri.

Quia hæc fabula quasi gemino argumento facta est, Ideo hic nouam actionem orditur, quæ postea peculiarem motum excitabit, & tamen hanc partem apte coniungit superiori, cum fingit Chæream adolescentem, qui forte uirginem in uia conspexerat, subito illius amore captum cum seruulo consultare, quomodo ea potiri possit. Et primum ueniens orationem orditur plenum affectibus, qua admiratur uirginis formam, ut statim intelligatur ipsum cepisse amare, et indignatur quod cuiusdam senis interpellatione retentus illã e conspectu amiserit. Postea sequitur propositio cum petitione, cum exponit se amare, & seruum hortatur, ut sibi adiutor sit uirginis potiundæ et in petendo cõmemorat

ſua beneficia erga illum, &c. Deinde ſubijcitur breuis narratio, quæ continet deſcriptionem formæ uirginis amplificatam collatione, & adduntur circumſtantiæ, ubi uiderit uirginem, & quomodo amiſerit, ubi pro affectu ſuo facit Hypotipoſin odioſi ſenis, qui ſuam feſtinationem remoratus ſit, ac tandem ex circumſtantijs præuenit eò, ut Parmeno intelligat hanc eſſe ipſam uirginem, quam uiderat ad Thaidem deduci. Igitur urget Chærea petendo, & inter loquendum poſtquam iniecta eſt mentio Eunuchi, occaſionem conſilij arripit ſeruus, ut Eunuchi ornatu deducatur adoleſcens ad Thaidem, quod quia placebat cupido adoleſcenti imperat ſeruo, ut rem efficiat. Eſt ergo hæc occaſio alterius partis in Epitaſi fabulæ.

ALIVD M. Ambroſij.

Cum hæc fabula quaſi duplici conſtet argumento, nunc ſubijcitur ſumma quædam alterius argumenti, unde paulo poſt exiſtent peculiares turbæ. Hanc uero partem aptißime coniungit ſuperiori, ita ut non procul quæſita, ſed ſua ſponte occuriſſe uideatur. Nam fingit adoleſcentem Chæream, qui forte uirginem ad Thaidem deducendam in uia conſpexerat, ſubito illius amore captum eſſe & cum Parmenone ſeruo conſultare, quomodo illa puella potiri poſſet, & quidem de uirgine adoleſcens longam inſtituit narrationem, in qua primum eius formam ſupra modum prædicat, ſimul indicans ſe eam perdite amare. Deinde ſeruum hortatur, ut adiutor ſit potiundæ

uirginis,

uirginis, & addit magna indignatione, quomodo puellam amiserit è conspectu interuentu senis cuiusdam admodum odiosi. Postremo loco, auditum consilium Parmenonis, qui tantum sic iocatus erat, statim probat & cupide arripit illud, maximopere instans, ut quam primum pro Eunucho ad Thaidem deducatur. Cæterum monet hæc Scena, quam facile sic etiam leui occasione adolescentē, qui modum nescit suæ cupiditatis, eò insaniæ peruenire, ut nihil aliud cogitet ac curet, quam ut suam uoluptatem cum maximo incommodo uitæ & morum expleat.

ALIVD EIVSDEM.

Orditur hoc loco nouam quandam actionem alterius argumenti huius fabulæ, de amore scilicet Chæreæ, qui postea existit causa magnorum motuum. Cohæret autem hæc ipsa pars huius fabulæ aptissime cum superiori. Fingitur enim Chærea adolescens ex uirginis conspectu, quæ à Gnathone ad Thaidem deducta erat, quod statim eam perdite amare ceperit. Cæterum aduenies adolescens principio instituit quærelam de suo infortunio, quod uirginem, qua nullam aliam formosiorem unquam uiderit, tam cito è conspectu amisit. Deinde non leuiter stomachatur aduersus senem, cuius odiosa & intempestiua interpellatione aliquandiu retentus non potuerit sequi puellam & uidere quorsum iret. Hæc dum secum loquitur adolescens magno cum dolore & indignatione ex improuiso fit obuiam Parmenoni, huic incipit rem ordine narrare de uirgine uisa & amissa ex oculis, simul confitens,

confitens suum dolorem & amorem. Adhortatur autem studiosissime seruum, ut sibi adiutor sit potiundæ uirginis commemorans sua beneficia erga illum. Porro seruus non imprudens ex multis circumstantijs narrationis colligit hanc ipsam esse uirginem, quæ paulo ante ad Thaidem deducta est. Magnam itaq; spem facit adolescenti, qui audito consilio, quod Eunuchi ornatu facillime uenire posit ad uirginem, nullum finem facit orandi & imperandi, ut hoc quam primum seruus effectum reddat. Ita quod Parmeno ioco dixerat, hoc amator adolescens serio accipit, & magno cum discrimine iubet se duci in domum meretricem.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. AND. MISENI in Act. II. Scen: III.

Occidi. Neq; virgo est usquam] *Vt ubiq; mirus artifex est Poëta in decorum personarum obseruando, Ita in hac Scena etiam eleganter obseruauit, ut uel solus Horatianum illud præstitisse uideri possit, Aetatis cuiusq; notandi sunt tibi mores. Ita enim exprimit, effingit, & tanquam ob oculos ponit affectus furiosi, ac concitati ac perturbati adolescentis, ut non potuisset aptius idem præstare, uel rerum inuentione uel facultate orationis seu uerborum. Nam cum descripturus esset amatorem adolescentem, qui tam perdite amabat, ut istis stimulis & furijs amoris incitatus, nihil habeat pensi, non moretur uel honestatem,*

nestatem, dignitatem, existimationem, uel, famam suam, referebat quoq; affingi huiusmodi gestus, motus, affectus, sermones, qui proprie in huiusmodi perturbatum animum cadere solent. Vide singula uerba in hoc loco toto, uidebis, quam sint in loco dicta & conficta omnia. Et ut ipse Poëta se proderet, pro suo more, sicut supra monui, uel uno uerbo illa omnia explanat, cum inquit, præ ut huius rabies quæ dabit. Vocabulo rabies significanter & in loco usus est, ut furorem & amentiam ac impetum, ac immensum ardorem iuuenilis animi exprimeret. Grande enim & uehemens uocabulum est, quod isti rei bene conueniebat. Et quod magis admirationem afferre debet, intimus etiam affectus seu motus animi mediocriter oratione exprimit, eos quanquam oratione assequi non poterat, ut ob oculos poneret, tamen fingit seruum interrogare, Quid tu es tristis, quidue es alacris? unde is? Ita enim uarietate uultus, apte & signate uarietatem motus perturbationem, & inconstantem uehementiam uoluit indicare. Quæ ingenium et acumen inuentionis Poëtæ non simpliciter produnt.

Atq; hoc commune habent cum picturibus Poëtæ in commouendis affectibus. Illi enim mirabili quadam industria utcunq; indicant & sub oculos ponunt, quæ alioqui impossibile erat, apposite posse depingi. Sic Thimantes pinxit patrem Iphigeniæ, quæ dus mactanda erat, obuoluta facie, præ reliquis principibus Græciæ, qui astabant, lugentes & de puella flentes, cum luctum immensum eius digne non posset

pingendo

pingendo assequi. Volebat enim patrium dolorem & luctum grauissimum & acerbissimum ita non obscure significare. Sicut & satis ingeniosum est illud de Cyclopis imagine. Nam cum exigua tabula illam immensam molem, & uastitatem corporis, pro dignitate rei non posset pictura ut uolebat, assequi, addidit Satyros metientes longitudinem pollicis, ex qua re posset reliqua granditas ac uasta moles totius corporis æstimari. Adeo scilicet in hoc autore nihil uel rerum uel uerborum posis desiderare, sed ubiq; uerba rebus, & res uerbis conueniunt ac quadrant, quæ uirtus ubiq; in omni oratione summa est.

Atq; plurimum retulerit, hæc in his breuibus argumentis obseruasse, ut in forensi genere dicendi & prolixis orationibus melius intelligas, in quibus præter illam acutam rationem describendorum affectuum, etiam additur elocutio, ornatus orationis, quibus res ampliores fiunt, & fusius sparguntur, ut non cuiuis sit procliue, de rebus iudicare. Neq; tamen hic loquium alioqui prolixum. Addit enim uenustam collationem formarum, in qua est descriptio absolutæ & perfectæ formæ, in qua nihil uenustatis, dignitatisq; tam in corporis, quam in facie posis desiderare, præ illa scilicet quotidianæ. h. e. uulgares formas sibi uideri quasuis. Addidit etiam elegantem descriptionem seu hypotiposin odiosi senis, in qua per Mimesin ita effert senis in dicendo moram, ut si uideas rem geri, Neque intelligis melius, nisi ex actione. Quæ omnia tanquam

stellulæ

fcellulas & parerga addere uoluit, ut uariaret actionem, utq; leuaret tedium ſpectatori, ſicut neceſſe eſt fieri in prolixis orationibus. Oratio autem nudata iſtis ſuis ornamentis, & iſtis pigmentis, qui tanquam ueſtitus illi eſt, prorſus friget, id quod nos iudicare facilius poterimus, quam præſtare. Neq; enim puto nos aſſequi poſſe unquam iſtam facilitatem & felicitatem dictionis, quia illi ſummi uiri excelluerunt. Credamus nos non mediocre quiddam aſſecutos, ſi recte ſuo quæque loco ſingula mirari poſſimus.

O fortunatum iſtum Eunuchum) Poſt hypotipoſin in media Scena ſubijcit colloquium, in quo prorſus alia figura orationis eſt, nulli tanti motus, nullæ amplius uel exclamationes uel imprecationes inſeruntur, id quod iterum magno conſilio egit prudentiſſimus Poëta. Nam cum remiſſior multo ſit oratio, quam illa ſuperior, non tam turbulenta & uehemens indicare uult impetum illum ac ardorem, ſed ut ipſe ſatis ſignate uocat, rabiem iuuenilis animi, paululum conſenuiſſe ac refrixiſſe. CONSILIVM Parmenonis ſerui, in quo ſuadet Chæreæ adoleſcenti, ut ornatu Eunuchi indutus, ipſe ſe pro Eunucho in ædes Thaidis deduci paciatur, generis eſt Deliberatiui. Diligenter autem colligit commoda & fructus, quos ſit percepturus adoleſcens, ſi ſibi obtemperet, id quod in genere ſuaſorio ſolet fieri.

Cibum vna capias, adſis, tangas, &c. Addit etiam facilitatis argumentum, poſſe id commode fieri, cum non ſit in ædibus Thaidis ulla, quæ ipſum

norit,

norit, neq; circumstantias negligit ex persona adolescentis petitas, nempe, á forma illius, & ætate, quæ satis coarguant, cur facile posit se pro Eunucho dare. Nam ad facilitatis argumentum illa quoq; pertinebant. Quo trudis] Subijcitur contrarius locus seu confutatio illorum omnium, quando seruus detrectat imperium herile, et repudiat consilium, quod intenderat. Et ut supra commoda in suadendo uerserat ita hic incommoda opponit secutura, calidum nimis esse. h. e. Præceps & audax nimium, quod magnum periculum, nisi repudietur, sit allaturum, sibi maxime, qui autor & impulsor fuerit. Nam hoc uocat in se cudi fabam. h.e. futurum, ut in se recidat malum omne, in se uindicatum iri culpam, si quid male cesserit, cum flagicium sit, tale quippiam uel instituere uel audere. Confutat autem hoc Chærea argumento á definitione, & contrario, Non esse flagicium meretrices fallere, imo uero æquum esse, ut uicissim ab adolescentibus fallantur, cum ipse adolescentes mutilent, spolient, & lacerent, ita nemini non probabitur, qui resciscet, tantum abest, ut indigne factum esse sint dicturi. Seruus uictus argumentis adolescentis, prætexit tandem imperium herile, cui se morem gesturum esse inquit, ita tamen, atq; his legibus, ne culpa postea in se solum transferatur.

Inter syllogismus est.) MAIOR, flagicium est fallere, ludere dolis, non commeritos. MINOR, Meretrices ludere, cum dignæ sint, non est flagicium, Quia uim ui repellere licet, Æquum est, ulcisci aduersarios. CONCLVSIO, ergo, &c.

Vbi

Vbi vbi est) Latini solent ingeminare huiusmodi uoces, ubi ubi, quantus quantus, qualis qualis, quando quando, & harum similes, quas sic resoluas, ubicunq;, quantuscunq;, qualscunq;, quandocunq;, ut ut. Infra in Adelph: Vt ut hæc sunt facta. Obseruandum est autem, in quibus nominibus, pronominibus, & aduerbijs hoc soleat fieri. Neq; enim promiscue ubiq; licet. Sic ingeminas accusatiuum & ablatiuum Pronominis, Tu, cum tamen nominatiuum & reliquos obliquos ingeminare non liceat, Tete, sese, non tutu, tui tui. Quisquis in nominatiuo tantum reperitur.

Tædet harum cotidianarum formarum) h. e. cepit me fastidium uulgarium formarum. Nam quotidianam formam uocat uulgarem, non excellentem, in qua nihil præstans est, eine zimliche geringe gestalt.

Ludum, iocumque dices) Germani sic dicimus, Es ist schimpff oder schertz zuuor gewesen. Liuius lib: 8. Dec: 3. Ludus & iocus fuisse Hispaniæ tuæ uidebuntur.

Præut huius rabies quæ dabit) Comparationis uim habet præpositio, præ, ut supra, Contemsi illum præ me. Vsus est autem Poëta magno consilio uoce, Rabies. Nam descripturus furiosum & amentem adolescentem, qui neq; honestatem, neq; famam neq; dignitatem suam moretur, utebatur in loco ea uoce, qua exprimeret furorem animi, sicut & in hac tota Scena egregie studuit decoro personarum, ut res

uerbis & uerba rebus consentiant, quæ summa in oratione uirtus est. Rabies autem proprie significat, Wütigkeit, Proprie canum est, quando scilicet in rabiem uertuntur. Inde rabidus canis, ein thörichter hund. Vide Linacrum lib: 6.

Illum senium perdant) Auxesis uocum est, id quod alibi quoq; obseruandum est. Alioqui genus non conuenit, cum illum sit masculinum, senium autem neutrum. Est autem senium inuidiose dictum pro senex. Sic in Andr: Vbi illic scelus est, pro, sceleſtus. Item Carcer, flagicium &c.

Ego faciam) Germani sic uertimus, Ich wil drob sein, ich wil dran sein, ich wil vleis ankeren. Vt cognoscas, h. e. Vt sentias, das du spüren mügest, meam utilitatem, h. e. meinen vleis, meum studium tibi obsequendi.

Penum omnem congerebam) Declinatio huius nominis est petenda ex grammaticis. Varie enim declinatur. Significat autem penus uel penu, quicquid ciborum uel obsoniorum in annuum usum reponitur, allerley speise, die man im vorraht hat. De significatione huius uocabuli. Vide Gell: lib: 4. Cap: 1. & Vallam lib: 2. Cap: 56. Et lib: 4. Cap: 35.

Si adeo digna res est) h. e. an digna res est, in quam plurimum operæ colloces, es ist denn auch der rede werd, Ist es denn auch der mühe werd, verlohnet es sich denn auch der mühe.

Vbi tu neruos intendas tuos) Metaphora h. e. in quam colloces tantum operæ, in qua re exercea-

as uires tuas, in qua conficienda tantopere elabores, dorauff ſo groſſer vleis ſey zu wenden. Sic eſt uſus etiam Cicero lib: 2. In Verrem. In quo ætatis neruos intenderent. Et lib: 3. Ep: 10. Fore neruis opus. Inde neruoſe. Plancus ad Cicer: lib: 10. Ep: 23. Nerui autem proprie ſunt in corpore, in quibus uis & robur ſeu uigor membrorum conſiſtit. Sunt autem ſub uenis. Inde elegans etiam uerbum apud Cicer: & Quintil: eneruare, h. e. Corrumpere & debilitare. Cicero ſecutus Demoſth: Vocat milites & uectigalia neruos rerumpub: h. e. firmamenta & præſidia, quibus reſpub: poſſint ſaluæ conſeruari. Neruus etiam ſignificat funem ſeu reſtim, quo conſtringuntur fures. Notus eſt locus apud Gell: de Catone, fures priuatorum furtorum in neruo atq; in compedibus uitam agunt. Fures publici in auro atq; purpura. Inde prouerb: infra. Ne in neruum erumpant deniq;.

Deducunt cibum) ſie enꝛiehen jnen die ſpeiſe. Obſeruandum eſt uerbum, deducere. Germani ſic aſſequimur, enꝛiehen. Eodem uerbo uſus eſt Cicero lib: 2. Tuſc: Quæſt. Deduc cibum. Et Sueton. in Tiberio, Druſo adeo ſubducta alimenta. Aliud eſt ſupra in Andr. Subducere iſtis dictis poſtulas, h. e. Lactare aliquem falſis uerbis. Et aliter infra, ſubducet ſe illinc.

Iunceas) Sicut ſupra graciles uocant, ſchmal oder ſchlang. Duplex lectio eſt. Alij uinceas legunt. Nam uincea apud Feſtũ Pomp. & in Sticho Plauti eſt.

Color verus) h. e. Germanus, ſyncerus, natiuus, non fucatus, ſie hat eine rechte natürliche farbe,

sie hat sich nicht geschminckt, sie hat nicht in die büchse geblasen. Ea enim uis est in uoce. Supra, si istuc crederem uere ac syncere dici.

Succiplenum) Succus naturalis humor est, quo conseruantur & coalescunt corpora tam hominum, quam animalium, atq; adeo etiam est in plantis, herbis, atq; arboribus. Virg: Eclog: 3. Et succus pecori & lac subducitur agnis. Inde corpus succiplenum uocat succulentum, plumpschlicht.

Hanc tu mihi vel vi vel clam) His uocibus usus est Imperator in Institut: lib: 4. De Interdict: Vi autem factum dicitur, quod quis contra, quam prohiberetur, fecerit. Clam facere dicitur is, qui cælauit aduersarium, neq; ei denunciauit, si modo timuit eius controuersiam, aut debuit timere. Precarium est, quod precibus utendum conceditur, quam diu is, qui concessit, patitur.

Stomachabar) .i. irascebar, indignabar, id male me habebat. Stomachus pro ira & indignatione animi sæpe eleganter ponitur. Inde elegantes formulæ latinæ, Stomachum mouere apud Ciceronem in oratione pro Murena. Et stomachum facere item apud Cicero: in lib: 1. Epist: fa: pro irritare & ad iracundiam prouocare, Einen zornig machen, einem etwas zu vordries thun. Sic enim inquit Cicero, si mihi stomachum mouerint. Item, In hoc tantum faciebant, ut mihi stomachum facerent, Quod Liuius lib: 5. Dec: 1. simpliciter dixit, iram mouere. Inde est uerbum stomachari. Incuruus tremulus) Vide historiam de

Lacede-

Lacedæmonijs, qui consurrexerunt in Theatro seni, apud Cice: de Senec:

Cras mihi est iudicium) Formula latina est, h. e. Cras sum citatus ad iudicium, cras est mihi dictus dies, Est mihi scripta dica, ich sol morgen für gericht stehen. Illa sese interea commodum huc aduorterat) Commodum aduerbialiter usus est pro commode. Est autem diligenter obseruandum tam apud Græcos, quam Latinos adiectiua neutra in utroq; numero aduerbiascere. Sueton: in Tiberio, Inde Romam recens conditam commigrauit. Horat: lib: 1. Satyr. 3. Cur in amicorum uicijs tam cernis acutum. Virg: 8. Aen. Hæret inexpletum lacrimis. Item lib. 10. Gaudet hians immane. Item lib. 4. Georg. Nec sera comantem narcissum. Item lib: 12. Aen. Stabat acerba fremens. Sic & Græci dicunt, πολὺ & πολλὰ, multum & multa, pro sæpe. Virg. 1. Aen. Multum ille & terris iactatus. Terent. in Phorm. Ibi plurimum est. Sic Lucia. 5. νηστεύουσι πυκνα, h. e. ieiunant frequenter. Cicero multum pro sæpe lib. 2.

Sicuti scilicet sunt) Scilicet hoc loco interrogationis uim habet. Interdum Ironiam in se habet. Supra in Andr. Id populus curat scilicet. Item Virg. 3. lib. Aen. scilicet is superis labor est. Sicut &, uero, per Ironiam acerbam orationi inseritur &, uidelicet, interdum. Virg. Egregiam uero laudem & spolia ampla refertis. Et, scilicet, etiam affirmantis uel consentientis uim habet. Supra, scilicet faciundum est, quod uis. Vall. lib. 2. Cap. ultimo. Sic est etiam apud Cicer:

cer: lib. 1. Ep. 6. Me in summo dolore scilicet consolatur. Duras fratris partes prædicas) h. e. Ego hoc non libenter audio, quod in amore fratri non succedat ex sententia. Tu dicis infeliciter fratrem agere, Partes pluraliter officium seu munus significat. Sic & infra in Pro. Heau. Cur Poëta seni partes dederit, quæ sint adolescentium. Sic est quoq; apud Ciceronem in epistola, uidebatur mearum partium. Hic ferè conditionem & sortem significat, &wesen, oder stand.

Inhonestum hominem) .i. fædum, deformem, turpem, monstrosum, denbesliehen. Sic honestus etiam formosum & elegantem significet. Sic est supra aliquoties, facie honesta & liberali. Item, forma honesta. Alioqui honestus significat, Ehrlich, ut, honestus uir, h. e. honoratus uir.

Nihil ad nostram hanc) Ex huiusmodi exemplis discenda est uis & significatio præpositionum, quæ uaria est. Ad significat, zu, ut, ad consulem. Hic non ita, sed significat, gegen, ut, Colloquia Erasmi nihil sunt ad Terentium, h. e. collata ad Terentium, gegen dem Terentio zu rechnen. Supra item aliter est, Cum huc respicio ad uirginem, da ich mich nach der Jungfraw umb sahe. Liuius lib. 4. Deca. 3. pro, apud, usus est, Ad exercitium, hoc est, apud exercitum erat. Item, ad regem mansit. Aliud est, cum dicimus, Rescribam tibi ad ea, quæ quæris, darauff.

Vt mancipia hæc ita, vt iussit) serui eo appellati sunt, quod Imperatores captiuos uenderent

rent, ac per hoc seruare nec occidere solent, Qui etiam mancipia dicti sunt, eo quod ab hostibus manu capiuntur. Ex lib. 1. Institu. de iure personarum, Tit. IIII. Si ab hostibus captus fuerit parens, quamuis seruus hostium fiat, tamen pendet ius liberorum propter ius postliminij, quia ij, qui ab hostibus capti sunt, si reuersi fuerint, omnia pristina iura recipiunt. Dictum autem est postliminium à limine & post, unde eum, qui ab hostibus captus, & in fines nostros postea peruenit, postliminio reuersum recte dicimus. Ex Institut. Tit. XIII. Quibus modis patria potestas soluatur. Eadem ferè uerba repetita sunt à Cicerone in Topicis, postlimimio redeunt hæc, homo, nauis, mulus, Clitellarius, equus, equa, quæ frena recipere solent. Sed cum ipsius postliminij uis quæritur, & uerbum ipsum notatur, in quo Seruius Sulpitius noster (ut opinor) nihil putat esse notandum, nisi post & limium illud productionem uerbi esse uult, ut in finitimo, legitimo, æditimo, non plus inesse ultimum quam in meditullio Tullium. Scæuola autem. P. L. iunctum esse putat uerbum, ut sit in eò & post & limen, ut quæ à nobis alienata sunt, cum ad hostem peruenerint, ex sua tanquam limine exierint, hinc cum redierint post ad idem limen, postliminio uideantur redisse. Quo in genere etiam Mancini causa defendi potest, postliminio redisse, deditum non esse quoniam non sit receptui. Eandem causam repetiuit etiam Cicero lib. 1. de Oratore, Etenim si C. Mantium nobilissimum atq; optimum uirum ac con-

sularem, cum propter inuidiam Numantini *fœderis pater patratus ex senatusconsulto.* Numatinis *dedisset, eumq; illi non recipissent, posteaquam* Mantius *domum reuenisset, neq; in senatum ire dubitasset,* P. Rutilius M. F. Tribunus ple. *de senatu iussit educi, quod eum ciuem negaret esse, quia memoria sic esse proditum, quem pater suus uendidisset, aut pater patratus dedisset, ei nullum esse post liminium.*

Illarum neq; quisquam) *quisquam in genere fœminino dixit, sicut & infra. Act. 4. Scen: 4. ad imitationem Græcorum uide Syntaxin. Τὶς enim Græcis generis communis est.*

Vt facile pro Eunucho probes) *Elegans formula est, h. e. ut te pro Eunucho des, ut pro Eunucho habearis, das du dich für einen Eunuchum ausbringest, comprobes & persuadeas te esse Eunuchum, ut facile Eunucho similis uideare, probabiliter ostendas te esse Eunuchum, cum sis adhuc imberbis, nec grauem habes uocem.*

Perculeris iam tu me) *Donatus iudicat prouerbium sumtum esse à plaustris onustis, quæ ut exonerentur, euerti solent. Dicitur autem in eos, qui quempiam eò impellunt, quo suapte sponte iam propendebat. Cicero pro Milone,* Euertit ac perculit. *Et pro sua domo ad pontifi:* Quibus antea stantem rempub: perculerunt.

Vide ne nimium calidum sit) *h. e. uide, ne nimium audeas, uide ne præproperum, & nimis temerarium sit nostrum consilium. Sic & lib. 1. offic. Legunt,*

gunt, quibus periculosa, & insidiosa & calida consilia quietis cogitationibus & splendidiora & maiora uideantur. Sic Liuius lib. 7. Dec. 3. præpropera ac feruida ingenia uocat. Est autem imitatio Græcæ linguæ. θερμὸν ἔργον dixit Aristophanes in Pluto: significat autem hic, zuhitzig, zu fürnemisch, zu geschwind gefaren. Erasmus in prouerb. Calidum plus satis, &c. Anceps est hic lectio. Potest enim utrunque legi, & calidum & callidum, ut prius illud ad festinatum consilium, alterum ad nimis astutum referatur, siquidem utraq; parum feliciter euenire solent, uel quæ nimium calent. h. e. quæ nimium præcipitantius instituuntur, uel quæ nimium audacibus aguntur dolis. Qui callidum legunt, respicere uidentur ad id, quod paulo superius dixerat Chærea, Nunquam uidi melius consilium dari. Qui calidum legunt & mea quidem sententia rectius, Græcam figuram agnoscunt. Quoniam θερμὸν illi tum scelestum, tum præceps & audax facinus uocant. Sic enim Penia in Pluto Aristophanica de senibus, Qui rem nouam moliuntur, ut Pluto cæco restituant oculos, ὦ θερμὸν ἔργον καὶ τόσιον καὶ παρὰνομον. h. e. ὁ facinus & calidum & prauum, & nepharium, &c. Interpres exponit θερμὸν, παραδοξον, τολμηρὸν, ἐυκίνητον. .i. inauditum, audax, præceps, & temerarium. Hactenus Erasmus.

Faba cudetur in me) prouerbium est elegans. q.d. omne malum recidet in me, hæc culpa uin-

dicabitur in me, mihi erit luenda pœna, si infeliciter cesserit nobis, impendebunt mihi omnia mala, ego solus plectar, ich werde das bad müssen bezalen. Infra, Ne post transferas culpam in me. Faba autem proprie significat, ein bohne.

Habent despicatam) si legis despectam, constat uersus. Sic etiam Bembus censet esse legendum. Vox autem, despicatam, etiam apud Plautum extat in Casina, uir me habet pessimis despicatam modis. Quid. sallite fallentes & magna parte profanum. Sunt genus, in laqueos quos posuere cadant.

Illis crucibus) Eleganti metaphora meretrices uocat cruces adolescentum, sicut supra uocat Thaidem calamitatem fundi. h. e. quæ nos cruciant, affligunt, fallunt, spoliant, mutilant, Sie sind unsere Teuffel.

Ne conferes culpam in me] formula latina est, das du mir die schuld zuletzt nicht gebest, ne me denig; putes culpandum, ne dicas culpam in me hærere, me solum esse in culpa, ne dicas culpa id factum esse mea.

SCHOLIA, quæ explicant Textum, Act: II. Scenæ III.

Chærea frater Phædriæ, qui conspecta puella, quam Gnatho ad Thaidem ducebat, eius amore subito exarsit, ut plus motuum esset in fabula, nouus in hac Scena introducitur amator, fingiturq; primo sollicito & anxie quærere. Exordium autem sumitur à

tur à uehementi affectu. ἄπλως. Noua pars fabulæ, quæ obiter acceßit, dum munera Thaidi afferuntur. Occidi) .i. actum est de me. Exclamatio prima cum querela propter affectum. Occidi] Est dolentis & desperantis. Neq;] causa, quare sibi optet mortem. Virgo] .i. Pamphila à me conspecta, quæ est ducta ad Thaidem. Neq; ego] .i. sum usquam, quia non possum imperare meis affectibus. Virgo) Stomachantis. Amisi] Nam amor est malus error. Cum enim uirginem non uidet, neq; se uidet, hoc est miserrimum. Vide Prouerb: Ex aspectu nascitur amor. Et Poëtæ aiunt in oculis cupidinem excubantem sua iacula mittere. Virgilius. Vritq; uidendo fœmina. Vbi quæram] Est percunctatio irascentis sibi ipsi, & sunt gestus circumspectantis. Nam supra dixerat Parmeno, Nescio quid circumspectat. Quæram) Gestus est circumspicientis. Quia non potest cogitare statim, quomodo possit potiri puella. Vbi] .i. in quo angulo. Inuestigem) &wie sol ich auff die spüre kommen. Perconter) .i. quem interrogabo. Quam insistam viam] .i. plateam. Donatus testatur utrunq; legi, Quam insistam uiam, & qua uia. Sic Virg. 6. Aeneid. Nulli fas casto sceleratum insistere limen, ubi Seruius annotauit addi huic uerbo tum dativum, tum accusatiuum. Eodem modo Plaut. in Capti. Proinde omnes itinera insistant sua. Idem etiam uerbo Instare accusatiuum adiunxit in Asinaria, Rectam instes uiam, inquit. Incertus sum) Descriptio istius perditi amoris, & respondet sibi ipsi. Vna] .i. est unicum

nicum solatium, hoc unum, adhuc me consolatur. Est) .i. reliqua. Consolatur seipsum, ne fiat Tragœdia. Vbi vbi] .i. ubicunq;. Cœlari] .i. propter elegantiam formæ. O faciem] Iuuenal. Facies, non uxor amatur. Commendatio formæ puellæ, & est exclamatio, quæ habet admirationem. Dehinc] .i. postquam uidi hanc. Deleo] .i. obliuiscor facile omnium, Ich schlage alle aus dem sinne. Addit collationẽ. Tædet) .i. nulla alia uirgo placet mihi. ἀντιλογία admonentis cum reprehensione. Formarum] .i. puellarum. Per Metonimiam. Quotidianarum) .i. uulgarium. Cic. lib. 6. Epist. 21. Quotidiana uerba. Harum] contemtissime est dictum.

Ecce] Parmeno introducitur admonens spectatores, cuiusmodi sint homines perditi amatores. Est autem exclamatio per collationem duorum fratrum. Ecce) Admirantis cum quodam magno dolore. q.d. putabam alterum esse frugi, nunquam putabam esse futurum, ut uterq; perderetur. Alterum) .i. adolescentem minorem natu .i. Chæream. Audit illa seruus, & seorsim loquitur. Nescio) significat se ex sermone colligere, quod sit amator, Quia loquitur de amore. Enthymema est, Loquitur de amore, Ergo profecto est quoq; amator. Senem] .i. Lachetem patrem Chæreæ. Infortunatum) πάθος, & deplorat optimum patrem, qui habet tam perditos filios. Salomon indicat, illos esse fortunatos parentes, qui habent bene educatos liberos. Hic) .i. Chærea. Incipit loqui de natura & more adolescentis, & uult significare, quod sit de

sit de eo deploratum. Est] .i. talis. Alterum) .i. Phædriam, qui etiam est amator. Ludum) das ein kinder spiel mit jm geweſt sey. Prouerbialiter dictum est. Præut) .i. in comparatione horum. Dabit] .i. concitabit, efficiet. Rabies] .i. furor. Vsus est in loco & magno consilio hac uoce, ut pro suo more se prodat. q. d. furiosum adolescentem descripturus sum. Ita ubiq; uerba rebus, & res uerbis conueniunt. Præut] pro eo, quod. Sic Plautus in Amph: parum etiam præut futurum est prædicas. Idem in Mercatore, Nugas maximas fuisse puto præ ut ego diuersus trahor. Idem in Milite, Nihil quidem hoc præut alia dicam. Vt) pertinet ad institutam querelam & dicit de causa amissionis, addens imprecationem. Vt) .i. utinam. Perdant] Es beſtehe jnen alles vnglück. Prouerb. est, senes esse honorè afficiendos. Cum autem sit perditus adolescens, inuertit ordinem & imprecatur non tamen seni, sed sibi ipsi quoq;. Senium] h. e. senem. Auxesis uocum est, ut cum dicitur. Non solum est uiciosus, sed uicium ipsum. Synthesis est. Nam constructio refertur ad intellectum. Remoratus] .i. quo minus sequerer uirginem. Rèmoratus) .i. qui mihi sua longa oratione impedimento fuit. Quia senes habent longiores sermones. Meq;) .i. perdant, Es gehe mir auch nicht wol. Restiterim] .i. compellatus à sene. Resisto, uerbum neutrum, ich stehe stille. Tum] .i. altera causa est, ut dij me perdant. Floccifecerim] .i. contemserim, uel, quod non statim ab eo discesserim. Floccus ein feßlein. De hoc loco uide castigationes Riuij in Eunuchum, et Eras. in Prouerb. Floccifacere.

Sed

Sed eccum) *occasio colloquij, & integræ narrationis fit autem hic congressus* Parmenonis & Chæreæ. Parmenonem] *.i.meum intimum.* Quid tu es tristis]*.i.quid hoc est mali.* Prouerbium est in hominem perturbatum & incerti uultus. Quid tu] *significatio affectuum, qui solent esse in amatoribus. Nam gestus omnino produnt amatores.* Alacris]*das du so frölich dich vmbsihest.* Alacritas est mutatio quædam uultus gestientis in spem aliquam. Vnde is) *.i. ad quid uenis.* Interrogat de loco, Quia habet adolescentem suspectum. Ego] Liberrima confessio, qua uult significare se captum esse communi iudicio & sensibus. ἄλωσ. Est pulcerrima pro decoro amatoris descriptio. Depingit enim se qualis sit amator, & quas habeat amator cogitationes. Oblitus περίφρασις amatoris est. q.d. Vsq; adeo nescio, quid sim, aut quid agam. Virg: Vt uidi, ut perij, ut me malus abstulit error. Oblitus) *.i.sum plane captus mente.* Qui) *.i.quomodo, quod omnino te agnoscis.* Interrogatio est cum magna admiratione. Amo) *q.d. non mireris, quod ego sim oblitus mei, quia sum amator.* Chærea pulcerrime exponit causam, unde fiat insania, sicut testatur Ouid: Crede mihi, stulto nemo in amore sapit. Hem) Est interiectio commiserantis. *q.d.* Profecto nollem tibi hoc accidisse. Dicit autem hoc, ut non audiat adolescens. Nunc] *.i.hoc tempore.* Propositio cum adhortatione à necessario. Nihil enim mouetur Chærea commiseratione, tantum quod animo concepit de sua re & uirgine, & pergit urgere.

urgere. Sequitur igitur adhortatio, ut posſit illam ipſam in breui, quam maxime optat, aſſequi. Parmeno) Compellatio, quæ habet adhortationem. Fingitur enim eum de eadem re compellare, & cupit explere uoluptatem miſerrimam. Qui vir ſies] .i. qualis et quam fidelis. q. d. Exiſtimaui te ſemper eſſe fideliſſimum ſeruum. Eſt blandientis. Scis) Subjcit primum argumentum ab honeſto, ſeu á promiſſis, quia es pollicitus. Integer Syllogiſmus eſt. Honeſtum eſt ſeruare promiſſa, Iam eſt oblata occaſio ſeruandi promiſſa. Ergo ſeruá promiſſum & adiuua me. Scis] Nam tempore neceſſitatis amici, quales ſunt, cognoſcuntur, & ad hũc locum reſpicit hic Chærea. Inueni) Dicuntur μιμολογικῶς, Quia utitur ijſdem uerbis, ut probet, quid ſit pollicitus. Ames) .i. in uicinia. In ea re) .i. in amore. Faciam) Pollicitatio .i. dixiſti. Vtilitatem) .i. fidelitatem, vleis, Quod ſim ſeruus magno uſui & frugi. Cognoſcas) .i. officium meum pro tua utilitate. Cum) .i. iſta dicebas, tum. Secundum argumentum á meritis acceptis. Clanculum .i. inſcio parente. Congerebam) heimlich zu ſamen truge. Omnem) Hyperbolice dictũ eſt. Age inepte) Corripientis ſeu repudiantis reſponſio. q. d. Nihil dubitas de mea opera. Male illum habet, quod objcit beneficia. q. d. taceas de hac re, Factum eſt] .i. tu promiſiſti & omnem penum ad te attuli. Sis) .i. Si uis. Hortantis ſiue blandientis, quemadmodum Sodes. Fac) .i. ut cognoſcam tuam utilitatem, ut re comprobes beneficium uerbis initum, ut re præſtes, quod uerbis promiſiſti, das du helſt, was du mir verheiſſen

verbeiſſen haſt. Fac) ſihe zu. Siue) Particula expletiua. Seruus enim dolet uicem adoleſcentis. Ironia eſt. q. d. Profecto haberes & maiora & digniora tua ætate. Digna] .i. res magna. q.d. in me non erit ulla mora. Extendas) .i. ut nihil cogites aliud, aut ſomnies, quam hoc, labores & pericliteris, omnes expromas uires, & ſumma ui, ſummoq; ſtudio adlabores atque adnitaris, In qua re exerceas uires tuas, omnemq; conatum. Cicero fere contendere neruos dicere ſolet, ut in 15. Ep. & 2. Verr. Haud] Eſt ſuperiorum confirmatio. h.e. Tu liberaliter promiſiſti, quod in amore uelles ſeruire. Haud ſimilis] Eſt mirabilis narratio, & diligenter obſeruanda. Probat autem, quod res ſit digna, in qua extendat ſuos neruos. Vituperat etiam in hac ſententia matres, quæ nimia cura uolunt reddere puellas tales, quales ipſæ maxime exoptant. Similis] .i. me uiſa eſt. Collatio formarum. Virginum] Cauſam dicit, quod res ſit digna. Alludit ad id, quod dixit antea, quotidianarum formarum. Noſtrarum] .i. in hac ciuitate. Quas] .i. puellas. Pingit puellas quæ ſunt quotidianæ. Propriſſime autem loquitur de ſtudio, quod habent matres. Demiſſis] .i. contractis, non extantibus, nidergelaſſen ſchultern, ſein eingezogen. Nam hoc maxime commendatur in puellis. Student) Elegans collatio formarum ex antitheſi, Eſtque hic locus generis Demonſtratiui. Habet enim laudem bellæ puellæ, in qua utitur locis perſonalibus. Vincto pectore] Dicit de natura comacta. Das ſie ſich můſſen hart einſchnůren. Vide de

hoc lo-

hoc loco annatationes Riuij. Qua) .i. puellarum. De iudicio matronarum. Facetum hoc est. Habitior) .i. corpulentior, pinguior. Aiunt) .i. homines ludendo. Pugilem) .i. ualere ad pugnam, aptam pugnæ. Deducunt) .i. detrahunt matres. Tametsi) Incipit suum addere iudicium. Bona) .i. plena, magna, pinguis. Natura) id est, quarundam puellarum. Reddunt) .i. matres. Curatura) .i. educatione suæ & diligentia. Iunceas) .i. in mdum iunci, h. e. ualde tenues & pallidas. Itaque) Ironia. Amantur) .i. puellæ, q.d. minime, h.e. nemo illas amat, tales non sunt in magna admiratione. Ita) .i. hoc modo. Quid tua) .i. qualis. Hic reddit occasionem, ut dicat de sua, quam uidit. Istæc) Interrogat adolescentem, quod libenter audit de illa loqui. Noua) .i. inusitata, non antea uisa, h. e. non est deductus cibus. Hæc est descriptio nouæ figuræ, & hyperbole, q.d. Vincit forma reliquas puellas omnes. Summa laus uirginis est. Papæ) Parmeno respondet applaudendo, & admirando. Color) .i. naturalis, non fucatus. Solidum) .i. constans, non flaccidum, non uiciatum, sie ist wol vnterfatzt. Succiplenum) .i. succulentum, non omnino tenue aut macrum. Nam collatio est formarum, in qua probet adolescens succiplenulas præ exilibus illis, & macilentis, plüntzschlicht. Succum uocat naturalem & optimum humorem corporis, der natürlichste safft, oder die natürliche feuchtigkeit. Succi) .i. humoris naturalis. Anni) .i, quot sunt. Parmeno quærit considerationem ætatis. Flos) .i. est optimæ ætatis, ist in der rechten blüt. Metaphora est.

Hanc) Repetit adhortationem, sed alijs uerbis, & pulcre dicit petita, quod amatores petunt, quæ non licet. ἄλλως. Descriptio petitionis pro affectu amatoris, ut fiat compos, quocunq; tandem modo. Hanc) .i. formosissimam puellam. Tu) .i. fidelis existens. Vi) .i. inhonesto titulo, quia est uirgo. Clam) .i. alijs nescientibus. Quia custoditur. Precario) Mit bitte vnd guten worten. Nam his tribus mala fide aliquid possidetur, ui, clam, precario. Precarium imperium dicitur id, quod tam diu obtinetur, quam diu qui concessere, permittunt. Precario nomen ipsa terminatione datiui pro aduerbio accipitur, & significat prece uel precibus. Inde dicitur precario aliquid habere, etwas durch bitt haben. Tradas) Mir zu wegen bringest. Mea) Responsio ad illud, quod poterat obijci. Refert) id est, etiamsi sit inhonestum. Potiar) id est, modo habeam istam puellam. Quid) Quærit de parentibus, quia ista quoq; uehementer conducunt ad laudem puellæ. Cuia) wen gehöret sie an. i. ex quibus est orta parentibus, utrum sit filia uel serua. Nescio) id est, cuia sit. Significat se non talia curare. Vnde) Quærit de patria. Tantundem) .i. etiam nescio. Vbi) Quærit de loco. Habitat) .i. in qua platea. Ne id) .i. scio. Via) .i. platea. Qua) Noua percunctatio. Amisti) Syncope pro amisisti. q. d. Quomodo ex oculis euanuit. Iam incipit hoc ipsum narrare, quod antea in querela dixit. Amisti) .i. ex conspectu. Quia non est amatoris amittere ex conspectu puellam. Id) propter id, Ellipsis. Adueniens)

ueniens) id est, inter eundum. Mecum) .i. propter meam personam. πάθος. mouet à sua infelicitate. Neque quenquam) Hoc dicitur tantum propter affectum. ἄλλως. Generalis sententia ab amplificatione, in qua de suis calamitatibus conqueritur. Significat autem sententia, quod amatores, quando non succedit illis ex sententia, statim iudicant se esse infelicissimos, Est & exclamatio, & infortunij descriptio. Quenquam) .i. me. Bonæ) .i. nouæ, magnæ, quæ raro accidunt. Dixit autem magnas felicitates sibi aduersari, eò quod uirginem tantæ pulcritudinis ex oculis amiserit. Nam uidisse eam, felicitatis iudicat, sed amisisse, aduersæ felicitatis. Quid) Admirantis. Perij) Exclamatio dolentis & desperantis. Sceleris) .i. quod tu commeruisti. Perij) Exclamatio, qua significat se ita perturbatum, ut non posit animum recipere. Rogas) .i. cupis hoc scire. Altera pars, quomodo amiserit uirginem.

Patris] Narratio. Ordine enim narrat, quid acciderit iam uisa puella. Cognatus de origine materna dicitur, Agnatus uero de paterna. Aequalem) .i. eiusdem ætatis. Archidemidem) Ludit Plautus festiuior more suo in Bachidibus, cum uelut à demendo Archidemidem dictum innuit his uerbis, Adeon' me fuisse frugum, ut qui illi crederem? Cum mihi ipsum nomen eius Archidemidis clamaret ademturum esse, si quid crederem. A Plauto autem Archidemidem hunc sumsit Terentius. Quid ni) .i. nouissem. Corripientis. Vult enim significare, quod optime nouerit.

Is) *id est*, Cognatus patris. Narratio. Hanc) *id est*, puellam. Sequor) Amatorie est dictum. Incommode) *id est*, Intempestiue hoc accidit. Vult aliquo modo non improbare cogitationes adolescentis. Infeliciter) *id est*, accidit. Auxesis per correctionem, quia subijcit uerbum atrocius. Nam) Respicit ad uocabulum, Incommode. Alia) *id est*, quæ sunt leuiora. Illum) *id est*, Archidemidem. Addit expositionem Rhetoricam. Liquet] *id est*, Certum est, quasi dicat, Hoc uere possum iurare. Deiefare) Ich darff ein eyd schweren, vnd damit erhalten. Hoc pertinet etiam ad optimos mores, quos neglexit. Sex) Exponit, quid infeliciter acciderit. Proximis.) *id est*, præteritis, nechst vergangen. Bembus sic legit, Sex septem prorsus non uidisse proximis. Nisi nunc) *id est*, tandem uidi illum. Dicit magno contemtu & odio. Vellem) *id est*. uidere, uisa uirgine. Eho) Communicantis cum quadam affirmatione. Monstri) .i. portenti, Ist das nicht ein gros wunder .i. abominandum. Hoc] .i. quod obuiauit. Quid ais) .i. Quid tibi uidetur, uel, an non uidetur tibi magnum signum infelicitatis. Maxime) .i. uidetur esse simile monstri. Confirmantis. Continuo) Elegans est hæc etiam senis descriptio. Accurrit) Dicit, quod sit simile monstri. Hoc enim præter naturam est, ut celeriter senes currant. Longe) *id est*, von fernst, *id est* postea quam aspexit me.. Incuruus) Describit incessum senis. Tremulum) Significat conatum senis. Vide hypotiposin Sileni apud Virgilium Eclog: 6. & Poliphemi

liphemi lib: 3. Aen. Gemens) keichende, id est, propter perpetuam tussim. In singulis uerbis est Epitasis & elegans est etiam hæc senis descriptio seu Hypotipoſis odioſi ſenis. Pertinet & hoc ad furorem male morati adoleſcentis deſcribendum, quod tam contemtim de ſuo cognato loquitur, cui uel propter ſenium ſummum debebat honorem. Iuuenalis. Credebant hoc grande nefas &c. Vide Cicer: de ſenectute, de Lacedæmonijs, Vbi fuerit honeſtiſſimum domicilium ſenectutis.

Heus) Sermoniatio, in qua ſignificat, quam odioſus fuerit ſibi ſermo. Chærea) Quia adoleſcens properabat, quaſi non uideret ſenem. Reſtiti) .i. poſt tantum clamorem. Scin') Verba ſenis ſunt. Volebam .i. quare te uocabam. Dic) .i. Reſponde Chærea. Iudicium) .i. debeo apparere coram iudice. Quid tum) .i. reſpondi, &was iſt jm den. Vt) .i. uolo. Nuncies) du &wolſt es jm angeigen. Patri) .i. uolo. Meminerit) .i. antea rogatus, das er wolle meim beyſtand ſein, das er mir &wolle das wort reden, das er &wolle meim vorſprecher ſein. Dum) Significat prolixitatem orationis. Hæc) Significat fastidium. Rogo) id est, ſignifico me abiturum, indicabam me uelle abire. Formula, qua ſolebant utiqueteres in ingreſſu. Inquit) .i. reſpondit ſenex. Recte) q. d. nihil ultra uolo. Abeo) .i. tandem. Huc) .i. in hanc noſtram plateam. In hanc) .i. ubi pater habitat. Vult ſignificare, quod in eadem platea fuerint ædes Thaidis. Commodum) .i. commode, eben auff die zeit. Mirum) Nunc

tandem reprehendit seruus, quid ista oratione Chærea uelit. Hanc).i. missam à milite. Huic).i. Thaidi. Hæc secum loquitur. Huc) id est, quærens puellam. Nulla) id est, non aderat. Quia erat iam ingressa. Nulla).i. erat magna solitudo. Secuti).i. sine dubio. Colligit coniecturis Parmeno eam fuisse, & est circumstantia à sodalicio. Scilicet) Blandientis. Verum).i. fuerunt comites, & secuti sunt uirginem. Parasitus).i. erat comes. Ipsa) secum loquitur. Ipsa'st ilicet) Legit Bembus, sicut in Adelph: Resciuit omnem rem, id nunc clamat, ilicet, paratæ lites &c. Ipsa).i. deducta ad Thaidem à te uisa. Illa ad spectatores dicit, & utitur affectu commiserationis. Desine) id est, de illa porrò interrogare. Obscure alloquitur adolescentem. Conclamatum est).i. finitum est, actum est de te, h. e. iam pater omnino futurus est infelix, res transacta & finita est, claris iudicijs manifestum id est, quod quærimus. Parmeno intelligebat iam actum esse de Chærea, cum amaret & de omni familia, quæ uidebatur conclamata, cum heriles filij post meretrices insanirent. Ideo Chærea dicit, Alias res agis, cum non plane intelligeret, quorsum hæc uerba dixisset Parmeno, qui de conclamato funere loqui uidebatur. Agis).i. non animaduertis Parmeno, non aduertis animum, Est increpatio, Er sahe &wol, das er etwas ad populum redete, darumb schilt er jhnen. Aut nugatorias res agis, i. iocaris. Ago).i. huc aduerto animum. Nostin') perunctationes, quibus auditis introducitur ad Thaidem. Quæ sit).i. illa uirgo.

Incipit

Incipit iam spem capere. Dic mihi) Hæc Chærea dicit, & incipit ardentißime de uirgine quærere. Mihi) precantis. Vidisti) .i. uirginem. Ipse fingit & dißimulat. Vidi) .i. hisce oculis. Scio) paraseue ad sequentia. Quo) .i. in ædes Thaidis. Seruus plus respondet, quam erat interrogatus. O) Blandientis seu lætantis. Huc) δειχτικῶς. Thaidem) id est, in ædes Thaidis. Ei) .i. Thaidi. Vide, quam sit hic oratio multo remißior, quam concitata illa, & turbulenta superior. Huc) iam planißime rem explicat.

Quis) Laudantis iterum uirginem. Potens) .i. diues, der in einem solchen vormügen ist. Munere) .i. cum tam lepida puella, darff ein solch schöne iungfraw schencken. Miles) paucis significat autorem muneris. Thraso) id est, est tam potens. Hic exponit personam diuitem & potentem. Riualis) .i. existens Phædriæ, qui amat eandem. Partes) .i. duram sortem seu conditionem. Prædicas) quia potens est riualis, erit plane miles in multa autoritate. Imo) Amplificat a persona Phædriæ, quod nihil effecerit aliud, quam quod munus militis fecit illustrius. Huic) .i. uirgini. Dono) .i. misso a Thrasone. Contra) zu trotz. Comparet) .i. emat, adæquet, conferat, dargegen halte. Addit collationem, quod frater etiam miserit dona. Dicas) .i. fratrem esse miserum, duras esse fratris partes. Quia significat munus non fuisse gratum Thaidi. Quod) .i. donum. Quærit sollicitus. Eunuchum .i. comparauit contra. Illũ) pingit, qualis fuerit Eunuchus. Inhoneſtũ) .i. tanquam inhonesti sexus, q. d.

fœdißimum emit donum. Callide inijcitur mentio Eunuchi, ut hinc naſcatur conſilium ſupponendi Chæream. Senem) *i.* exiſtentem. Mulierem). *i.* effœminatum. A membrorum mollicie nomen habet. Significat autem eum eſſe caſtratum, qui non poteſt eſſe delectationi Thaidi. Mulierem) Incipit improbare munus, & confirmat ſerui ſententiam. Heri) Donatus in Phormionem propter cognationem inquit e & i literarũ non dubitauerunt antiqui & here & heri dicere, & mane & mani, & ueſpere & ueſperi. Gell: lib: 10. Ca. 24. Priſcia: lib: 15. Fab. 1. C. 12. Plaut. in Amphi. Iuuenal. Satyr. 1. Vide annota: Riuij. Iſtunc) *i.* comparauit huic dono, Aſſeuerantis eſt. Homo). *i.* frater Phædria. Quatietur). *i.* ejcietur impetu quodam foras cum dono, q. d. ſimplex eſt. Cum dono] Quia munera, quæ non habent laudem, non habentur in honore. Nobis] paternis ædibus. Haud diu eſt] *i.* quod uicina facta eſt, quod huc commigrauit. Iſtis uerbis indicat eſſe meretricem, dann ſie iſt newlich her kommen.

Perij] Dolentis, das vordreuſt mich. Vidiſſe] id eſt, memini. Memini uidiſſe. Sic locutus eſt etiam Quintil: lib. X. Illam] id eſt, Thaidem. Hæc dicit pro animo adoleſcentis. Eho] lieber, Adhortatio & percunctatio, quæ pertinet ad ſtudium adoleſcentis. Forma] *i.* liberali & honeſta, inſigni, pulcra prædita. Sane] id eſt, ita fertur, eſſe excellenti forma præditam. Confirmantis eſt. Ad noſtram] *i.* in comparatione meæ puellæ á me uiſæ, non

non potest conferri eius forma cum forma nostræ uirginis. Nihil) .i. ne quidem potest conferri cum mea. Nostram) singulariter dictum est. Alia].i.cum tua puella. Est consentientis.q.d.concedo tuam excellere. Parmeno adolescentis sententiæ astipulatur. Obsecro)Repetitio propositionis,& hæc pertinent ad petitionem. Hercle]Significat se serio petere. Potiar) .i.illa puella.Sedulo].i.diligenter.Est seruilis pollicitatio. Dabo operam) .i. Vt possis potiri.Es sol mich keine mühe verdriessen. Adiuuabo).i.Re ipsa. Dicimus sic, quando significamus nos summam operam laturos. Nunquid].i.cogito iam abire.Est formula,qua solemus uti, cum uolumus discedere. Quo) Inuitus seruum dimittit.Domum).i.cogor & oportet recta abire. Vt] Ratio á necessario. Alligat autem mandata fratris.Mancipia].i.Eunuchum & Aethiopissam.Iusit) .i.Serio.Ad Thaidem].i.ad Thaidis ædes. Occasio consilij,quo pro Eunucho deducatur adolescens.ὁ Μῶς. πάθος, Vnde seruus arripit consilium.Sic enim fingitur res,ut non quæsitum, sed oblatum uideatur.

O fortunatum) parascene futuri consilij. Dicuntur autem hæc cum magno dolore pro affectu adolescentis, & inuidet Eunucho tantam felicitatem. Iustum] Inuidiose dicitur. Qui) .i. Eunuchus. In hanc] .i. Thaidis tanquam mancipium. In hanc) .i.ubi est puella apud Thaidem. Quid ita] .i. quare iudicas fortunatum. Seruus statim intellexit negocium, sed ad hoc interrogat, ut doceatur spectator.

Rogitas).i.non debebas scire. Exponit, quare omnino iudicandus sit Eunuchus fortunatus. Rogitas) Est quasi obiurgantis. Conseruam) .i.puellam á me uisam. Congeries graduum seu linearum amoris. Vide infra in Act. 4. Scen.2. 1. Videre, 2. Colloqui, 3. Adesse, 4. Cibum capere, 5. Prope dormire. Semper) Emphasis est. Aderit) .i. in una domo. Aedibus) .i. Thaidis. Aderit).i.cohabitabit. Nonnunquam] .i. permittente hera. Propter] .i. prope, iuxta, neben jr schlaffen. Aduerbialiter, ut in Adelph. Propter hunc aßiste. Salust. in Catil.propter aquilam aßistit.

Quid) sic uidetur Parmeno dicere, potius ut iocetur, quam ut credat fieri posse. ἄλλως. Ironia, qua uult adolescentem dehortari, ne sit tam stultus aut ineptus, ut sinat se introduci pro Eunucho. Dicit enim hæc uerba non serio, sed ioco. Fortunatus) .i. ille. Responde) urget, ut aliquid certi dicat. Quare] .i. possum fieri ipse fortunatus. Consilium serui, quod ex illius oratione collegit. Capias) .i. capere poßis. Chærea repetit idem uerbum. Quia si aliquid audimus, libenter rursum repetimus. Vestem) Risu tantum hæc dicit. Consilium in quo pro decoro describitur improbus magister autor esse discipulo, qui nihil moratur honestatem ad turpitudinem. Et facile persuadet illi, ualet consilium, &c. Supra in Andr. Num immemor es discipuli. Item, Tum si quis magistrum improbum cepit, &c. Horatius in arte Poêtica. Cæreus in uicium flecti, &c. Vestem)

ſtem).*i.caperem*. Poſtea).*i.futurum eſt*,indula ueſte. Illo).*i.Eunucho*. Ducam].*i.ad Thaidem*. Adhuc loquitur ioco. Audio].*i.libenter*. Aſſentientis,ſeu permittentis. Dicam).*i.Thaidi.q.d.* deinde ubi fueris deductus *ad Thaidem*,dicam te *Eunuchum* eſſe. Intelligo) Annuentis ſeu lætantis reſponſio. Tu) Argumentum *à conſequentibus*,ſeu *à iucundo*. Fruare].*i.in domo Thaidis*. Dicit de utilitate. Illum].*i.Eunuchum*) Dicebas].*i.* poſſe frui.*q.d.* percipias iſtam uoluptatem. Cibum) Repetit amatoria,& rationes conſilij. Quia ſicut diſſuaſuri rem aliquam colligimus pericula & mala ſecutura,Ita ſuaſuri colligimus commoda. Honeſti nulla fit mentio. Omnia dicit pro decoro. Quia honeſtatem nihil moratur qui ait, Mea nihil refert,&c. Quando]Confutatio obiectionis *à ſimili*. Illarum].*i.* mulierc*u*larum *apud Thaidem*. Quiſquam] Quiſquam maſculini generis eſt, ſed Poëta coniunxit cum fœminina uoce, Quiſquam illarum, pro, quæq; illarum. Eſt autem Græciſmus. Nam Græcis τις τινὸς generis communis eſt. *Infra in Eun*: Act. 4. Scen. 4. Noſtrarum nunquam quiſquam uidit Phædria. Forma) *.i.* pulcritudo. Aetas].*i.* iuuenilis talis eſt. Probes].*i.ut fidem facias*,ut perſuadeas Thaidi.

Dixti pulcre) *uide quantopere approbet furioſus adoleſcens improbum & turpe conſilium. 2. Vide locos diſſuaſorios ſerui, & maxime diſputationem de flagicio in utranq; ſententiam. 3. Adoleſcens confutat non eſſe flagicium, &c.* Ex lege Talionis,

Vim ui

Vim ui licere repellere, ut fraus fraude, dolus dolo, astus astu, cõpensetur. ἄ Μως. Hic incipit serio loqui cũ seruo, & est approbatio consilij serui, & hæc dicuntur pro effectu amatorum. Pulcre) Ironia prouerbialis, καλ. ὡς ἐ λεξας. De re uehementer dictu absurda, uide Pro: Pulcre dixti. Nunquam] Approbat consilium serui. Consilium] Dicit tanquã de re magna. Age] uariandæ actionis causa fingit rixari Chæreã cum Parmenone. q.d. Quia tu sic consulis, faciam. Eamus] Incipit urgere, & imperare. Orna]. i. sicut antea dixisti. Abduc). s. pro Eunucho. Festinantis est, & significat animum iuuenilem, impacientem amoris. Potes) Iche, je besser. Quid agis] Admonentis cum quadam reprehensione. ἄ Μως. Est improbatio adhortationis callida, ne tanti facinoris autor uideatur. Iocabar]. i. quod dixi de ueste Eunuchi. Garris] q.d. nihil audio, nihil agis, nugas agis. q.d. non uolo ioco dictum tantum, sed serio accipere, & puto etiam rem esse seriam.

Perij). i. quia dedi adolescenti eiusmodi consilium. Fingit seruum paululum hærentem pro decoro. Quia nimium audax est consilium. ἄ Μως. Exclamatio ingemiscentis. Vtitur autem ideo exclamatione, ut significet spectatoribus suum dolorem. ἄ Μως. Deplorat, quod ita ceciderit suum consilium. Quo trudis) Iam serio dehortatur, & significat hic, quanto impetu uoluerit adolescens fieri, ut quam primum ad eam ueniat. Trudis). i. impellis. Perculeris tu iam me). i. euertes, & urgebis tundendo. Obiurgatio, wil tu mich,

tu mich denn gar vmbstossen, der ich vorhin nicht al-
zu fest stehe. Prouerbialiter est dictum, sumta simili-
tudine à curru, mit welchem man leichtlich kan vmbge-
hen, das er vmbfelt, wenn er schwer geladen ist. Sic uti
mur hoc prouerbio, quando uolumus de illis dicere,
qui sunt sua sponte persuasi ad aliquid faciendum. Per
culeris) uult significare, cum tantum urgeat adoles-
cens, se tandem facturum. Dico). i. ne sic properes ad
ædes Thaidis. Adhortantis est. Eamus) Chærea can-
dem canit cantilenam. Pergin') .i. non uis desinere.
Vituperantis magis est, quam interrogantis. Cer-
tum) .i. ire. q.d. sic constitui, quod uelim in domum
Thaidis, Ich habe mir also für gesatzt, ego non disce-
dam à mea sententia. Ne nimium calidum sit). i. ni
mium properes ad ædes Thaidis. Est sententia, in qua
Parmeno adolescentem admonet, ut uelit seruare mo-
dum, & ita uult significare, quod nimium sit uitupe-
randum institutum Chæreæ, siquidem, ut in prouerbio
dicitur, nimia festimatio pestifera est, Eilen bringet keen
gut. Videndum igitur est in omnibus rebus, ut om-
nia fiant præmeditato animo et consilio quodam. Du-
plex lectio est hoc loco. Potest enim utrunq; legi et ca-
lidum et callidii. Sed eruditissimi quiq; legunt calidum
per simplex L. estq; Græcismus. Nam Græci θερμόν
etiam sic utuntur, ut significet scelestum, tum præceps
& audax facinus. Sic est apud Plautum in Mostella.
Calidum mendacium pro audaci, & impudenti, cum
inquit, Calidum hercle audiui optimum esse mendaci-
um. Non est) .i. periculosum. Respondet ad de-

hortatio-

hortationem. Sine] .i. eamus. Cudetur) das bad wird vber mich ausgehen. Ah] Deplorantis. Flagicium) .i. dignum uerberibus. An id] Confutatio, Imo non est flagicium, inquit. Quia uim ui repellere licet. q. d. Non est flagicium eos lædere, à quibus sis læsus. Donum] .i. magna securitate. Ab æquo seu licito, Non facimus flagicium, sed æquum. Quia pari referto. Est inuersio exposita circumstantijs. Crucibus] .i. meretricibus, quia animos amatorum excruciant. Recte dolet Menander. φεῦ φεῦ βροτοῖς ἐρωτες ὡς κακόν μεγα. Omnibus] .i. uarijs & infinitis. Nos) .i. despicatos. Adolescentiam] .i. ætatem iuuenilem. Despicatam) .i. contemtam. A despicor. Bembus legit despectam. Cruciant) q. d. Variis dolis nos excruciant. Vult significare, quod mulieres nihil aliud sunt, nisi cruces, quibus adolescentes pereunt. Eas) .i. cruces, seu meretrices. Atque] A contrario. Fallam] .i. decipiam. Hæc) .i. istas iurias meretricum. Pati) .i. conuenit. Aequum) .i. non existimabo esse flagicium. Ludatur] .i. Thais. Applicat generalem sententiam ad specialem. Quod qui) Occupatio. Fortasse enim sic dices, quod homines male incipiant loqui, ubi audierint, Imo dicit, omnes laudabunt. Rescierint) .i. à me hoc esse factum. Culpent) .i. reprehendent ne hoc. q. d. Censes eos esse culpaturos, meinstu, das sie es werden vbel auslegen. Merito] .i. quod Thais lusa est dolis, non culpabunt, sed laudabunt. Alia inuersio ab hominum studijs, & uoluntate. Istuc] Consentientis cum significatione

gnificatione difficultatis. q.d. Non potest aliter fieri, &wiltu es ja denn also haben. Istuc) Aduerbium est ægre concedentis, teste Donato. Quid) .i. factu-rus es. Faciam) Seruus uidet se nihil efficere uer-bis & bonis & durioribus. Igitur cum difficultate concedit. Faciam).i. deducam te in ædes meretricis. Verum) Respondet occupationi, estq; Epilogus. Al-legat autem hæc seruiliter. Post].i.quod omnes ado-lescentes facere solent. Non faciam) Plane seruum absoluit. Ego (inquit) respondebo pro te, non trans-feram culpam in te. Pollicetur se tale quiddam non es-se facturum. Iubes ne] .i.ut ego te introducam pro Eunucho in ædes Thaidis, Iubeo) Vox adolescentis. Cogo] Auxesis. Nunquam).i.non recusabo facere ut tu amator maneas. Defugiam) .i.ostendam, ut ser-uum decet. Significat ad extremum se non esse sui iu-ris. Autoritatem) .i. iussionem, imperium. Dij] Bene ominantis.

ARGVMENTVM IOAN: STIG: IN ACT: III. SCEN: I.

Magnas, vero &c.

Glorioſt ac iactabundi militis deſcriptionem & Paraſiti aſſentationem ob oculos ponit hæc Scena, quod genus hominum fere regnare ſolet in omnibus principum aulis. In priore parte ſatis ridicula ia-ctantia prodit ſuam inſcitiam ac ſtoliditatem Thraſo, & irridetur a Gnathone. In poſteriore parte acci-pit a Gnathone conſilium, quo inſtruitur, quomodo ſe

gerere

gerere debeat erga Thaidem. Etsi autem Terentius uidetur hæc excogitasse potissimum, ut ardelliones quosdam sui temporis sub persona Thrasonis reprehenderet, Tamen apparet eum nonnihil ex milite Plautino etiam huc transtulisse. In summa notandum est ex hac Scena, cauendum omnino esse á iactantia, qua ingenuo nihil potest turpius accidere. Alludit huc Cicero in lib. 1. offi. Cum inquit. Deforme de seipso prædicare, falsa præsertim, & cum irrisione audientium imitari militem glorioſum.

ALIVD Casp. Crucigeri.

Supra depictus est Thraso per Gnathonem Parasitum. Sed hic interim dum Chærea sese ornat domi, ipse Thraso producitur, ut illius insulsitas & stultitia coram audiatur, cum & ipse suas laudes commemorat & á Gnathone plausum captat. At interim inconditis & ineptis iocis uult uideri ualde facetus, ut solet hoc genus hominum.

ALIVD M. Ambrosij.

Paulo ante á Gnathone Thrasonicum genus breuibus depictum est, in quo magna sit arrogantia & stulta persuasio summæ alicuius sapientiæ, cum tamen nihil sit, nec stultius, nec indoctius hoc hominum genere. Idem & in hac Scena, sed pluribus uerbis per ipsum Thrasonem exponitur, qui in laudibus suis commemorandis nullum nouit modum, in quibus pulcre sibi placet, nec dubitat, se reliquis omnibus præferendum esse, sed interim egregie seipsum prodit, quam sit insulsus, & quod longe superet omnium stultitiam, est q; hoc in-

hoc imprimis maxime ridiculum, quod ineptißimis iocis ualde facetus ſtudet uideri. Gnatho etiam rediens à Thaide nihil omittit, quod pertinet ad perditum aſſentatorem. Nam pulcre in reſpondendo nouit omnia augere, ſua aſſentatione, & interdum non modo tacite, ſed amarulenter ſuum Thraſonem irridere. Poſtremo deſcribitur hic conſultatio Thraſonis, in qua ſerio quærit, num liberet ſe à ſuſpicione nuper exorta apud Thaidem propter puellam. Verum multis uerbis à Gnathone perſuadetur, ut incipiat eſſe ſecuriſſimus de iſta ſuſpicione, ex qua intelligit plus eſſe boni quam mali.

ALIVD EIVSDEM.

Supra in perſona Gnathonis proprijs & ſignificantibus uerbis deſcripſit Thraſones in genere, Nunc producit ipſum militem Thraſonem, qui aptißimis coloribus, qualis ſit in geſtu & ſermonibus ſeſe pingit. Omnia autem quæ allegat ad commendationem ſuæ perſonæ, admodum ſunt ridicula, & eò pertiment, ut extet imago Thraſonum, qui perpetuo ſunt ſui ſimiles, h. e. Superbi, audaces, glorioſi, & in omnibus dictis & factis inſulſißimi & ſtultißimi, & apte hic tribuit militi inconditos & ualde ineptos ſermones, ut ſignificet Poëta hoc hominum genus ſpreta omni honeſtate aut turpe, obſcænumq; aliquid, aut parum conſideratum atq; ingratum dicere, nec eſſe aliquem finem impudentiæ & garrulitatis. Cæterum ſententia illa, labore alieno magno partam gloriam uerbis ſæpe in ſe tranſmouet, qui habet ſalem, qui in te eſt, grauißime

dicitur à Poëta, & imprimis obseruanda est. Est enim sumta ex multorum sapientum dictis & exemplis. Admonet autem id plærumq; accidere in aulis magnorum principum, adeoq; in repub: ut Thrasones sua impudentia & garrulitate sunt in maxima dignitate ac gloria. Prudentes interim consiliarij & uiri præstantes & bene meriti de repub: in magno existant contemtu propter Thrasones, & sæpe ad extremam inopiam adigantur.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE, D. ANDR: MISENI in Act: III. Scen: I.

Magnas gratias Thais agere mihi) Hæc Scena proponit exemplum Thrasonis, h. e. eorum hominum, qui se omnium rerum uolunt esse primos, nec sunt, ut supra dicit Poëta, Et Gnathonis, h. e. eorum qui omnia assentantur. Cicero de Amicic: Etiam hunc locum repetiuit. Sic & totam descriptionem Thrasonis & Gnathonis in hac fabula ad locum communem de arrogantia & assentatione elegantissime retulit.

Labore alieno magno partam gloriam) Sic Donatus legit, sicut & Bembus, qui etiam pro magnam, magno legit, & pro transmouet, legit transfert. Sic & pro gestire, gestare, legit & pro, uerum, uero.

Rex te in oculis) h. e. an tanti faciebat te, an tantopere obseruabat te, an tantopore te amabat. Germani reddunt, hilt er dich für augen, du bist in grossen ansehen

ansehen geweſen bey dem kõnige. Cicer: 2. Tuſc: Si in oculis ſis multitudinis.

Qui habet ſalem quod in te eſt) Prouerbium eſt, h. e. Qui tam urbanus eſt & feſtiuus, quam tu es, der alſo höfflich iſt, als du. Sal enim urbanitatem & feſtiuitatem morum ſignificat. Sic eſt apud Catullum, In toto non eſt corpore mica ſalis.

Tum ſicubi eum facietas hominum ceperat) Elegans formula latina, cepit me ſocietas hominum, Ich mag nicht viel leute vmb mich leiden. Cepit me odium negociorum, Ich bin der ſachen vberdrüſſig. Idem eſt, ubi uolebat requieſcere, Sic eſt infra in Hecyr: Sacietas iam tenet ſtudiorum iſtorum. Et in Adelph. Intus ſum omnium rerum ſatur. Et in Heau: Tu propediem, ut iſtam rem uideo, iſtius obſaturabere, Sic & in Hecyra. Arbitror te ſæpe cepiſſe deſiderium Athenarum, das du dich offt gegen Athen geſehnet haſt. Hinc dixit Cicero lib. 2. Epi. 2. Sacietate defeſſus. Et Ep. 10. Tenet me ſacietas actæ prouinciæ. Germanus eadem Metaphora dicit, Ich bin des handels ſatt oder müde worden.

Expueret miſeriam ex animo) Elegans Metaphora, qua etiam alibi uſus eſt, & apparet Ciceronem ea eſſe delectatum. Eſt autem ſententia, ubi uolebat excutere, deponere moleſtias negociorum, expellere, eijcere triſtitiam, wenn er ſich der verdrislichen hendel wolt entſchlagen, wenn er ſich erlüſtigen wolt. Infra in Adelph. Vt iram omnem in eos euomam. Item Cicero in libello de Amicicia, Apud quem

euomat uirus acerbitatis suæ, h. e. Apud quem exprō-
mat occulta & cum quo consilia animi communicet.

Sic homo est perpaucorum hominum] h. e. talis est, qui non cum multis conseruetur. Eras-
mus sententiam hanc esse ait, Qui suis quibusdam mo-
ribus est, neq; facilis ad cuiusuis conuictum, homo
perpaucorum hominum est, Er ist seines sinnes, Er
mag nicht jederman vmb sich leiden.

Mordere) Item Metaphora est & significat beissen. Inde, mordax equus. Hic autem significat
deserre & calumniari. Horatius simili Metaphora
usus est, Absentem qui rodit amicum, sie stachen heim-
lich auff mich.

Iugularas hominem) Elegans Metaphora, q.d. egregie obturauisti homini os, pudefeci eum in-
signiter, du hast jm redlich das maul gestopffet, du hast
jnen geschweiget, du hast jhnen zu schanden gemacht.
Talis Metaphora est quoq; apud Quintil: Vbi præ-
cipit debere oratorem urgere aduersarium maxime e-
uidentibus argumentis, quæ proxime causæ inseruiant,
atq; illud uocat petere iugulum. Iugulum autem signi-
ficat, die kele, Iugulare, die kele abstechen. Hoc uerbo
usus est Cicero in oratione contra Catilinam, omnes
uitæ suæ rationes sententia iugulatas extitisse.

Quo pacto detigerim) h. e. Quomodo per-
strinxerim facete, pupugerim, momorderim. Est Me-
taphora fere superiori similis, quam Germani ferè as-
sequimur eodem uerbo, cum dicimus, Ich habe jhnen
recht troffen, ich habs jhm recht gesaget. Vid Eras-
Mordere clanculum. Plus

Plus millies audiui) *Supra in Andr. Act. 5. Scen. 4. Ex ipsa iam millies audiui.*

Vbi nominabit Phædriam) *Hunc locum repetiuit, Item Cicero lib. 1. Ep. 9. Et elegantissime accommodauit ad suum institutum, nempe, ad grauissimam controuersiam, quod Vatinium in iudicio defendisset, quem non ita multo ante acerrime in eadem causa fuerat insectatus.*

Conferas) *Infra in Heau, Alio conferunt. In Hecyr. usus est uerbo, transferre. Paulatim elapsus Bachidi atq; huic transtulit. Act. 1. Scen. 2.*

Emoriri risu) *Pro emori, paragoge h. e. Vehementer ridebant. Germani etiam sic loquimur, sie hatten sich schir zu tode gelacht.*

Te vt male vrat) *Metaphora, qua sæpe usus est, Sicut & illa, Quod eam mordeat, h. e. ut male habeat te, Quam tibi doleat, &wie dichs so vbel vordreust, &wie wehe dirs thue. Supra, uro hominem.*

SCHOLIA quæ explicant Textum Act. III. Scen. I.

Prima pars huius scenæ ad genus Demonstratiuum pertinet, quia continet laudes & eius finis est cognitio. Altera pars pertinet ad genus suasorium, quia est deliberatio. Hæc scena autem est etiam una ex præcipuis, quæ uitam, moresq; Thrasonum depingit. Magnas) *principium conuenientissimum tali personæ. Interrogat enim, quo animo Thais acceperit munus.* ἄλλως. *Illa uerba debent ita considerari*

tanquam uerba Thrasonica. Incipit autem Thraso seruum interrogare, qui obtulerat dona Thaidi, an se gratam præbuerit. Agere) .i. agebat, seu agit. Putat, quod reueretur Thais tantum audito nomine Thrasonis. Ingentes) .i. egit gratias. Hæc dicuntur Gnathonice, q. d. quid dicis, magnas, imò ingentes. Semper enim auget assentatio, inquit Cic. 2. de Orat. id, quod is, cuius ad uoluntatem dicitur, uult esse magnum. Alles, was die schmarutzer reden, das mus im superlatiuo zu gehen. Obseruandum autem est, quam semper oratio quasi per gradus assurget. Ain') id est, ais ne, h. e. affirmas hoc etiam. Iam est captus Thraso, & sibi ipsi placet, quod tam sit gratus in dictis & factis. Læta) .i. propter munus, quis fuit gestus. Non) q. d. supra modum ostendit se gratam. Tam) .i. læta erat. Collatio, qua extenuat illud munus, quod tamen dignum erat omni commendatione. Impudenter autem & egregie mentitur. Dono) .i. non tam lucri causa, quam amore tui. Dono) .i. propter donum. Quam abs te) Nam multum refert, a quo sit munus missum. Id) .i. propter id, quod á te sit datum. Triumphat) .i. uehementer gaudet, est lætissima præ gaudio, Sie ist auff gesprungen. Dicit, quod non tam propter munus, quam propter personam læta fuerit. Donum enim commendatur propter personam. Triumphat) Aptißimo uocabulo utitur conuenienter personæ militis. Maxima solennitas, summus honor, maximum gaudium, quod habuerunt Romani, fuit triumphus.

Prouiso)

Prouiso) id est, prodeo, ut uideam. Vox plena mœroris & tristitiæ, Persona autem Parmenonis est ob hanc causam apposita, ut faciat parasceuem sequentium. Huc) fingitur seruus quoq; adesse cum suis muneribus admodum tristis. Tempus) id est, occasio. Quia in munere offerendo est habenda ratio occasionis. Deducam) .i. mancipia ad Thaidem, seu Eunuchum Chæream, quia eum supra inducrat ornatu Eunuchi, ut ita deduceret eum ad Thaidem. Deducam) Est pro Oeconomia dictum. Sed eccum) oratio est timentis & admirantis. Datum) .i. à superis est concessum. Hic incipit Thraso suum encomium de sua persona, factis, & rebus gestis. Videtur autem sibi prudentissimus quod Thaidi munis placuerit. Itaq; seipsum prius adorat. Mihi) .i. propter meam personam. Mihi hic passiue est positum. Facio) sumit occasionem à præcedentibus. Grata) .i. accepta, q. d. pro omnibus, quæ facio, referunt gratiam. Primus locus Thrasonicus est, Homines de nobis præclare sentiunt. Aduorti) .i. obseruaui uel intellexi id sæpe, iam olim animaduerti sic esse, iamdudum in re tali obseruaui tantam sapientiam, & illum successum in rebus maximis. Gnatho hoc agit, quod antea dixit, Hoc esse nouum aucupium. Animum) Gnatho approbat dictum, & non est sui muneris oblitus, q. d. iam olim animaduerti ita accidere tibi. Primum itaq; Thraso se tanquam ducem adorat.

Vel rex) addit expositionem, in qua ordine admodum ridicule res, quas gessit, enumerat. Vel)

Inceptiue. Ita in And: Vel hoc quis non credat. Rex] .i. ut nihil dicam de alijs. Allegat in mundo ſummam perſonam. Maximas) .i. gratias, q. d. quid mirum eſt, inquit, ut Thais faciat uel alij. Illa eſt translatio plena ineptiarum. Quia ſic uoluit depingere, quod Thraſones ſint ualde inſulſi, cum uolunt uideri prudentiſsimi. Eſt ergo amplificatio, quæ ſequitur exordium orationis, q. d. reges ſolent me uenerari. Vel) .i. etiam. Pergit in ſuis laudibus & exponit exemplis, quæ ſupra propoſuerat. Semper) q. d. nihil omitto. Hoc eſt, quod ſupra dixit, uolunt ſemper eſſe omnium primi. Quicquid) id eſt, etiamſi erat admodum exile officium. Alijs) id eſt, ſuis ſeruis, aut militibus. Amplificatiuncula per collationem. Non item) .i agebat tantas gratias. Labore) ſubijcit Gnatho expoſitionem de omnibus, quæ dixit Thraſo de ſua perſona. Magno) Bembus ſic legit, Labore alieno magno partam gloriam uerbis ſæpe in ſe tranſfert, qui habet ſalem, Quod in te eſt. Thr. habes. Gn. Rex te ergo in oculis. Thra. ſcilicet. Gn. Geſtare. Thr. uero. Credere omnem exercitium. Labore) Ironica eſſentatio. Gloriam) h. e. quod alij uix laboribus magnis aſſequi poſſunt, hoc ille facetis uerbis aſſequitur, uel, quod alij magno conſilio, & labore effecerunt, hoc ſibi Thraſones arrogant & aſſcribunt, ſicut & illud, Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent. Gnatho adiuuat illius ſtultitiam. Dicit enim non miror, quod ſit omnium rerum felicitas. Quia eſt fortunatiſsimus. Inter aſſentandum amarulen

te ridet

te videt Gnatho Thrasonem. Gloriam] Cicero lib. 10. Epist. 6. & lib. 3. Epist. Vlt. Insignia uirtutis multi sine uirtute, &c. Partam) .i. per homines excellentes. Verbis] .i. garrulitate quadam. Transmouet] .i. assequitur, sibi asscribit. Qui habet salem) Wer so geschickt ist, qui ita facete loqui potest, qui festiuus est, & alijs sæpe præripit gloriam. Salem) .i. urbanitatem uel dicendi gratiam. Quemadmodum sal est condimentum cibi, Ita facetiæ sunt condimenta in oratione. Hinc sales. h.e. salsæ dicta & salsus. Contrarium est insulsus. Verbis) .i. magnis, uel, facundia. Habes) .i. intelligis. Græce dictum est. Thraso audit sermones istius, & significat, quod illa responsio uehementer placeat. q.d. du hast es troffen.

Rex] .i. pro sua persona. Diligenter pergit in assentatione. In oculis) .i. ferebat. Auget rem, cum dicit, in oculis, & amplificat hoc, quod Thraso supra dixerat. Scilicet] .i. ferebat me in oculis. Ia freilich. Est asseuerantis. Gestire] pro gestiebat, uel gestu quodam suum amorem erga te significabat. Er wird sich frölich gegen dir gestalt haben, Er frewet sich dein. Gnatho addit aliquid de sua arte. Gestire significat alacritatem ostendere in animo. Verum) .i. imo. Inceptiue. Credere) pro credebat mihi tanquam summo. h.e. elegit me ducem, ego eram à consilijs. Consilia] .i. secreta credebat, Er vertrawet mir seine heimligkeiten. Significat se fuisse intimum consiliarium regis. Gloriatur etiam nebulo de scien-

tia rei militaris, cum sit timidissimus & ignauissimus. Infra, Ero hic post principia. Mirum) .i. quod hoc tibi fecerit rex. Admirantis. Tum] .i. quod credidit mihi omnem exercitum, & consilia. Ceperat] .i. &wenn er vnluſtig war, vnd wolte keine ſache verhören, pergit recitare, in quanta admiratione sit apud ipsum regem, á circumstantijs. Negocij] Dicit de rebus, wenn er der hendel vberdrüßig war. Eum) .i. regem. Dicit, sicut fuit particeps negociorum, ita & particeps fuit uoluptatum. Hominum) Dicit de personis. Requiescere) .i. interspirare, cum amplius illud odium ferre nollet, et uacuus esse á negocijs, zu frieden ſein. Quasi) .i. animo læto futurus, uel, facile intelligere potes. Apostopesis. Nostin] .i. á te ipso, hoc ita esse factum. Vtitur quadam communicatione. Negoci) .i. rerum, wenn er nicht handeln wolt. Scio) Adiuuat stulti militis infantiam magis infulsis uerbis. q.d. Ich kans wol gedencken, &wenn er hat wollen guter dinge ſein, hat er müſſen einen ſolchen Man haben als du biſt. Expueret) .i. expelleret. Miseriam) .i. molestiam.

Tum] .i. uolens requiescere. Abducebat) Vtitur uocabulo quasi pompam significans. Hui) Admiratio, qua Gnatho occulte ridet arrogantiam Thraſonis. Hui] Er hat böſe nachbawer. Elegantem) .i. prudentia excultum, & scientem habere delectum personarum. Gnathonice dictum est. Sibi] .i. ut sibi bene esset. Imo] falsissime dictum & excogitatum á Poëta. Sic homo est] .i. est suis quibusdam moribus,

moribus, nec facilis ad cuiusuis hominis conuictum, non admittit quosuis ad se. q.d. ego dicam tibi qualis sit. Postea illam sententiam pulcerrime uestit. Paucorum) .i. est Timon. Ridicula inuersio. Dicit autem hæc ad spectatores. Nullorum) .i. hominum. q.d. nullum secum habet, Es mus ein loser König sein, der sich mit dir erlustiget. Inuidere) .i. inuidebant eum honorem mihi, quod eram intimus consiliarius regis. Omnes] .i. commilitones aulici. Mordere] .i. mordebant uerbis, carpebant, obtrectabant. Flocci-pendere] .i. ego contemnebam eos. Ich achtet es nicht so viel. Allegat iam suam fortitudinem. Illi] .i. aulici. Misere] .i. uehementer. Secundus locus est de facetis dictis, Impense) .i. præcipue inuidebat. Vides hic imaginem eius, quod supra dictum est, Est genus hominum, &c. Negat quis, nego. Indicis) Indicos uocat, ut discernat ab Arabicis elephantis, qui cum illis minores sint, nothi dicuntur. Vide Plin. 8. cap. 1. Molestus] .i. uerbis. Strato) Est irrisio, & nomen militare, unde factum est, quod dicunt Stratiotæ, die lantzknecht in Gallia. Eone] .i. ob hanc causam. Ferox) .i. ista præfectura. Extenuatio est. Sordidum & seruile adagium, quod olim in stabularios & agasones, mulones q; dici consueuit. Beluas) Salse & prouerbialiter est dictum. Hercle) Admirantis] Pulcre] Laudat rursum per irrisionem responsum Thrasonis. q.d. du hast wol vnd weislich geredt. Sapienter] .i. excogitatum. Papæ) Admirantis est. Iugulares] .i. isto dicto. Ille) .i. respondebat. Illico) .i. posteaquam

audiuit

audiuit me, ne uerbum quidem respondere potuit. Quid ni) *.i. quia iugulasti.* Esset] *.i. mutus.* Solt er nicht stum sein worden.

Dij) *Admirantis uel detestantis.* Parmeno interscritur, *ut admoneat spectatores, quam sint perditi latrones* Thrasones. Vestram] *Propter indignitatem exclamat.* Hominem) *.i.* Thrasonem. *Accusatiui sunt per nominatiuum exponendi.* Illum) *.i.* Gnathonem. Sacrilegum] *.i. qui ex stultis insanos facit.* Quid) *Initium narrationis de impudentia* Quo pacto) Thraso *duos iocos recitat, quos ualde perspicuos esse existimat. Est autem prior expositus.* Tetigerim] *.i. tractauerim illudendo, gestochen, getroffen, eingetrieben.* Nunquid] *Interrogantis.* Nunquam) *pro decoro memor est sui aucupij. q. d. nunquam dixisti, nec unquam audiui.* Narra] *Inuitatio est.* Audiui) *.i. ex alijs.* Conuertit sermonem ad spectatores, *ut significat, quid de illo sentiat & significat* Thrasonem esse *nocentissimam pestem in* Repub. Millies) *pro, sæpius.* Audiui] *.i. ex ipso* Thrasone. Bembus legit, *milliens.* Quem) *.i. de quo.* Forte] *.i. in conuiuio.* Scortum) *.i. sodalicium.* Dicit de turpitudine Thrasonis, *& fingit non habere apud sese aliquid laude dignum.* Cepit) *.i. adolescentulus.* Ad id) *.i. scortum.* Alludere) *.i. uolebat iocari cum scorto,* freundlich zu jr machen, freundlich mit jr schertzen. Irridere) wolte mich verspotten, vnd verachten. Et me] *Addit amplificandi causa,* Me. *i. quem rex solebat habere pro summo suo consiliario.* Est emphasis

phasis ergo in pronomine, Me. Ais) Alij, Quid agis. Inquam] .i. iratus. Impudens] du schelm, dignus es summa contumelia. Lepus es] Est obscœna significatio, sed sententia est prouerbialis. Vult enim significare, quod ille adolescens reprehendat in Thrasone, quod in ipso est reprehendendum. Dicitur etiam Liuium Andronicum Poëtam optimum usum esse hoc prouerbio. Est autem summa prouerbij, Tu es adhuc ea ætate, qua scorti uicibus fungi potes, Hoc requiris in alijs, quod domi habes, Tu ipse satis effœminatus es & mollis, & quæris tu mulierem, Quod quæris aliunde, ipse domi habes, Tu es id, quod in scorto quæris. Vide Donatum & Eras. in prouerb. Lepus) uox, qua significat esse adhuc adolescentulum. Addit hoc quod est falsè dictum, & tamen admixta est quædam obscœnitas. Quæris) sic etiam sumit sibi nebulo laudem dicacitatis & urbanitatis, atq; facetiarum, cum sit insaceto insacetior rure, ut Catullus ait de Suffeno & cum facetus uideri uult, est impudentior lenone impurissimo. Atq; hæc est stolida procacitas apud Martialem, & impura impudentia Thrasonum (der vnfleter) quam tamen mire admiratur Gnatho, &c.

Ha ha) Arridentis. Gnatho enim illud uerbum ridendo excipit tanquam facetissimum. Quid est) .i. quod tantopere rides. Facete] .i. dictum est. Laute) .i. nihil potuit melius cogitari. Nihil supra) .i. nihil potuisses iucundius et suauius dicere. Tuum) Hoc etiam singulari attentione Poëta adiecit. Dictum

.i. uer-

.i.prouerbium. Vetus).i.quod illa,quæ uetera sunt, laudantur & sunt magna. A commendatione. Alludit ad id,quod antea dixit,plus millies audiui.Credidi] .i.esse dictum. Audieras] .i. hoc prouerbium antea.Est admirantis.Soltu es gehöret haben. Sæpe) .i.ex alijs audiui.q.d.est celebre. Fertur) .i. est uulgare prouerbium, man achtet es fur gros. Meum] .i.hoc dictum. Arrogat sibi summam arrogantiam. Dolet] .i.mihi.Adolescenti) .i.dignum est, ut diceretur apud alios prudentiores personas. Libero] .i.oriundo ex bonis parentibus. Imprudenti) .i.qui minime crederit tali se percuti posse conuicio, aut cum tali uiro rem futuram. q.d. Mallem, quod hoc dictum alius quidam audiuisset. Hæc Gnatho dicit. Te] .i. Gnathonem assentatorem. Vult significare istos homines esse perditissimos & loquitur ad spectatores. Perdant, Imprecantis uox. Ille] .i.adolescens respondebat. Vrget,ut pergat Thraso.Perditus] .i.adolescens omnino mutus factus est, ne uerbum quidem poterat loqui. Risu] .i. admirabantur istam meam prudentiam. Omnes) Addit de testimonio aliorum. Denique].i.tandem. Metuebant].i.ne quid simile aduersus eos dicerem. h.e. Nemo audebat unum uerbum dicere.Metuebant).i.nemo audebat os aperire. Perditus).i. Deploratus erat,nulla erat spes reliqua. Non iniuria].i.quid ni.q.d.Non est,quod illi,qui aderant,non ausi fuerunt uel te aspicere.Omnes]Plane Thrasonice est dictum, omnes cum tamen tantum duo uel tres aderant.

Sed

Sed heus] Finiuit Poëta descriptionem Thrasonis & Gnathonis. Nunc sequitur alius locus, qui etiam pertinet ad Gnathonem & Thrasonem, & est Parasceue de illo tumultu expugnandi ædes. Παρασκευὴ ἐπιτάσεως in prima fabulæ parte. Est autem hic locus generis deliberatiui. Quia habet consilium. Purgo] .i. debeo me excusare. Est tertius locus de Thrasonica sapientia, quæ deliberat cum seruo de uirgine, Quia intelligit Thaidem suspicari, quod ipse amet uirginem, & ista erit occasio Epitasis huius partis fabulæ, scilicet, futuræ litis inter militem & Thaidem. Istac] .i. puella, quam illi dono dedi. Eam] .i. Pamphilam. Minu] .i. nequaquam hoc facias. Argumentatur à personæ dignitate. Imo] Consilium est. Auge] las sie auff dem argwon bleiben. Suspicionem] De uirgine. Magis] .i. te illam amare. b.e. Vt putet te puellam magis amare, quam se. Cur] .i. quare hoc facis. Rogas] .i. quare hoc faciam. Ratio consilij, qua probat illud, & est ab utili & commodo sumta. Scin'] potes scire. Est quasi communicantis. Illa] .i. Thais. Mentionem] .i. in conuiuio. Phædriæ) .i. riualis. Te] .i. qui usq; adeo es prudens. Vt] .i. quantum. Vrat) .i. noceat istis sermonibus. Sentio] .i. intelligo. Approbantis, es ist nicht zu ein böse meinunge. Fiat) .i. ne urat te istis uerbis. Hæc res) .i. de qua nunc dico. Sola) Hilfft alleine, scilicet, quo possis tuis rebus mederi, ne te urat. Vbi) Cicero apte usus est prouerbialiter hoc loco in lib. 1. Epist. Famili. Phædriam] .i. in conuiuio. Tu) .i. nominabis.

mimabis. Pamphilam].*i.* uirginem. Illa].*i.* Thais. Intromittamus) .*i.* tanquam eum, qui foris est. Commessatum].*i.* ad commessandum. Tu].*i.* dices. Prouocemus).*i.* tanquam in ædibus. Hæc].*i.* Thais. Illius).*i.* Phædriæ. Huius).*i.* Pamphilæ. Contra].*i.* uicissim. Denique].*i.* in hunc finem. Finalis repetitio. Par) Monemur ut tales simus in alios, quales in nos alios experimur. Vide Eras. Eam).*i.* Thaidem.

Siquidem) ista magno consilio scribit Poëta, ut admoneat lectorem futuræ περιπετείας, quæ futura est satis ridicula. ἄλλως. Est confutatio istius, quod metuebat Thraso. ἄλλως. Quadam conditione concedit esse bonum consiliũ. Quando).*i.* quandoquidem. Pro prissima descriptio meretricei amoris. Prodesset].*i.* par pari referre. Expectat].*i.* desiderat tua munera. Amat].*i.* donum Thais. q.d. Non debes dubitare de ipsius erga te amore. Iamdudum) Confutatio. Facile) Leichtlich, ein geringe vrsach kompt. Quod) pro, ut. A causa. Fit).*i.* tuis uerbis. Metuet).*i.* Thais. Eatenus amant nos meretrices, quatenus damus, spe questus ducuntur. Recte dixit Geta in Truculento Plauti, Meretricem ego idem esse reor Mare, ut est, quod das, deuorat, nunquam abundat, des quantum uis, nusquam apparet, neq; datori, neq; acceptrici. Ipsa) de ingenio mulierculæ. Fructum].*i.* den genies. Ita est Thraso persuasus: Iratus].*i.* existens tu. Alio).*i.* ad aliam. Conferas].*i.* fructum. Benedixti) Est approbatio, es ist ein gute meinung. Amor non naturalis,

talis incipit à muneribus, & in muneribus desinit. Ac mihi) Adijcit hæc tanquam iracundus, quod hæc non cogitauit & ipse indignatur sibi ipsi, quod usq; adeo tardus fuit in hac re. Istuc) .i. consilij, quod me male habet. Mihi) .i. qui sum prudentissimus. Ridiculum) .i. necesse est, ut rideam. Blandientis, quod consilium suum sit momentaneum. Tribuit omnem sapientiam Thrasoni. Cogitaras) .i. de isto consilio. Hoc) .i. consilium à me dictum. Inuenisses) .i. si tantum cogitare uoluisses.

Duo principales loci sunt ex hac Scena obseruandi. Primus pertinet ad Ethicen, ubi disputatur de uera & falsa fortitudine. Quod enim Poëta dicit Thrasonem labore alieno magno partam gloriam uerbis in se transmouere, uult perstringere mores hominum. Nam in aulis principum, & potentissimorum regum sæpissime sic solet accidere, ut illi, qui in grauissimis negocijs rectissime laborarunt, minimum præmij auferant, & sæpius per maleuolos homines apud regem uel principem in summam inuidiam adducantur. Econtra uero ardeliones & Thrasones in summis honoribus habeantur, unde Lutherus in quodam loco rectissime dixit, das in der grossen fürsten höfe offt die hochdrabende, hengste den haber fressen, den sie nicht vordienet haben. Secundus locus est de uitandis uicijs, quibus laborauit Thraso. Quod enim Poëta illi tribuat summam arrogantiam & garrulitatem & quod sit insulsus, & inuerecundus, uult mores adolescentum formare, ut quisq; à pueris discat modestissime de se

sentire, & in omnibus rebus uitare garrulitatem, & impudentiam.

ARGVMENTVM IOAN: STIG: IN Act: III. Scen: II. Audire uocem &c.

In hac Scena diuersæ personæ producuntur, in quibus decorum ita tamen obseruat Terentius, ut unicuiq; accommodet propriam suam orationem, & habitum, in Thrasone proponens iactantiam, in Thaide blandimenta meretricea, in Parmenone odium iactantiæ & adulationis & fidem erga herum in Gnathonis adulationem. Offertur autem á Parmenone Thaidi munus Phædriæ, & commendatur cum inuidia Thrasonis & commendatione Phædriæ. Dicitur etiam Thais ad conuiuium Thrasonis, ut intelligatur Parasceue ad futuram litem Thrasonis cum Thaide propter uirginem sororem Chremetis. Obseruanda autem inprimis est Thaidis persona, quæ accommodat se omnium personis, ut benuolentiam retineat, & munere accipiat. Vt enim caueas diligentißime, tamen, ut inquit ille inuenit artem fæmina, qua cupidi carpit amantis opes.

ALIVD Casp: Crucigeri.

Non est contentus glorioſus miles, quod ex Gnathone audiuit Thaidem læto & grato animo munus accepisse, sed ipse ultro etiam eam accedit, quam de eadem re sollicite percunctatur, simul admonens non sine summa turpitudine, ut propter tam egregium mu-

nus

nius omnes alios amatores excludere uelit, ut ipse solus regnet. Hoc dum agit miles, adest de improuiso Parmeno seruus cum muneribus heri sui, quæ in præsentia Thrasonis summa commendatione Thaidi offert, simul addens, quo animo ea dona miserit Phædria, non ut alios amatores statim sua causa excludere debeat. Atq; hanc sententiam sui heri maxime iurget seruus, tantum ut Thrasonem exagitet, & ostendat hominis magnam stultitiam. Verum omnibus illis dictis utcunq; acerbis nihil mouetur miles, & manet constanter in illa opinione, quod sua sit Thais, & quod Phædria riualis istis muneribus non possit abalienare mentricis animum. Porrò sicut in præcedenti Scena, ita ad eundem modũ hic etiam pingitur Thraso, quod in singulis uerbis, factis, ac gestibus ualde sit insulsus.

ALIVD M. Ambrosij.

Producitt andem Parmeno munera missa Thaidi à Phædria, eaque offert magno ornatu uerborum ac commendatione in præsentia militis, quem studet hac ratione id, quod iussus erat, ab amica auellere. Quod ideo facit confidentius, quia pro decrepito Eunucho adducat Chæream formosissimum adolescentem. Irridet autem seruus falsissime Thrasonis iactantiam, illique detrahit omnem existimationem & autoritatem, Tum etiam prædicatione singularis cuiusdam modestiæ Phædriæ, Thaidis animum alienum reddere cupit à milite. Verum miles omnia illa conuicia, quasi ad se nihil pertinerent, fortiter contemnit ac irridet admodum superbiens eò nomine, quod excluso Phæ-

dria amicam ad conuiuium secum adducere contigerit nihil dubitans, quin perpetuo apud eam sit primas habiturus.

ALIVD EIVSDEM.

Quod antea iussus erat seruus, ut deducerentur ad Thaidem Eunuchus & Aetiopissa, quæ munera quantum posset ornaret, ipse hoc nunc facit, qua potest diligentia. Præsentem uero æmulum ridet falsissime propter inanem iactantiam, & simul tempestiue prædicat sui heri modestiam. Verum omnia illa dicta contemnit Thraso & ita accipit, quasi ad se nihil pertineant, interim superbit & serio triumphat, quod secum adducat amicam ad conuiuium & primas sit habiturus apud eam.

ALIVD ἄσκηλον.

In hac Scena est collatio munerum Thrasonis & Phædriæ. Duo loci sunt. Primus est, quod Phædria seruo Parmenoni diligenter mandauerat, ut munus Thaidi diligentissime commendaret. Secundus est, ut illum glorioſum militem á Thaide pelleret.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE, D. ANDR: MISENI in Act: III. Scen: II.

Quam venuste quod dedit principium) Erasmus de conscribendis Epistolis sic legit, uenustum dat aduciens principium.

Fac periculum) Formula latina est, qua etiam supra usus est in Andr. Qui scis, nisi prius facto periculo.

periculo. Est autem dignus locus obseruatione, ut uideamus, quam diligenter Græci suos adolescentes liberalibus studijs instituerint, atq; ita tam animos quam corpora formauerint, atq; ita habuerunt etiam honeste educatos ciues, quorum opera in administranda republ: honeste & cum laude possent uti rebus pacatis & bellicis.

Sibi soli te viuere) h. e. non exigit, ut sui solius amorem expleas, ut præ se repudies reliquos amatores omnes, das du dich nach jhm allein halten solt.

Quem ego puto infra omnes infimos homines esse) Dicitur infra infimos omnes esse, qui sit longe abiectissimus omnium, quomodo Ouid: in 5. Trist: Non adeo cecidi, quamnis abiectus, ut infra Te quoq; sim, inferius quo nihil esse potest, h. e. quo uilius & magis abiectum nihil. Cicer: 3. de legibus, Homo omnium infimus & sordidissimus.

E flamma te cibum petere posse arbitror) Prouerbium est, quo notat sordes nebulonis, q. d. arbitror te tam nihilum hominem esse, ut uentris gratia non dubites quiduis perpeti, Tantum ut te sagines, illiberaliter & sordide assentaris homini uano, Arbitror te quiduis posse subire & pati uentris gratia, si tam uilissimo homini assentaris, du lieffest vmb einer malzeit &willen durch ein fewer.

Quid? quid aliud volui dicere) Pœta suspensam Thaidem ostendit secum ipsam quærere, quid nam illud sit, quod mandare ancillis in animo

habuerat suo, neq; reminiscatur. Itaq; ait, Quid? quid aliud (&c. Quo item sensu Cicero est usus in suis illis ad Atticum fere Familiaribus Epistolis, Quæ præterea? quid? etiam Gabinius ad Calen: Octobris noctu in urbem introyt. Et alibi, Noui quid nam scribam? Quid? etiam Messala consul. Quibus in locis etiam, non addendis, sed annuentis, affirmandisq;, se scilicet illud habere, quod scribat, ut loco eius uerbi quod Terent: dixit, Ehem, quod quidem erat Poëticum sane uerbum. Hæc Bembus.

SCHOLIA quæ explicant Textum Act: III. Scen: II.

Thais cum Thrasone milite congreditur & ab eò ad cœnam rogata ducitur & cum abitura esset, adest Parmeno cum muneribus Phædriæ, quæ miles uidens uilia & abiecta contemnit. ἄλλως. In hac Scena est singularis concursus dissimillimarum personarum, & tamen Poëta singulis personis suas circumstantias & decorum tribuit. Blandam autem fingit meretricem. Visa sum). i. sensi Vocem) propter munus expetit Thrasonem, non propter ipsius personam Atq;) Admirantis. Eccum) id est, ecce eum. Sane) Blandiciæ meretricis notandæ sunt. Videns enim militem præsentem statim uertit uerba. O Thais) Resalutantis uox, qua significat, quod ardenter eam amet. Suauium]. i. corculum. Osculum est significatio amoris. Mein liebes lieb, Mein mertzlin. Et hæc uerba dixit Thraso, cum oscularetur eam. Ecquid] weistu

es vns

es vns auch danck. Acceptorum memimisse debemus, Datorum uero obliuisci. De) id est, propter Pamphilam fidicinam uirginem. Thraso hæc non propter puellam dicit, sed exaggerandi causa. Quam venuste) .i. memimit, uel dixit, uel orditur de eò, quod dedit. Irridentis est. Ista autem reprehensione significat, quod totus sit insulsus. Aduenies) .i. Thraso ex ædibus Thaidis. Principium) .i. exordium orationis, Er hebt an zu reden, quod misit munus. Parmeno stultum exordium Thrasonis irridet, quod obiecit Thaidi munera. Nam qui dat munera, debet statim obliuisci. Qui uero accipit, debet memimisse. Quod) .i. munus. Plurimum) .i. amo te, quia es dignus. Blanda responsio meretricis. Merito) .i. non propter munus. Refertur ad officium, non ad donum.

Eamus) Hoc fingitur pro decoro Gnathonis. Hoc enim proprium est Gnathonis, ut sit sollicitus de cæna, & hic interturbat opportune sermonem. Eamus) Adhortantis & dicit hoc cum magna impudentia. Stas) Reprehendit Thrasonem. Hem) Admirantis. Significat autem, quid de illis personis iudicet. Alterum) .i. sceleſtum illum parasitum. Illum) Execrantis. Ex homine) .i. Thrasone. Dicas) potentiale. pro, possis dicere, q. d. Aeque peccat illa inuitatione ad cænam, atq; Thraso, qui munus datum obierat. Prouerbium est de magna similitudine inter duos. Vide prouerb: Non filius Achillis. Vbi vis) id est, ad cœnam ire. Ad Thrasonem hæc dicit. Morior) id est, tecum ire. Ich wil dich nicht auff halten.

Adibo) id est, ad Thaidem. Captat occasionem conuenienti, ut commodo tempore offerantur munera. Exemplum habes in Epist: Fa: Cicer: lib: X I. Ein gute stunde treffen.

Asimulabo) Ich wil mich stellen. Exeam) .i. ex ædibus, quippe qui procul steterit. Iturañ) simulatione interrogat. Hem) Responsio subito respicientis. Dann die Thais verstunde sich noch wol auff das consilium. Parmeno) Resalutantis cum quadam admiratione. Bene feciſti) .i. quod me allocutus es. Admonet, ne sit sollicitus, quia hodie se tantum abire dicit. Est epitasis in uoce, Hodie. Itura) id est, sum tantum. Affirmantis. Quo) .i. itura es. Quid) portat Thais duobus humeris, ut dici solet & est significatio, quod non audeat mutire, & monet ne uelit esse curiosus interrogando. Hunc) .i. militem Thrasonem. Pulcerrimum excogitatum est hoc, ne incideret in odium alterius. Tædet) .i. uidere illum. Significat principio se flagrare inuidia erga Thrasonem. Vbi vis) .i. quando uidebitur opportunum. Dona) significat nihil aliud optare meretrices, quam munera. Quid) Nunc ad cœnam eunt. Stamus) Imperiose & glorioſe dictum est. Significat enim hac uoce suam potentiam. Die leute solten wol wenen, wir wæren lose hümpler. Huic) .i. ad cœnam. Es vordreust jhnen, das der Parmeno do stunde.

Quæso) petitio inuidioſiſſima. Excandeſcit enim Parmeno, quod Thraso tantum sibi tribuat. ἀλαζών. Amarulentiſſima ironia. Ista omnia tecte dicuntur,

cuntur, quare non uellet ridere & tamen maxime rideat Thrasonem. Quæso) quasi dimittentis. Pace tua] .i. per te, las deinen willen geschehen, doch das es mit deinem willen geschehe. Fiat] Quia fingit esse tanquam imperatorem, cum tamen illud non in animo habeat. Alludit ad hoc militare, ut inimicissimi inter se dum colloquantur. Huic] .i. Thaidi dominæ. Demonstrantis & omnino significat hoc futurum ut ille tantus miles, nihil uirium sit habiturus. Perpulcra] Ironia. Incipit enim primum non tantum extenuare, sed etiam contemnere. Quia credit suam uirginem omnium esse pulcerrimam. Credo] .i. te daturum. Dona] .i. sunt missa á Phædria. Nostris) .i. muneribus. In plurali loquitur, cum tamen assit tantum una puella. Irridentis. Res) q. d. nolo tecum diu altercari. Indicabit) Formula fiduciæ, Noli iudicare, antequam uideris. Aliter loquitur, quam antea, cum quadam fiducia, quia habet formosum adolescentem. Indicabit] Ich wil es mit der that beweisen .i. an tuum munus sit præstantius muneribus mei heri. Heus) festinat tantum propter Thrasonem, Quia est erga illum commotus. Istos] .i. Eunuchum & Aethiopissam. Parmeno orditur & offert munera, nec est immemor præceptorum domini. Diligenter itaq; expedit negocia. Sumit autem occasionem inde, quod Thraso dixit, perpulcra credo dona, et inuehitur aduersus Thrasonem, et uocat hic in iudicium Thaidem, an etiam sit discrimen inter Aethiopissam & Eunuchum & uirginem, quam miles Thaidi

donauerat. Istos] Loquitur de Aethiopissa & Eunucho. Iussi) Dicit hæc, quia habet occasionem dicendi, quo urat Thrasonem. Tu). i. puella. Ex) Iam offert munera, & primum Aethiopissam. Procede) utrumque diligenter agit, quod Phædria iussit. Aethiopia) commendatio à loco. Hæc). i. puella. Vsq;] de longitudine loci. q. d. inde facile potest existimari, quanti sit emta. Ocyus) Comparatiuus à græco positiuo ὠκὺς. Superlatissimus, Ocyssime.

Hic] Irridet & extenuat, Quia tantum aspicis faciem puellæ. q. d. non debes commoueri isto munere. Contemnit à uilitate. Dore) nomen est Eunuchi. Procede) Est elegans uerbum, quo modestissime significat, quod ita educata & instituta fuerit, ut non caruerit honesto incessu puella. Ex Aethiopia) Argumentum à longinquitate loci. Vult autem meretricem admonere, non esse leue munus. Dicit hæc uerba ad Thaidem. Tres) . i. si uenderetur ancilla. Minæ] . i. 30. coronatos. Thraso non censet hoc munus non dignum, ut in ædibus maneat. Dicit enim, wenn es jr die Thais wolt auff den marckt füren, so wird es jr kaum dreissig kronen gelten. Vix] &wenn es nur noch so viel gelten wolte. Gnatho assentitur Thrasoni, & summe contemnit hoc munus. Possunt enim Gnathones in utramq; partem uidere & in amplificando & extenuando semper sunt impudentissimi, ut hic dicit. Vbi tu es.) prudenter desinit certare, & pulcre pingit, quod, quorum nos pudet, ea prætereamus. Dore) cum confidentia ista dicit. Hem] uerba offe-

offerentis sunt, & hæc dicit ad Thaidem. Eunuchum)] Incipit narrationem addere de industria Eunuchi, Non uolo (inquit) occultare hoc ipsum munus. Liberali] .i. ingenua, non seruili, ac ætate iuuenili. Wie ist er so ehrlich vnd wolgestalt. Magna commendatio Eunuchi, quæ pertinet ad mores. Integra) .i. in flore, Er ist jung, frisch, vnd gesund. Ornat munus uerbis, sicut supra præceperat Phædria. Alludit autem id, quod antea dixit de decrepito Eunucho. Honestus) .i. pulcre & uenustus tum forma, tum ætate .i. est Eunuchus. Ita] comprobatio est. Quid tu) Insultatio contra Thrasonem & Gnathonem. Hic primum Parmeno animum concipit. Audit enim, quod Thais munus comprobat. Igitur ambos Gnathonem & Thrasonem confidenter alloquitur & in eos inuehitur. ἄλλως. Iam recipit animum, quia extorsit quod aduersarius cepit laudare & uertit sermonem ad Gnathonem. Quid tu ais) Interrogantis cum imprecatione, Quomodo tibi placet Eunuchus.

Quid) Interrogantis cum quadam increpatione. Habes] .q.d. quomodo tibi placet. Habes[.i. in Eunucho. q.d. etiamsi uelles, maxime non posses reprehendere. Est insultatio. Quia putat se iam esse uictorem, sicut etiam erat. Quid tu) .i. potes reprehendere. Thraso) Est fiducia, παῤῥησία, quia uidet dona placere Thaidi. Tacent] .i. quod nihil respondent, aut reprehendunt in Eunucho. Est signum confessionis, & est Enthymema, Illi tacent,

cent, Ergo non possunt reprehendere. Quia tacitur-
nitas est signum confessionis. ἄλως. Argumen-
tum, quod nihil possunt reprehendere, Quia qui ta-
cet, consentire uidetur. Quid tu Thraso] .i. qui
tantopere es gloriatus de tua uirgine, & sic gaudet
seruus de uictoria. Contemnas] .i. nunquid desi-
deras aliquid in meis muneribus, An est in eis, quod
possit reprehendi, hastu auch jrgend an einem einen
mangel. Laudant] .i. formam Eunuchi. Fac] Hæc
omnia dicit ad Thaidem in odium Thrasonis, & pri-
ma commendatio est à pulcritudine. Secunda ab e-
ducatione seu ingenio. Attende autem hoc loco, qui-
bus studijs operam dederit Græca iuuentus. Vide
Xenophontem de forma Lacedæmoniorum. Item
Quintil. lib. 1. C. 16. de Musica. Plato in Theage
introducit Socratem cum tali percunctatione, An non
uero doceri & institui te pater curauit ijs, quibus fe-
re hic honestorum parentum filij institui solent, nem-
pe, doctrina literarum, & fidium, ac luctæ, & reli-
quorum certaminum. Aristoteles lib. 7. Politicorum
addit his τὴν γραφικήν. I. Camera: ἄλως. Ite-
rum conuertit sermonem ad Thaidem, & commendat
Eunuchum non tantum à forma, sed etiam à solertia.
In literis) versuche, was er gelernet hat, Disputire
mit jm. q.d est talis persona, quæ multa simul didicit.
Loci sunt personales, qui cadunt in genus demonstra-
tiuum. Periculum). i. experire. De ingenio primum
dicit. Palæstra] was er könne im ringen, auff der
fecht schule. i. luctando. Musicis) .i. in Cythara. So-
lertem

lertem dabo) .i. præsentabo illum tibi disertum, ingenioſum, ſcientem, Ich wil dir jnen frey geweren, vnd geſchickt. Dabo] .i. eſſe exercitatum in iſtis omnibus rebus. Solertem] i. non inertem, ſed tanquam artificem. Vide Pro: Nullum ocium ſeruis.

Ego illum] Redit ad ingenium Thraſo, & utitur magna impudentia, Fingitur autem ſic, ut prodat ſuam ſtultitiam apud Thaidem. Illum] .i. pro dignitate tractarem. Ich wolte jnen alſo zu richten, das er ſein lebtag an mich gedencken ſolte. Ipſe autem in hoc ualde offendit Thaidem. Si ſit opus] Eſt ualde ineptus & importunus iocus, ſed eſt ualde militaris & Thraſonicus. Quia nihil poteſt in adoleſcente reprehendere. Atque hæc) Dicit neceſſaria & pertinentia ad rem. Incipit nunc quoq; de perſona æmuli dicere, & maxime conatur, quomodo Thraſonem in inuidiam adducat apud Thaidem. ἄμωϛ. A uoluntate & animo mittentis. Collatio perſonarum. Confert enim moderatum Phædriam ad Thraſonis ſuperbum & arrogans pectus, imo uicia cum uirtutibus Phædriæ. Qui] .i. Phædria. Prædicat uerecundiam Phædriæ ex collatione Thraſonis. Hæc) .i. dona. Sibi ſoli] .i. Quod illum ſolum deberes amare. Et ſua) Exponit, quid ſit ſibi ſoli uiuere. Pugnas) .i. non eſt glorioſus miles. Eſt enim Periphraſis gloriоſi militis, Propertius lib. 2. Nauita de uentis, de tauris narrat arator, Enumerat miles uulnera, paſtor oues. Cicatrices) .i. apud amicam, ubi minime conuenit. Perſtringit militem, & reddit inuiſum Thaidi collato

di collato Phædria. Sic enim pellit ab ea æmulum. Obstat].i.non impedit,er verbeut es dir nicht,quo minus alios admittas. Obstat] .i.non aduersatur meus herus. Amarulentißimum dictum. Semper in absentes felicior æstus amantes. Eleuat aßiduos copia longa uiros. Ouid.lib.2.de arte amandi. Cum tibi maior erit fiducia posse requiri, Tunc procul absenti cura futura eris,&c. Neque obstat] .i. non uult tibi perpetuo molestus esse, ut dies, noctesq; etiam cum tuo tedio tecum esse cupiat. Er wil dir nicht vber dem halse ligen. Molestum] .i. permittit tibi liberam uoluntatem. Molestum].i.alijs amatoribus. Seruus potest se cum suo hero totum Thaidi submittere. Tempus].i.opportunum. Illa omnia dixit contra Thrasonem, sed Thraso non potest se refutare. Habet] .i.Phædria, lest jm daran genügen,si nõ penitus modo excludatur, sed admittatur. Recipitur].i.habet primas,hat platz für andern. Voles]Permittentis est.

Apparet]Scomma. Quia non potest alia re suam causam ornare,nisi contemnendo & uituperando. Homo].i.ex dominis. Approbat satis parasitice Gnatho. Satis scio].i.recte dicis. Affirmantis. Pararet].i.qui parare posset. Alium].i. seruum. Potentialis modus est. Haberet].i.facultates.h.e.Qui esset dives,der etwas könne für sich bringen. Hunc] .i.Parmenonem, Wer wolte den knecht vmbs brot haltẽ. Qui].i.unde. Tace]halt das maul. Obiurgantis. Conuicium enim conuicio uult retaliare. Tu].i.Gnatho. Quem]Summa uituperatio. Est enim Periphrasis assentatorum, quia

quia sunt inimici ueritatis. Infimos] .i. seruos. q. d. tu es peior omnibus seruis. Nam serui sunt infimi. Homines] .q.d. Hominem perditissimum de te iudico. Nam) Addit probationem. Huic] .i. Thrasoni. Induxeris] .i. qui tibi proposueris. Reddit conuicium conuicio. E flamma] .i. Vnde sine damno aut malo nihil potest auferri. Gnathonum proprium est. Petere cibum] .i. te propter cibum extremæ quæq; pati.

Iam ne] Poeta fingit omnino illum properare ad conuiuium & illum in uerbis esse dominum. Hos] .i. Eunuchum & Aethiopissam. Hoc proprie pertinet ad meretricem. Imperabo) .i. ancillis. Ich wil befehl thun. Postea) .i. hoc effecto. Exeo] Pro exibo. Præsens pro futuro propter certitudinem. Ego] Capit nouum consilium. Tu] .i. Gnatho. Abeo] Verba irati propter discessionem Thaidis. Haud conuenit] .i. minime decet. Sarcasmus, quo Parmeno perstringit Thrasonem. Imperator] eim Heuptman. Imperatorem] .i. te talem existentem. Redit pulcerrime ad Ironiam. Tecte quidem dicitur, sed est ita amarulentus, ut nihil possit esse amarulentius. Quid tibi) Ineptus iocus. Eleuat tantum ridendo, & præteriendo, quia nihil habet quod dicit. Dicam] .i. respondeam. Comini] Similis cum Genitiuo hoc loco construitur. Vide Prouerb: Dominas imitantur catellæ. Ha] Ridentis. Rides] Interrogat, quia libenter uellet laudari. Istuc) .i. facetum illud dictum. Dixti] .i. ad Parmenonem. Illud) .i. ridebam. Sed] mutatio consilij.

Venit]

Venit).*i.* mihi. In via] *.i.* per uiam, vber die straſſen. Abi) Inconſtantia militis notatur, Quia ſupra iuſſit ſeruum operiri, nunc iubet abire. Diligenter] Paraſceue ad ſequentem Scenam. Chremes] *.i.* frater uirginis. Cures) *.i.* quod iubeo. Vt ores) οἰκονομία ad litem futuram, & exitum fabulæ. Fac] Abeuntis & mandantis. Maneat] *.i.* expectet, das er wartē wölle. Hæc non audit miles. Commodum] *.i.* Chremeti. Id) *.i.* redire. Ad me] *.i.* ad conuiuium. Ita) Dictum pro decoro ancillæ. Quid? quid] Meditantis ſunt uerba, aut ſignificatio ſollicitæ mulieris, & deſcriptio geſtus, quod anxie cogitet de re magna. Quicquid, ſæpius eſt apud Terentium, & non eſt infinitum, ſed eſt interrogatiuum. Vos) *.i.* pediſſequæ curate ea, quorum oblitus ſum. Ehem) *.i.* hoc uolui dicere. Iſtam) *.i.* puellam pſaltriam Pamphilam. Aſſitis) Ideo præcipit, quod non facient. Vos) Dictum pro decoro Thaidis.

ARGVMENTVM IOAN: STIG: IN ACT: III. SCEN: III.

Profecto, &c.

Inducitur hic adoleſcens ruſticus ſimplicis animi & minime fucati Chremes, qui etiam oratione ſua oſtendit, ſe ab aſtu & moribus urbanis alienum eſſe. Is poſteaquam ſentit paulatim ſeſe incaleſcere Thaidis amore propter longiuſculam conſuetudinem, ſuſpicatur ſibi inſidias fieri a meretrice, quæ non amare eum, ſed priuare bonis cogitet. Init igitur rationem, qua ſe ab illa ſubducat, & conſultius eſſe ſtatuit, ut rus &

ad ſua

ad sua negocia redeat, quam ut inter meretricum blandimenta periclitetur. Quo exemplo monemur, uitandum esse studiose meretricum consortium, & amoris inhonesti illecebras. Nulla enim est honestior fuga, quam quæ uoluptates euitare conatur, Sic Myrrha de liberat apud Ouidi. lib. 10. Meta: Ille libet procul hinc patriæ relinquere fines, Dum scelus effugiam, retinet malus ardor amantem. Et Plautus in Trinumno, Act. 2. Mille modis amor. Ignorandus est, procul abigendus est, atq; abstinendum. Nam qui in amore præcipitauit peius perit, quam si saxo saliat, & ut idem inquit, bis perijt amator & re & animo simul. Porro deducitur Chremes ad Thaidem, quæ res præbebit occasionem Epitasi.

ALIVD Casp. Crucigeri.

Facit uiam ad Epitasin. Continet enim hæc Scena occasionem, qua miles eijcietur, posteaquam Thais potita est munere, quod cupiebat. Producitur ergo adolescens uirginis frater accersitus à Thaide, ut uirginem sororem reciperet. Fingit autem pro decoro rusticum adolescentem, & diuitem, cum causam nescíret, cur esset accersitus, suspicantem se ab amica meretrice tentari.

ALIVD M. Ambrosij.

Chremes Atticus, cuius aduentum Thais in ultima Scena primi Actus prædixit, antea sæpe rogatus tandem uenit ad Thaidem audire cupiens, quid tandem meretrix sit propositura, cuiusue sit sentẽtiæ de puella,

Quia uera intellexerat ex Attica esse abreptam, non uanis coniecturis incipit colligere suam hanc esse sororem. Hoc quia Thaidi existimat difficulter persuaderi posse, fingitur in hac Scena ualde anxius & sollicitus pro ipsa puella, tum etiam iratus Thaidi, quæ astute multa interrogans uisa est aliquem quæstum quærere in uirgine, & blandis uerbis hoc unicum intendere, ut etiam à Chremete adolescente aliquid auferre possit. Eo itaq; animo adolescens conuenire instituit Thaidem, ut certior fiat de toto negocio uirginis, & ut ipse quam primum se liberet à Thaide. Porro ueniens ad ædes Thaidis, cum neminem nisi ancillas adesse uideat, præ nimia iracundia rus abire cogitat. Sed hunc adolescentem aliquo modo placat ancilla, & eidem persuadet, ut conueniat Thaidem apud militem.

ALIVD EIVSDEM.

Antea Thais exposuit Phædriæ suum consilium de puella accipienda à milite, id quia nunc factum est, hoc unum restat, ut diligenter cogitet meretrix, quomodo accepto munere rursus eijciatur miles, & Phædria admittatur. Hoc autem intelligit factum esse facillimum, si modo Chremes Atticus frater puellæ ueniat, & pro suo iure in præsentia militis eam repetat. Itaq; producitur adolescens secum loquens & disputans ac omnino plenus suspicionum, propterea quod ignorat causam, quare accersitus sit, Ideo inter eundum apud se deliberat & tandem constituit, se fore admodum diligentem, & cautum, ne ullo modo à meretrice circumueniri possit.

ALIVD

ALIVD ἄδηλον.

Iamdudum optauerat Thais aduentum Chremetis fratris puellæ, quæ dono data erat á milite, ut illius præsentia, maxime si repeteret serio suam sororem facilius miles excluderetur, & iterum reciperetur Phædria. Hic uero ignarus rerum omnium colloquutus cum meretrice statim suspicatur sibi fieri insidias. Quare iterum uocatus admodum iratus redit ad Thaidem uolens cum ea expostulare, ut se omnino sub duceret á tota consuetudine meretricis. Sed non ueniens eam domi, deducitur ad militem Thrasonem.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. AND. MIseni in Act. III. Scenam III.

Thais dabit mihi magnum malum) Formula latina est, qua supra etiam est usus in Andr. Qui dederit damnum aut malum, sie wirt mir ein grossen schaden zu wenden.

Video me astute ab ea labefactarier] Elegans uerbum dignum obseruatione. Est autem Metaphora usus Poëta. q.d. Sentio me sollicitari, Hoc agere eam, ut me suis fraudibus, technis, & blandimentis decipiat & imescet, ut me emungat meis rebus, Auff so mancherley weisse nimpt sie es für, sie gehet darmit vmb, das sie mich betriege, sie greifft mich mit geschwinden griffen an. Video me lactarier uarie, ut decipiat Cicero lib. 5. Epist. 2. & lib. 12. Ep. 25. Et pro sua domo ad Pontifi. Desinant homines ijsdem machi-

 sperа-

nis sperare me restitutum posse labefactari. Quibus antea stantem perculerunt. Illi, qui interpretantur labefactari. h.e. decipi, non assequuntur uim uerbi. Neq; enim se deceptũ esse ait adolescens, sed hoc agi, ut posit decipi, uarie sollicitari, ac tentari. Nam uerbum sollicito apte explicat, cum idem significat. Poëta ipse explicat, cum subijcit, dico ego mihi insidias fieri. Labefacto frequentatiuum est á labefacio, quod significat etwas schlottern machen. Sic infra in Adelph. Dentes mihi labefecit omnes.

Rem diuinam feciſſe ſe] h.e. Se peregisse sua sacrificia. Facere rem diuinam est sacrificare. Sic est quoq; apud Virg. Eclog. 3. *Cum faciam uitula, pro frugibus ipse uenito. Plaut. in Aulul. Addidit Accusatiuum, Congialem plenam mulsi tibi faciam fideliam. In Hecyr. Accersi ad rem diuinam.

Dolo malo) Dolus malus simulatione & dissimulatione, ut ait Aquilius, continetur. Cic. 3. offi. Idẽ in Topi: Dolus malus est, cum aliud agitur, aliud simulatur. Mihi ſeſe dare) Hoc uerbo notatur profusa mulieris petulantia, ſie erzeigete ſich vber die maſſen freundlich, ſie war guter dinge mit mir. Elegans formula latina est, qua est usus supra in Andr: Cumq; unus his seſe dedere. Sic Cice. lib. 2. Ep. 7. Da te mihi, cõplectur scio. Sic est quoq; infra in Adelph. Da te hodie mihi. Et in Heau. Da te mihi uicißim. Cicero 4. Tusc. Queſt. Mihi seſe dedet. Seruius Sulpitius lib. 4. Ep. 4. aliter, Da illi hoc mortuæ, da cæteris cognatis. Sey jhr vnd der ganzen freundchafft das zu gefallen. Infra in

Heau:

Heau: item aliter, Quot res dedere, &c. Es hat sich viel dinges begeben. In Hecyr. ut res dant sese ita magni atq; humilis sumus, Wie es vns gehet.

Sermonem quærere) Germani ferè etiam sic assequimur, Sie gewahn mir rede ahn, captabat omnem occasionem, ut uarijs de rebus mecum colloqueretur.

Vbi friget). h. e. ubi nihil potuit excogitare, quo me alloqueretur, do sie nichts mehr hatte zusagen, das es schal aus mit jr gienge. Elegans uerbum est de cuius ui supra dictum est, Nimium hic homines frigent.

Huc euasit) Metaphora est. q. d. eo demum sermones dirigebat, illo demum prorupit diu loquendo, Zuletzt kam sie darauff.

SCHOLIA, QVAE EXPLIcant Textum Act: III. Scenæ III.

Chremes agrestis & rusticus adolescens frater puellæ quæ Thaidi dono á milite Thrasonæ data est, á Thaide uocatus suspitionem de fraude concipit, hocq; unum agit, ut res suas curet diligentur, ne á Thaide fallatur. Porrò status huius scenæ est coniecturalis. Exordium sumtum est ab effectu suspicioſi & cauti adolescentis, nec temere credentis meretricum blanditijs. ἄλλως. Occasio qua miles, postea quam Thais potita est munere, quod cupiebat, ejicitur. Fingitur enim puella ciuis Attica esse. ἄλλως. uarias meretricum artes fugiendas esse. ἄλλως. Egre

gie depingit rusticanum ingenium, omnia siniſtre accipere, quæ bono animo fecerat Thais. Profecto) propoſitio ſuſpicionis. Nimirum) .i. ſine omni dubio, & eſt Eclipſis uerbi, intelligo. Procul dubio, one allen zweiuel. Nimirum) .i. illud mihi in mentem uenit. Alij legunt, Non eſt mirum. Cogito).i. apud me. Ita) Ratio, quare iſtas habeat cogitationes. Labefactari).i. tentari. Iam tum) Narratio continens ſigna ſuſpicionis, qua indignatur apud ſe Chremes, Quia timet fraudem ſubeſſe potius, quod accerſatur à Thaide. Vbi).i. poſtquam. Primum) primum ſignum ſuſpicionis. Roget) Reprehenſio ſui facti, quod ſtatim adierit Thaidem. Roget) potentiale, pro, rogare poſſit. Eſt obiurgatio, quod ipſe hoc fecerit & parenthesis. q.d. profecto ſtultus ſum. Illa).i. Thaide. Quid).i. rei eſt. Ne noram) ſcilicet, Thaidem ſi aliquis me interrogaſſet, & eſt ſubiectio. Accerſier) paragoge, pro, accerſi. Ne) Reſponſio. Vbi).i. poſtquam. Ait).i. Thais. Secundum ſignum ſuſpicionis. Seriam).i. mecum colloqui uelle de magnare. Seriam).i. grauem & minimè iocoſam. Allegat hoc, quod deberet mouere pectus, ne aliud quicquam ſuſpicetur. Iam tum).i. etiam cum hoc diceret ad me. Dolo).i. inſidijs. Fieri).i. mecum, Ipſam).i. Thais. Alia ſigna, & proprium, quod conuenit meretrici. Mecum).i. pe nes me. Accumbere).i. accumbebat. h. e. accommodabat ſe mihi. Sie ſatzte ſich neben mich. Hoc eſt ineſcare adoleſcentem ruſticum. Dare) pro dabat. Summum eſt obſequium. Sermonē).i. occaſionem loquendi. Quia

fingitur

fingitur tanquam truncus sedere adolescens. Friget). i. in interrogationibus, & istis sermonibus cessat. h. e. cũ deesset occasio loquendi, cum nihil haberet, quod amplius diceret, aut faceret. Euasit). i. meretrix. h. e. eò tandem rediit oratio. Endlich ist es da hinaus gegangen. Supra, sine me peruenire, quo uolo. Quam). i. quam diu. Postremum interrogatorium. Iam diu). i. omnes esse mortuos. Rus). i. pergebat inquirere. Sunij). i. promontorij Atcici. Longe). i. distet. Credo) Interpretatio suspicionis, estq; ironia. Hoc) i. rus. Sperat). i. meretrix. Auellere). i. blandis uerbis. Postremo). i. interrogabt. Ecqua inde). i. mortuis pañtibus. Perisset). i. mihi. Vna). i. perisset. Habisset) .i. puella. Cum perit). i. cum periret. Ecquis). i. ex amicis. Quæritet). i. nescio, cur tam diligenter interroget. Interpretatio istorum omnium, quæ dixit Thais. Illa) Error in hac fabula. Hãc. i. sororem. Intendit) .i. uult, nititur, vnterstehet sich, sie gibt für. Cic. Ep. 2. Intendere cæpit. Audaciam) i. meretricum. Verum) addit argumẽta, etiãsi hoc uelit affirmare. Ea). i. soror. Sedecim) Alludit ad id, quod dixit Chærea, sedecim annos nata est. Maior). i. natu. Maiuscula). i. paulo maior natu. q. d. ideo mihi non persuadebit. Misit). i. seruum. Porro). i. iterum. Dicat). i. Thais. Consilium post deliberationem. Molesta). i. non debet me circumuenire, Sie lasse mich vnuerworren. Veniam). i. ad Thaidem non rogatus. Heus heus) uocantis & pulsantis simul fores. Accedit ad fores. Hic quis) Blandientis interrogatio. Pythias ancilla

statim procedit. O capitulum) Blandissima salutatio. Accedens enim uult osculari hominem. Rusticus autem adolescens insidias uocat. Lepidissimum).i. ô homo lepidissime. Maximo opere) τμῆσις est. Dico)statim incipit,quod in animo habet dicere. Fieri).i. á Thaide. Thais] Ancilla est memor mandati. Rus eo) Nihil minus, quam ut reuertatur. Amabo) Blandientis. Possum) .i. redire. Dum).i. donec. Nihil minus] .i. faciam, das thue ich viel weniger. Cur mi Chremes) .i. quare non uis hoc facere, quare recusas facere, & ista dicit amplexura adolescentem. Abis).i.sinas me. Rem) maledictum.Comminantis est. Certum) .i. non manere. Amabo) lieber. Illa] .i. Thais. Illuc) :i. ad militem. h. e. per transitum illuc eas, ubi est Thais. Eo) concedentis. Quare cupit serio cum Thaide loqui. Hæc ideo finguntur ut significat, quod ille stultus adolescens,qui ignorat locum, fingit præ affectu se scire locum. Hunc).i. Chremetem. Deduce) Archaismus.

ARGVMENTVM IOAN: STIG: IN ACT: III. SCENAM IIII. Heri, &c.

Hæc scena facit aditum ad sequentem scenam. Producitur autem hic Antipho adolescens eo consilio, ut ei commemoraret Chærea ea, quæ in domo Thaidis perpetrauit, cum honestius dici, quam antea oculos poni potuerit. Porrò describit hic Terentius familia-

familiaritatem & consuetudinem inter adolescentes, quos nihil magis delectat, quàm unà conuersantium contubernium ac sodalicium. Itaq; cum, ut Fabius inquit lib. 1 C. 1. tenacissimi simus eorum, quæ teneris annis imbibimus, etiam atq; etiam prouidendum est, ut pueri cum illis educentur ac conuersentur, qui à uicijs affectibus sunt alieni. Nullum enim magis præsentaneum ac pestilens uenenum est pueritiæ, quam cum improbis consuetudo ac conuersatio, quæ indolem etiam, quantumuis generosam corrumpit. Quà de re, uerba extant Senecæ de ira lib. 3. in hunc modum, sumuntur à conuersantibus mores. Et ut quædam in contactis corpore uitia transiliunt, ita animus mala sua proximis tradit. Ebrios us conuictores in amorem uini traxit. Impudicorum cætus fortem etsi liceat uirum etiam emollit. Auaritia in proximos uiros suum transtulit. Vt enim una conspecta liuorem ducit ab una, sicut inquit Iuuenalis, Ita animorum uitia quadam contagione à pernicioſa hominum consuetudine in bonos transeunt.

ALIVD Casp. Crucigeri.

Adolescens Chærea pro Eunucho ad Thaidem deductus omnino oblitus erat pro nimio amore sui officij, quod datum erat ab alijs sodalibus in conuiuio diligenter apparando. Proinde adolescentuli, cum iam instaret conuiuij tempus, nec quicquam tamen apparatum uiderent, non leuiter perturbantur, propterea quod hunc Chæream in tali re antea cognoue-

rant diligentißimum. Poſt multas itaq; deliberationes ac diſputationes mandant Antiphoni communi conſenſu, ut diligentißime quærat adoleſcentem & certiores quam primam eos de conuiuio reddat. Introducitur autem hæc perſona aduenticia Antiphonis, ut Chærea iuſtam habeat occaſionem explicandi totum negocium de ſua fælicitate.

ALIVD M. Ambroſij.

Supra dictum eſt de occaſione, qua cæpit Chærea puellam perdite amare, quæ adducta erat ad Thaidem. Item de conſilio ſerui potiundæ uirginis. Nunc quia introductus eſt pro Eunucho, ad Thaidem, per aliquot ſcenas ordine explicatur, quæ egerit adoleſcens abſente Thaide. Illud autem, ut commode ſubijciatur & non abhorreat à præcedentibus, fingitur aduenire adoleſcens omnino ab argumento alienus, ut percipiat ſequentem narrationem totius facti. Ille uero inter eundem ſecum diſputans de abſentia Chæreæ, & de intermiſſo conuiuio ex improuiſo procul eum uidere à Thaide exeuntem, Eunuchicq; ueſtitu ornatum, cui occaſionem in ſequenti ſcena præbet ut narret omnia, quæ in ædibus Thaidis acta ſint.

ALIVD EIVSDEM.

Chærea introductus pro Eunucho, ut habeat aliquem cui commode narret ſuas fælicitates, & totam hiſtoriam factam, fingitur adeſſe Antipho in tempore, qui à cæteris adoleſcentibus hoc mandatum habuit,

habuit, ut quæreret Chæream, quem conuiuio in Piræo præfecerant.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D. AND. MISEni Act. III. Scenam IIII.

Visam, si domi est) *pro*, an domi est. Sic est etiam apud Liuium lib. 9. Decad. 3. Ab eis interrogauit, si aquam hominibus iumentisq; uecessariam, in totidem dies, quot frumentum imposuissem, &c. Sic & Cicero dixit lib. 2. de Orat. Vide si potes esse possessor, Græcorum imitatione, apud quos ει bisariam significat. Erasmus libro 1. de Cop. Cap. 64. Bembus sic legit. Idq; adeo uisam, uisam si domi est. Quis nam hinc á Thaide exit? Is est? an non est? ipsus est. Quid hoc hominis? qui hic ornatus est?

In Pyræo) Peiræus fuit locus prope Athenas, ut testatur Cice. in 6. ad Att. Vbi excubabat iuuentus Attica, ut esset tuta ciuitas contra insultus prædonum. Meminit etiam Demosth. περὶ στεφάνου

De symbolis essemus) .i. ut institueretur conuiuium, ut de allatis symbonis hodie bene essemus. Similis phrasis est apud Plaut. Minore nusquam bene fui dispendio, & sæpe alias. Item in Aulul. Minore sumtu simus, quam sumus. Item in Trucu. De eo bene nunc sum tua uirtute. Liuius lib. 3. Dec. 3. Vt sacratis de mensis essemus. Symbola in singulari significat pecuniam, qua comparantur ea, quæ opus sunt ad conuiuiũ, das gelt, das man zu samen legt zu einer zech.

ner Zech. & deriuatur à συμβάλλω. h.e. conijcio in unum. Symbolum uero in neutro genere significat ipsum conuiuium.

Nihil parati) parati ex 2. declinatione dixit, pro, apparatus ex quarta. Sic supra in And. Nihil ornati, nihil tumulti, pro, ornatus, tumultus, ex quarta declinatione.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT Textum Act. III. Scenæ. IIII.

Prodit Antipho, cui Chærea narrat suum factum de uitiato uirgine. Depinguntur autem hic adolescentiæ mores & studia apud Athenienses, apud quos primum eligebatur conuiuij præses. Deinde dabantur annuli testimonium, quod singuli, qui erat inuitati uellent comparere. Præterea constituebatur locus, ad quem conueniendum esset. Tandem præfinieba-tur tempus quo adesse deberent. Eiusmodi uero conuiuia non celebrabant, ut flagitia in eis designarent, sed de rebus honestis & necessarijs inter se conferrent. Hæc] Hoc totum pertinet ad descriptionem istorum conuiuiorum, quæ olim apud Athenienses sunt celebrata, quanquam nostro tempore sint eiusmodi conuiuia inter adolescentes suspecta, nec carent uitijs. Poëta uero dicit, quod Athenis conuenerit inuentus, ut haberet conuiuia, nõ causa turpitudinis perpetrandæ, sed ut de rebus utilibus, honestis & necessarijs colloqueretur. Adolescentuli) Proprie hic exponit, quod alias uocat, excedere ex Ephebis. Coimus] Est uocabulum

lum honestatis .q. d. Pepigimus, conuenimus, consensimus, &wir sind des vber einkommen, &wir haben es also mit einander verlassen. Aliquot) Circumstantia personarum. In Pyræo] Pro in Pyræum. Allegat circumstantiam loci, ne aliquid de turpitudine posit cogitari. Essemus] .i. ut conuiuium celebraremus. Hoc additur, & honeste quidem Diem) .i. constitutum. Essemus) .i. conuiuaremur. Aristoteles 2. Rhetori. ad Theodecten scribit iuuenes magis amare sodales, quam alios, Quia gaudeant conuiuijs & lucra nondum desiderent. Symbolis). i. coniectamentis, ὅρτε, ζεche. Chæream) Tantum hoc unum miratur Chæream non adesse, ut conuiuij magistrum & ita conuiuium negligi. Ei rei). i. conuiuio. Præfecimus) .i. fecimus eum Sympostarcham, præfectum Symposij, wir haben jme das ampt befohlen, wir haben jnen zum küchemeister, speisemeister oder wirdt geordnet. Annuli dati] .i. pignora commessationis. q. d. Singuli promiserunt, quod singuli uellent conuenire ad hoc tempus. Locus]. i. est constitutus .q. d. ad cuius ædes deberemus conuenire. Tempus) .i. hora, ne aliquid deesset. Syllepsis est.

Præterijt) Argumentatur actum esse de conuiuio. Dictum] .i. constitutum. Parati] .i. in eo loco, pro apparatus in secunda declinatione. Homo] .i. Chærea. Coniectem] .i. conijciam, cogitem, & pro uero affirmen. Nunc) Hactenus recitauit primam causam, cur quærat Chæream, nempe, Quia ut constitutus Sympostarcha ad conuiuium nihil apparauerit.

rauerit. Nunc dicit de altera causa, scilicet, quod à reliquis conuiuis id negocij sit datum. Negocij).i. laboris & prouinciæ. Si domi) Si, hoc loco ponitur pro an, estq; Græca ἐναλλαγὴ. pro, uisam, an domi sit. Quis) Admirantis. Admonet autem de summa eorum, quæ postea Chærea narrabit in sequentibus. Vult enim ista sua admiratione significare, quod postea sequitur, inauditum facinus. Ista sunt plane Dialogica. Is) .i. Chærea. Hominis).i. quod à Thaide Ephebus exit. Incipit contemplari habitum. Quid hominis] pro quis homo. Admiratio subitæ rei, scilicet, noui uestitus. Ornatus) Quia Eunuchi ueste indutus est. Ipsus est) Inspicit adolescentis faciem, quæ non potest mutari. Mali] Quia adolescens admodum timidus ingreditur. Nequeo) Subijcitur ratio, quare tantopere miretur. Conijcere] .i. quod usq; adeo est timidus. Argumentum á coniectura & á signis. Nisi] pro, sed, estq; plane Græcismus. Procul] non ferneſt. Scisciтari] .i. exquirere sciscitando. Sciscitor est uerbum frequentatiuũ á scio.

ARGVMENTVM IOAN. STIG: IN ACT: III. SCEN: V.

Nunquis, &c.

Casu obuiam factus Antiphoni commemorat Chærea suum facinus, quod in ædibus Thaidis commisit. Id uero eo consilio fit à Terentio, ut proponat πρόταοιν. h.e. Secundã partem fabulæ, & præparet auditorem ad intelligendum. Postea statum & conditionem

dicionem uirginis. Exprimitur autem uarijs affectibus calor & imbecillitas uagæ & inconsultæ adolescentiæ, cuius proprium est animi non posse regere impetum.

ALIVD Casp. Crucigeri.

Supra dictum est hanc fabulam quasi duplici argumento esse. Nam peculiarem motum excitauit adolescens pro Eunucho suppositus. Exponit ergo hæc Scena certam πρόταση. huius partis, & recitatur factum Chæreæ, quomodo potius sit uirgine, Quam amabat, interim dum Thais aberat domo. Sed præponitur quædam aduenticia persona & aliena à reliquo argumento adolescentis, qui erat Sodalis Chæreæ in hoc ut narrationem facti incipiat. Exordium est Patheticum gestientis & exultantis adolescentis tanquam re bene gesta, qui cupit sibi offerri aliquem commodum sodalem, cui hæc narret, quæ sequuntur, sunt perpetua narratio, quæ tamen aspersa est ornamentis cum occasiones commemorat ab exemplo fabuloso Danae, quod amplificat adolescens collatione sumta ex minore.

ALIVD M. Ambrosij.

Mirabiliter exultat Chærea, quod præter omnem spem potitus sit illis commodis, iamdiu exoptatis. Hæc tanti facit, ut existimet in omni uita nihil posse melius accidere, nec quicquam ultra expetendum esse. Quia uero timet, ne subitum illud gaudium subita aliqua tristicia mutetur, exoptat prius mori, quam

quam ut tantam mutationem fortunæ experiatur. Postea cum uidet Antiphonem ex improuiso sibi offerri, lætißimus redditur propter præsentiam optimi sodalis, cui ordine narrare incipit totius facti negocium. Atq; hæc longa narratio aspersa habet multa egregia ornamenta, id quod inprimis inde uideri potest, ubi in occasione sui amoris recitat fabulosum exemplum Danaes. In fine Antipho pro suo officio diligenter percunctatur de conuiuio, quod cum intelligit diligenter curatum, admonet Chæream, ut quam primum exuat Eunuchi habitum, ne conspiciatur á suis sodalibus cum summa turpitudine, &c.

ALIVD EIVSDEM.

Adolescens, qui pro Eunucho introductus erat ad Thaidem egreditur lætißimus, seq; ob eam rem plane beatum existimat, quod omnia ex sententia euenerunt. Fingitur autem admodum uenuste domo egressus esse ante aduentum Thaidis. Primum ne ipse deprehendatur, & stultitiæ suæ dignas det pœnas. Deinde ut in quærendo authore uiciatæ puellæ maiores existant turbæ. Cæterum adolescens omni periculo liberatus magna cum uoluptate commemorat congerroni suo illud totum facinus, enumerans occasiones & alias circumstantias, quibus tanquam inuitatus hoc incipere ausus fuit, adeoq; inter narrandum subinde serio exultat, quasi re bene gesta.

ALIVD ἀδηλον.

Adolescens Chærea pluribus prædicat & exponit

exponit suas fælicitates, & stultißime exultat, & plane iuueniliter tanquam re bene gesta. Egreditur autem subito, & in ipso tempore, postquam intulit uicium puellæ, priusquam ex conuiuio domum redeat Thais. Primum, ne ipse deprehendatur in ipso facto. Deinde, ut in quærendo auctore uiciatæ puellæ maiores turbæ existant.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. AND: MISE: in Act. III. SCEN: V.

Iamne erumpere mihi licet gaudium) Obseruandum est uerbum, Erumpere, quod cum neutrum sit, habet tamen constructionem uerbi actiui, id quod & alibi fit. Supra in Andr. Ex illis sese emersurum malis. h. e. expediturum. Significat autem erumpere, ausbrechen. Sic & dicimus, post longum sermonem in hanc uocem erumpit tandem. Hic autem actiue significat, licet mihi erumpere gaudium. h.e. Expromere, eloqui, communicare cum aliquo, ui exprimere, dicere, & exponere.

Ne hoc gaudium contaminet] Elegans Metaphora est, contaminare, & proprie significat coinquinare sordibus illinere, etwas beschmiren oder besudeln, ut, Quidam inepti Theologi scribendis libellis tantum contaminant bonas chartas. Hic autem significat perturbare. deprauare, confricare, quo uerbo Gellius usus est, betrüben. Atq; hoc est, quod in Andr. dicit. Si nulla ægritudo huic gaudio interceßerit, so

kein vnglück darein kompt. OVIDIVS. lib. 4. de Ponto.

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo
Et subito casu, quæ ualuere, ruunt.
Ludit in humanis diuina potentia rebus
Et certum præsens uix habet hora fidem.

Adibo, atque inibo gratiam hanc) Formula latina est, Ich wil den danck von jm erlangen, obsequar ei in ea re. Sic & dicimus. Inituras à me magnam gratiam rescribes mihi. Inire autem gratiam est mereri gratiam. Plautus in Cistellaria, Nunc egomet potius hanc inibo gratiam ab illis, &c. Idem, Iniet tamen solidam & grandem gratiam. Cicero pro A. Cæcinna, Quare per magnam initis à nobis gratiam. Infra in Adelp. Ego lapidus ineo gratiam. Et infra in Heau. Et caue, ne falsam gratiam studeas inire.

Cuperem videre) Frequens est ista apud bonos autores locutio, Te cupio, ut subaudias uidere, uel mihi dari, uel simile uerbum, ut Cicero, Te ipsum cupio, nihil oportunius potuit accidere. Tale ferme est illud ex Andria, Dauum uideo, nemo est, quem malim omnium.

Iouem misisse in gremium Danae aureum imbrem) Fabulam de Danaë, quam Iuppiter conuersus in aureum imbrem uiciauit, Attingit Ouid. lib. 6. Meta: Vbi recensest stupra & adulteria Iouis. Horatius libro 3. Carm Od. 16. Elegantissime accommodauit fabulam ad locum communem, pecunia omnia expug-

expugnari, aut pecuniæ obedire omnia, quod habet prouerbium literis Græcorum & latinorum celebratum, quod & apud Ecclesiasten extat in cap. 10. Huc pertinet omnes Poëtarum sententiæ, quæ docent, pudorem prostitui spe lucri, aut quæstus, sicut & supra in Andr. Describit Poëta Chrysidem permotam precio pudorem prostituisse. Propertius lib. 3.

Aurea nunc uere sunt sæcula, plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor.
Auro pulsa fides, auro uenalia iura,
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Horatius autem sic scribit lib. III.

Carm. Od. XVI.

Inclusam Danaën turris Abenea
Robustæq; fores, & uigilum canum
Tristes excubiæ, munierant satis
Nocturnis ab adulteris.
Si non Acrisium uirginis abditæ
Custodem pauidum Iuppiter & Venus
Risisset, fore enim tutum iter, & patens
Conuerso in precium Deo.
Aurum per medios ire satellites,
Et perrumpere amat saxa, potentius
Ictu fulmineo concidit auguris
Argiui domus ob lucrum.
Demersa excidio, diffidit urbium
Portas uir Macedo, & subruit æmulos
Reges muneribus, munera nauium
Sæuos illaqueant duces.

Huc refer Apophtegma Philippi Macedonis, qui solitus est dicere, Nullum arcem, aut urbem tam munitam esse, quam expugnari posit, si tantum pateat in eam iter asino onuste auro.

Fucum factum mulieri) Metaphorica figura loquendi. h. e. ut deciperet uirginem, ut imponeret ei falsa specie, ut uiciaret eam conuersus in hominem inde fucatus sermo .h.e. simulatus, cum aliud dicitur, aliud cogitatur, non uerus, non syncerus, in qua nihil simulatum est. Significat autem fucus res muliebris uel cerussa, qua prælinire solent faciem mulieres ut bellæ uideantur, cum aliquo illo fuco detracto sint ualde deformes. Germani uocant, schminck. Fucus est etiam genus insecti habens quandam similitudinem cum apibus, sed cum non mellificent apibus furtim mella deuorant, nisi industria apum ab aluearibus arceantur. Virg. Ignauum fucos pecus á præsepibus arcent.

Summa templa cœli) Templa cœli uocat cœlum. Sic Cicero libro 1. Tusc. Quæst. uocat alta Archarontia templa orci, ipsum orcum, seu infernum.

Proruunt se) Actiue usus est uerbo, proruunt, pro, proprium se, uel magno strepitu egrediuntur ex conclaui, & ueluti præcipitant se, Si lieffen vber eimen hauffen. Sic & in Adelph. Vsus est simplici. Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & prosternerem. Eodem modo & Liuius lib. 6. Decad. 3. Vsus est, Album á fundamentis proruerunt. h. e. euerterunt.

terunt, aut exciderunt, seu solo æquarunt. Et lib. 9. Decad. 3, Dolábræ Calonibus dantur ad uallum proruendum. h. e. etwas fellē, nieder werffen, vmbstossen, Sic & actiue usus est uerbo, subruere Horat. libro 3. Carm. od. 16. Et subruit æmulos reges muneribus. h. e. corrumpit, seu illaqueat, sicut ipse commutauit.

Huic ventulum facito) Elegans formula latina est, & were ihr der fliegen, das ist, wehe jhr lufft zu. Item Plaut. Obsecro hercle facito uentum mihi, Nolo mihi fieri uentulum.

SCHOLIA QVAE EXPLIcant Textum Act. III. Scenæ V.

Hæc scena nomen fabulæ dedit. Vide uero, quomodo Poëta laborarit in exhibendo gaudio stulti adolescentis, quod cum rectius cognosces, si cum superiore perturbatione conferatur. ἄΜως. Affectus amantis in re secunda mire exprimitur. ἄΜως. Quatuor in hac scena sunt obseruanda. 1. Chærea reducitur ex ædibus Thaide &c. 2. sui similis est in decoro obseruando. Exemplum turpe. 3. Gestus, orationis, quibus exprimit affectus, &c. 4. Locus communis de inconstantia rerum humanarum, &c. Nunquis) Bembus legit, Nuncquis. Sunt subiectiones & uerba circumspectantis, & exultātis adolescentis dum egreditur domum Thaidis. ἄΜως. Verba gestus & uultus exeuntis adolescentis iam liberati omni periculo. Duo autem metuit. Primum, ne aliquis obuiam ueniat. Secundo, ne quis sequatur. Nemo). i. nemo fit

mihi obuiam. Subiectio. Nunc quis) Iterum respicientis. Exordium sumtum est ab affectu, suntq; omnes quasi πάθη animi amatoris. Hinc).i. ex ædibus Thaidis. Nemo homo) Archaismus, pro, nullus. q.d. nemo sequitur me. Subiectio, & ob eam rem lætatur. Iam ne) Deliberatio. Quia iam uidet omnia esse in tuto, estq; exemplum impudici adolescentis, qui præ amoris insania de perpetrato flagicio etiam stulte & impudenter exultat. Erumpere) pro, exclamare. Mihi).i. à me. Gaudium).i. de hoc gaudio. Proh) Exclamatio de subito gaudio. h.e. sic est cor meum repletum gaudio, ut mors me lædere posset. Nunc) Exclamatio quæ habet uotum. Est].i. illud tempus eò est profectum. Alludit ad illos pessimos affectus, quod homo uidens optima quæq; sequatur tamen peiora. Iuxta illud Medeæ, uideo meliora, proboq; Deteriora sequor. Interfici).i. propter magnũ gaudiũ.

Ne hoc] Isti exclamationi est interserta sententia quæ dicitur γνώμη. Vita).i. quæ mihi restat agenda. Nullum gaudium est perpetuum. Contaminet].i. polluat, obscuret. Aegritudine].i. tristicia, mœrore, vnglück. h. e. ne dolor eximat mihi hoc gaudium ex animo, Es thet mir nicht wehe itzt, wen ich in den freuden stürbe. Vita).i. uarius càsus. Publius Mi: fortuna uitrea est, quæ cum splendet frangitur. Vide finem Andriæ. Elegantissimus enim locus est. Sed neminem) Apparatus ad futurum colloquium. Chærea expetit sibi dari obuiam aliquẽ, in cuius sinum effundere possit suum gaudium.

gaudium. Ad hunc locum Terentij procul dubio respexit Cicero in libello de Amicitia, ubi ait, principio cui potest esse uita uitalis (ut ait Ennius) qui non in amici mutua beneuolentia conquiescat? Quid dulcius? quam habere, quo cum omnia audeas sic loqui, ut tecum? quis esset tantum fructus in prosperis rebus, nisi haberes, qui illis æquo ac tu ipse gauderet &c. Interuenire) .i. uideo, cum ita gestiam. Curiosum) .i. qui torquetur uanis curis, qui semper scisciatur noua, der gerne wolte newe zeituug erfaren. Sequatur) pro, consequatur, der mich ereilete. Quique) Bembus legit, Quoquo eam. Obtundat) .i. instet, molestus sit, der mich vberteubet, das ich nimmer hören möchte. Metaphora sumta est à fabris. Enecet) plus est, quam obtundere. Quid] .i. cur. i. quærens. Gestiam) pictura est hominum curiosorum de rebus alienis. Interrogationis. Vnde) .i. ex quo loco. Emergam) .i. prodeam, nempe ex ganeo & meretricis domo. Quæram) .i. isto uestitu. Mihi) Pleonasmus. Sanus) .i. illa possit interrogare.

Adibo) consilium adolescentis, qui fingitur ideo adesse, ut suscipiat istam orationem adolescentis, uultq; significare, sed deliberasse de hac re. Ita omnia pertinet ad sequentem narrationem. Adduntur autem subinde uarij gestus. Inibo) .i. merebor eius gratiam, Ich wil den danck vordimen, oder, erlangen. Quam) .i. gratiam. q.d. Interrogabo eam, cum interrogari uelit. Chærea) Alloquitur adolescentem, & diligenter interrogat de ista lætitia. Quia egreditur,

ut liberatus. Gestis) *.i. hoc tempore, qui antea eras plane perturbatus.* Quidue) Hoc *est quasi reprehendentis.* Vestitus) *.i. qui minime decet tuam personam.* Hic) *.i. talis. Colligit animum quoq; esse mutatum.* Quærit) *.i. contra consuetudinem.* Quid) Repetit *alijs uerbis.* Vis) *.i. ista subita lætitia.* Sanus) Hoc *dicit, Quia fit præter consuetudinem.* Aspectas) Iste *significant uultum adolescentis aliquid dicturi.* Taces) *.i. quare non potes loqui.* O festus dies hominis) *.q. d. ô hominem festum, uel festi diei. Festum enim diem appellat illum ipsum Antiphonem adolescentem, quam exoptat uidere. h. e. Est mihi gratus dies, quo licet mihi te aspicere. Quam optate aduenis, festus est dies, qui te mihi adduxit, der dich zu mir bracht hat.* Nemo) Interpretatio *prouerbij.* Narra) Ista *sunt* Dialogica, *quæ pertinent ad sequentem narrationem continuam.* Imo) Correctio *festiuissime cogitata á Poêta.* Audias) *.i. sine fastidio. Quia futura est admodum longa narratio.* Nostin') Narratio, *quam orditur á persona & ita pedetentim uenit ad suam puellam.* Nostin') *.i. ex fama.* Frater) *.i.* Phædria. *Significat patrem fuisse miserrimum propter tales filios. Nihil loquitur de honestis rebus.* Noui) Iste *rumore edoctus hæc omnia antea audierat.* Nempe) Explicandi particula. Thaidem] *.i. fratrem amare.* Istam] *.i. amet frater.* Sic] Affirmatio *sui dicti.* Commemineram] ich lies mich es wohl dúncken. Ei) *.i. Thaidi de uirgine prima pars narrationis.* Quid) *pro, ad quid, in quem finem.*

finem. Loco aduerbij relatiuum ponitur. Eius). i. puellæ. Summa est commendatio. Faciem) significat natiuum quiddam esse, non coactum. Ipsum) Elegantissime est additum hoc á Terentio. Regina satis est pulcra, si placet suo regi, & non allegat autoritatem aliorum, sed illud suum artificium in contemplandis puellis. Spectator). i. probator. In hac). i. uirgine contemplanda. Breuitate ista multa complectitur Terentius. Cum ipsum me noris) Aliqui dicunt Enallagen esse, & poni accusatiuum pro nominatiuo. Esse enim orationem magis Latinam, si per nominatiuum efferatur hoc modo, Cum noris, quam elegans ego ipse sim spectator. In hanc commotus sum). i. in hanc exarsi, cæpi illam amare, Ich bin jr holt worden, Ich habe luſt vnd liebe zu jhr gewonnen. Ain'). i. adolescens, te uidisse istam uirginem elegantem. Priamam). i. alias uincentem, præcipuam, pulcerrimam omnium uirginum, non esse quotidianæ formæ. Est quædam communicatio. Quid) præcios. q. d. quid prædicem illam. Amare) compendiose dictum est.

Domi). i. meæ. Forte fortuna) zu meinem grossen glück. Forte fortuna est bona fortuna. Fortunam autẽ solum in oratione positum euentum significat. Supra in narratione. Forte fortuna adfuit hic meus amans. Infra in Phor. Ac. 5. Scen. 6. ô fortuna, ô fors fortuna, &c. Erat) simplicissime narrat suum factum, sed tamen ita, ut tecte significet, qualis sit suus animus. Quem) Hic iterum allegat, quod pater sit admodum miser. Is) i. Eunuchus. Eam). i. Thaidem. Deductus)

.i. erat per Parmenonem. Submonuit).i.dedit mihi consilium,quod placuit.Seruus).i.meus.Submonuit)de aliquo consilio. Quod) .i.consilium. Quid) stat incertus omnium rerum. Tacitus).i.sis pro tace. Corripientis uox. Alij legunt,Tace sis.q.d.noli impedire sermonem.Vt) seruus tantum ioco monuit. Ducier)paragoge est.Illo)i.Eunucho.Pro Eunucho) i.admisisti te duce.Admirantis est.q.d.quæ est ista turpitudo.Sic est) i.ita factum est.Quid)facit transitionem è reprehensione. Caperes) .i. fecisti hoc.s. quod passus es te introduci pro Eunucho. Ex ea re) .i. ex commutatione uestitum. Capere commodum)formula est,genie ssen. Rogas).q.d. tu nihil intelligis de istis rebus. Enumerat iam commoda. Vna)Lineæ in amore. Num) Amplificatio per interrogationem & affirmat per communicationem, esse multa commoda. Ratio).i. quare ego sim passus me introduci pro Eunucho ad Thaidem. Traditus).i. á Parmenone. Sequitur tertia pars narrationis. Mulieri)i.Thaidi.Illa)i.Thais.Accipit)i.á Parmenone. Virginem).i. illam puellã dono datã.Commendat)Erat enim proprium officium Eunuchorum,ut asseruarent & custodirent uirgines. Cui) Aspicientis uox. Commendare cum accusatiuo est ad custodiendum tradere, ut pater commendat filium præceptori. Cõmendo uero cũ præpositione,apud,& accusatiuo significat laudare,ut, cõmendo te apud principem.h.e.laudo. Abducit) Infra in Adelph. Ad me abducta est domum. Et Plaut. in Amph. Ego huc ab naui mecum abducam Naucraten.

Tibi

Tibi ne].*i.tam malo adoleſcenti. Mirantis eſt.* Satis tuto] *Ironia.q.d. ouis lupo cõmiſſa eſt,* Man hat den bock zum gertner geſetzet. Edicit] *i.mandat,ſie vnter ſaget mir,* Hinc edicta dicuntur publica mandata principum,& magiſtratum. Addit hic de diligentia Thaidis. Abſcedam).*i.á puella.* In interiore].*i.ædium. Allegat locum.* Parte).*i. domus, ubi locus eſt planè ſegregatus.* Annuo].*i.iſta audiens mandata. q.d.teram modeſte inſpicio & promitto me facturum.* Modeſte].*i.tanquam modeſtiſſimus.* Miſer] *Ironia,q.d.ſimplex homo,*&wie iſt dir ſo bange geweſt. Inquit].*i.* Thais. Ad cænam] *Dictum eſt pro perſona Thaidis,& eſt ſignificatio meretricis, quod minime voluerit eſſe ſollicita de ſuis rebus.*

Adducit] *Dicit de* Pompa Thaidis. Secum).*i.* Thais. Illam).*i. uirginem. q.d. cuſtodirent domum,& curarent illam relictam puellam.* Nouiciæ) newe vnd junge lehr meydlen. Continuo).*i. poſt abitionem* Thaidis. Adornant).*i. apparant balneum.* Hæ).*i. ancillæ.* Lauet).*i. puella.* Hæc pro hæ τῶ ἀρχα ομφ nominatiuus pluralis. Sic in Phor. Hæccine erant itiones crebræ. Item in And. Hæc nuptiæ non adparabantur mihi. Adhortor).*i. ancillas.* Apparatur).*i. balneum.* Suſpectans) *Argumentum á fabula.* Significat autem ſe ex ipſa pictura didiciſſe,*qualis fuerit* Thais,& *quomodo fuerit affecta.* Ioue)*Hac fabula uult* Poëta innuere, pudicitiam poſſe expugnari pecunia χρυσὸς δ' ἀνοιγει πάντα κἀιδου

ἠ ἀϊδου πύλας. Atq; hoc est, cur apud Homerum uocetur Venus & apud Lucianum χρυσῆ ἀφροδίτη. Quis resistat tum armatis, inquit ille Iureconsultus, Al ludebat autem ad Mansfeldenses Taleros. Item prouer bijs dicitur, hette ich viel gelt. Item, Amor uincit om nia, das leugstu spricht pecunia. Ouid. Ipse licet ueni as Musis comitatus Homere, si nihil attuleris ibis Ho mere foras. Misisse]. i. per imbrem. Danaæ). i. pu ellæ.

Egomet) Redit ad alteram partem de sua ma licia, estq; amplificatio. Id] quod erat pictum de Ioue & Danaæ. Ille) .i. Iuppiter etiam uiciauit uir ginem. Impendio) Aduerbialiter, pro, ualde, multo magis, & uehementer. Quia honeste picturæ multum alicuius animum mouent. Enthymema est, Iuppiter hoc fecit, cur ego non idem facerem. Conuertisse] .i. me cum cogitans. Periphrasis est transformationis. De um). i. Iouem. Venisse) Dicit, quia minime hæc de cebant Iouem. Impluuium). i. per locum petentem. Mulieri). i. Danaæ uoluerunt hac fabula significare, nihil in tota rerum natura tam esse munitum & inex pugnabile, quod pecunia expugnari non possit. Est q; hoc loco obseruandum, quantum obscenæ picturæ no ceant & quas ad peccandum occasiones præbeant. Fa ctum]. i. uicium oblatum, insidias factas. Impluui um] Est locus apertus tecti, per quem defertur pluuia. Factum]. i. ad faciendum. At] Amplificatio á per sona. Deum). i. mecum cogitans. Interrogatio cum quadam admiratione. Qui] Subiectio. Summa est amplifi-

amplificatio, Iouem non esse hominem, sed Deum. Quem].i. aiunt feciſſe. Concutit].i. qui regnat in cœlo, in cuius manu est cœlum & terra. Facerem]i. cogitabam. Quod exemplo fit, id etiam iure fieri putamus. Sed argumentum ab exemplo non est ubiq; efficax, nempe, in re turpi. Homoncio] A minore Argumentum. Feci] Confeſsio, quomodo sit in istas tantas calamitates coniectus. Lubens] De affectibus humanis hoc est dictum, qui magno labore & multis uerberibus uix possunt cogi ad faciendum aliquid honestum. Ad malum uero ultro rapiuntur.

Dum hæc) Extrema pars narrationis. Reputo).i. de facto. Iouis aspectans. Accersitur.i. ab ancillis. It).i. uirgo tantum admonita. Hoc ipsum etiam significatur de imscitia puellarum. Lauat) Pulcerrima periodis. Illæ].i. nouiciæ puellæ. Collocant).i. post balneum. Sto).i. asto tanquam Eunuchus. Expectans).i. paratus ad quiduis faciendum. ich warte auff den dienst. Imperent).i. ancillæ. Vnam].i. ancilla. Heus] Vocantis. Huic] Demonstrantis. Cape] Cõmittit & non tantum mandat, sed digito ostendit. Facito].i. post balneum. Plautus in Curcul. Obsecro Hercle facite uentum, ut gaudeam. Dum).i. interea. Vbi nos].i. cogitant ancillæ. Primum de se. Accipio] Pertinet etiam ad maliciam adolescentis flabellum. ein fliege &wedel. Tristis].i. tristi similis, aut, quasi inuitus. Tum].i. eo tempore. Os].i. faciem. Status].i. qualem te præbuisses. &wie es dir hette angestanden. Vide Prouerb. Asinus portans

tans mysteria. Asinum].i. fere existentem. Quia hoc erat proprium officium seruorum delicatorum. Vix] Omnino alludit ad res magnas. Elocuta).i. ancilla, sie hatte kaum aus geredt. Omnes].i. aliæ ancillæ. Proruunt] fallen herauſſer, Tumultuose se ejiciunt foras, strepitu quodam excurrebant. Pulcherrime dictum est de familia. Lauatum] Antique pro totum. Perstrepere, ein getümmel machen .i. excitare tumultum magnum. Ita vt fit] Noema. Accommodat hoc ad locum communem, frons occipitio prior est. Domini ubi absunt] Locus communis est ex præceptis de Oeconomia. Patresfamilias male consulere suæ rei familiari, si ipsi non interſint rebus agendis sed reijciant omnia ad seruos. Huc refers Catonis sententias, primus cubitu surgat, &c. Item frons occipitio prior, &c. Item, Oculus domini paſcit equum. Item, optimus est fimus, &wen die katze nicht daheime iſt, ſo gehen die meuſe ſpielen. Interea] .i. cum facie bam uentulum. Limis].i. oculis transuersis, vber ẽwe rich, ich ſchilete hinumb. q. d. diſſimulo me uidere. Sic).i. aſpexi. Explorata).i. an ſit ſatis tutum. Video).i. explorata & omnia in tuto. Esse).i. neminem adesse. Obdo].i. claudo ianuam. Quid tum).i. fiebat. Fatue] Significat ſuam uerecundiam Poëta. Qui tum) Corripientis. Fateor].i. me fatuum, qui hoc quæſierim. An ego] Excuſatio. Occaſio non est negligenda. Amitterem] Prouerbiũ. Oſtentam) pro oſtentatam, ut uult Sex. Pom. lib. 13. Breuem].i. exiſtentem. Quia occaſio fingitur eſſe calua. Is].i. Eunuchus

nuchus decrepitus. Assimulabar].*i. per uestem esse* scilicet Eunuchus, *pro quo introductus eram.* Sane] Concedentis uox. Probat enim illud consilium Chæreæ Sed] Hoc plane est aliud. De symbolis].*i. de conuiuio, seu de pecunia collata ad prandium.* Paratum]*i.* Symbolum. Frugi es].*i. propter eam rem.* Vox, *qua gratias agit, & gratulatur.* Vbi].*i. paratum est.* Domi].*i. conuiuium est paratum.* Discum] Nomen proprium est. Libertus dicitur, *qui est manumissus.* Perlonge est] es ist eben weit .*i. quod nobis eundum est ad libertum* Discum. Ocyus] *Quia perlonga est uia.* Muta].*i. exue* Eunuchi tunicam, *& indue tuam.* Vbi .*i. in quo loco.* Respicit *& uidet se satis esse miserum.* Perij] Exclamatio dolentis, *& uox, qua significat se* nescire locum. Exulo] *Obserua hoc uerbũ, quod non* sit propriæ neutro passiuum. *q. d.* Eiectus sum *è domo.* Fratrem].*i.* Phædriam. *Causæ, cur exulet domo, dás* er nicht darff daheime sein. Intus].*i. ne uideat me esse tali uestitu.* Porro].*i. metuo.* Redierit].*i. domũ.* Eamus].*i. Consilium, & est argumentum à posibili.* Ad me].*i. ad meas ædes.* Est Germanismus. Proximum].*i. commodissimum, do wirt es am bequemsten* sein, *ibi est domus in propinquo.* Mutes].*i. uestem.* Recte].*i. mones.* Assentientis. Eamus] *Vrgentis, ne aliquis nos contempletur. Properat enim, ut exuat uestem.* Porro].*i. Postea.* Istac].*i. puella. Naturam expellas furca, tamen usq; recurret.* Potiri].*i. puella.* Fiat] Pollicentis.

ARGV-

ACTVS III. SCENA IIII.

ARGVMENTVM IOAN. STIG: IN ACT: IIII. SCEN. I.

Ita me Dij, &c.

Narrat ancilla Dorias: quid inter Thrasonem & Thaidem causa Chremetis actum sit in conuiuio. Obseruat autem decorum & hic Terentius, cum inducat muliebrem personam, quæ militē ut terribilem extimescit, cum eo nihil sit mollius, nihil euiratius, idq; ideo, ut postea euidentius appareat quam uanus & ridiculus sit ostentator Thraso. Porro in Doria describitur muliebris timiditas, in Thaide meretricum astutia, dum aurum sibi clam demit, & in id studet, ut se quam primum à milite subducat.

ALIVD Casp. Crucigeri

Hactenus descripta est πρότασις fabulæ, in qua explicanda Poëta usus est aptißimis & narrationibus & amplificationibus. Nunc sequitur ἐπίτασις cui præmittuntur sequentes duæ Scenæ, in quarū prior explicatur iurgium militis, quod ortum erat cum Thaide in conuiuio. Porro fingitur hoc loco ancilla admodum meticulosa, quæ credit militem & terribilem & metuentem esse, quo tamen nihil est uanius, & magis ridiculum. Inde colligit ancilla futurum in breui, ut Thais relicto tam superbo & feroci amatore, alium quendam quærat, qui in moribus & uniuersa consuetudine uiuendi meretrici sit simillimus.

ALIVD M. Ambrosij.

Aduentum adolescentis miles indigne ferre incipit.

incipit. Existimat enim serio sibi adductum esse æmulum ante oculos. Quare ob eam rem non leuiter trascitur Thaidi, cogitur tamen etiam contra uoluntatem ferre istum adolescentem in conuiuio, & uidere familiariter colloquentem cum Thaide. Hoc ipsum factum recitat ancilla exiens ex ædibus militis male metuens, ne ex ea re tandem magnæ oriantur turbæ. Idq; ideo fingit Poëta, ut sibi aditum faciat ad alteram partem huius fabulæ. In sequentibus enim Scenis ordine narrabit, quæ secuta sint pericula, & quam magnæ sint turbæ excitate tum propter ipsum militem, tum propter adolescentem, qui pro Eunucho introductus erat in domum Thaidis.

ALIVD EIVSDEM.

Chremes deductus ad conuiuium non est admodum hospes gratus militi, qui statim suspicatur sibi adductum æmulum ante oculos. Quare cum eo nihil familiariter colloquitur, sed gestu & uerbis se talē præbet in omnibus, ut facile inimicum cognoscas. Hoc ancilla Dorias rediens à conuiuio ordine recitat significans haud dubie ex ea re aliquid mali futurum, uidelicet, ut miles & Thais summi amici fiant inimici.

ALIVD ἄδηλον.

Primo rediens Dorias ex ædibus Thrasonis, in quas deduxerat Chremetem, narrat quid illic actum sit. Pertinet autem hoc ad ordinem argumenti. SECVNDO, Miles memor consilij Gnathonici facit contra, quod mordeat Thaidem præsertim prouocatus, quod

tus, quod putat ab æmulo Chremeti. Suspiciosus enim est amor, &c. TERCIO est in hac Scena Parasceue ad sequentes turbas, quas Thraso irritatus dabit, cum ueniet expugnatum ædes Thaidis & ereptum uirginem, quam ei dono dedit. Pro decoro autem militem uocat insanum, &c.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. AND: MISE: in Act. IIII. SCEN: I.

Ne quam turbam faciat] Formula latina est. h. e. ne quid turbæ concitet, das er nicht ein lerm oder vnglück anrichte. Tale est hoc etiam, Ne uim faciet Thaidi. h. e. Ne uim intendat ei, das er jr nicht gewalt thue.

Subducet se illinc] Subducere dictis supra in Andr. dixit, pro, decipere Græca figura Germanus recte uertit, vmbfuren. h. e. ausdrehen oder betriegen. Sic & simplici usus est in An. Duci falso gaudio, &c. Et in Phor. Phaleratis dictis ducas me. Hic autem subducere, significat clam abire, sich heimlich aus drehen. Sic infra in Hecy. Act. 4. Scen. 1. dicit, Corripuit sese tacitus ad filiam. h. e. celeriter recepit se ad filiam. Et in Heau. dicit, Coniecit se intro, Est autem & hoc ad imitationem Græci sermonis dictum. Nam ῥίψας σεαυτὸν dixit Plutarchus. h. e. conijciens se, uel, corripiens se aliquo.

SCHOLIA QVAE EXPLICANT Textum Act. IIII. Scenæ I.

Hic

Hic incipit Epitasis fabulæ.h.e. incidunt contentiones,pericula,& turbæ, cui præludit ancilla terribiliter loquens de milite ,ut inde magis ridiculus fiat in expugnatione ædium Thaidis. ἄΠλως. Exponit ancilla, quas turbas apud militem excitauerit hospitis aduentus,& est occasio Epitasis. ἄΠλως. Hactenus Protasis fabulæ absoluta est. Nunc sequentur turbæ, quibus præludunt hæ duæ Scenæ. Hæc prior de milite narrat, quomodo inter cænam iurgium sit ortum cum Thaide. Ita] πάθος & sunt uerba ancillæ ad spectatores. Fingitur enim egredi ancilla quæ introduxerat Chremetem admodum timida,& conqueritur ne inferat miles Thaidi iniuriam. Dij ament]Est formula iurantis,Interdum etiam obtestantis. Illum] .i. Thrasonem militem. Vidi) .i. potui intelligere. Timeo].i.a milite. Vidi) So viel als ich jnen erkant habe. Propositio est, Timeo militem,ne quas det turbas. Turbam).i.turbationem. Turba signi:conuentus populi, ut, Turba ruunt. Interdum uero Sig: turbationes & tumultus, qui sæpe in conuentu excitatur. Hinc turbam facere est seditionem & tumultum facere uel excitare, Hinc dare turbas & facere uim & iniuriam. Insanus) proprium Epitheton est Thrasonis. Nam] Hactenus fuit propositio, Ego male mihi metuo a milite,ne quid mali incipiat. Nunc sequitur breuis narratio, in qua explicat propositionem, nempe occasionem istius motus, qui sequetur. Confirmat enim propositionem argumentatione a

ſigno, Nam iurgium inter militem & Thaidem eſt exortum, propterea quod Thraſo ægre admiſit Chremetem, quem ſuſpicabatur eſſe æmulum. Venit). *i. ad ædes militis.* Frater). *i. exiſtens. Appoſitio.* Rogat). *i. Thais.* Iubeat) *.i. per ſeruum. Dicit de aſtutia muliercularum,* Illum). *i. Chremetem.* Admitti). *i. ad conuiuium.* Ille). *i. Thraſo. Signum futurum turbarum.* Iraſci] *.i. iraſcebatur, tanquam riualis. Enallage. Non mihi riualem patiar eſſe Iouem.* Negare] *.i. amicæ petenti.* Audere]. *i. audebat. Erat tamen uictus, etiamſi diſſimulabat.* Neque) *Hoc additur, quia poſtea ſuccumbebat miles.*

Inſtare] *pro, inſtabat et urgebat illum rogando. Sic hielt an, Etiam refertur ad aſtutiam muliercularum.* Inuitet]. *i. Thraſo ad conuiuium. q. d. Thais familiariſſime tractat Thraſonem, ut excipiat hominem adoleſcentem.* Faciebat] *.i. Thais. Subijcitur ratio. cur petat Chremetem á Thraſone admitti ad conuiuium. Volebat enim quædam de ſorore indicare. Altera ratio eſt, quia familiares inter ſe conferebant ſermones.* Illius). *i. Chremetis.* Quia illa) *Diligenter pingit Poëta, quam Thais bene potuerit obſeruare opportunitatem.* Tempus). *i. opportunitas.* Indicare) *.i. adoleſcenti.* Quæ). *i. quam rem.* Illa). *i. Thais.* Indicare) *pro gerundio genitiui caſus ponitur. Virg. ſumantia ſoluere colla. h. e. ſoluendi.* Inuitus) *.i. miles adoleſcentem.* Triſtis). *i. inuitus, non libenter.* Manſit). *i. Chremes.* Ilico). *i. occipit conferebat. Eſt Eclipſis, qua libenter utuntur authores. q. d.*

factum

factum est colloquium. Cum illo).*i.* Chremete. Miles) fortitudo Thrasonica. Putare) *pro*, putabat. Ante oculos) Im zu trotz. Aemulum).*i.* riualem, aduersarium, inimicum, significat interdum eiusdem rei studiosum, & tunc in bonam partem sumitur. Huic) Thaidi. Contra).*i.* uicissim. Aegre facere) zuverdries thun. Aegre).*i.* quod esset. Pamphilum) .*i.* uirginem, quam dederat Thaidi miles. Heus) uox militis. Delectet).*i.* in fidibus. Illa).*i.* Thais. Minime).*i.* hoc fiat. Illam].*i.* tu accersas. Minime gentium) Est phrasis latina, quod aliquot aduerbia nonnunquam construuntur cum genitiuo. Illam).*i.* puellam admittamus. Tendere) *pro*, tendebat. *q.d.* pertinaciter resistebat. Inde).*i.* uentum est. Iurgium est contentio inter benevolos & propinquos. Lis uero inter inimicos. Interea).*i.* cum ille tenderet ad iurgium. Demit).*i.* furatur, Demet antique pro demit. Bembus. Aurum) ringe oder geschmuck, annulos & catenulas aureas. Mulier).*i.* Thais. Hoc signi) Quia dedit mihi annulos. Scio).*i.* unde scio. Illinc).*i.* á milite. Subducet se) Germani similes metaphoras habent, Er hat sich aufgedrehet, Er hat sich hinweg geschlichen. Item, Mach dich heim. Item, hebe dich weg.

ARGVMENTVM IOAN. STIG: IN ACT: IIII. SCEN: II.

Dum rus eo, &c.

Posteaquam iurgium inter Thrasonem &

Thaidem ortum est, Terentius reuocat Phædriam in scenam, ut ea occasione miles excludatur à Thaide. Exprimitur autem amantium inconstantia. Etsi enim promisit se abfuturum biduum, tamen impotentia amoris superatus reuertitur, & hoc significat Lucretius illo uersu, fluctuat incertis erroribus ardor amantum.

ALIVD Casp. Crucigeri.

Alterum tumultum de Chæreæ facto excitabunt mulierculæ, cui hæc scena aditum facit. Producitur enim Phædria rediens ante tempus, ut in ipsas quærelas mulierculârum incidat. Fingit autem & hæc scena amatoris impotentiam, qui non potuit sibi imperare, ut uel unum diem abesset ab amica, quin mox redeat in urbem.

ALIVD M. Ambrosij.

Altera hæc Scena, quæ etiam præmittitur Epitasi, aditum seu occasionem continet alterius tumultus de facto Chæreæ, quem mulierculæ paulo post excitabunt. Fingitur autem Phædria, qui paulo ante petitionibus Thaidis motus, rus concesserat, ante tempus redire. Is pro decoro stulti amatoris exponit ordine anxias suas cogitationes propter Thaidem, quæ adeo nimium ita misere perturbarint, ut coactus fuerit etiam cum summo probro quam primum redire in urbem. Ita nunc accidit Phædriæ, quod Parmeno seruus ante monuerat futurum, quod scilicet aut iam esset reuersu-

reuersurus, aut mox noctu in somnijs adigeretur, ut siue ulla mora rediret ad Thaidem. Pingitur itaq; in hac scena impotentia amatoris, qui cum pollicitus esset Thaidi biduum, aut si opus esset uel totum triduum, non potis est tantum sibi imperare, ut uel unum diem abesset ab amica.

ALIVD EIVSDEM.

Redit adolescens Phædria, qui paulo ante rus concesserat ea spe, ut milite excluso perpetuo ipse reciperetur. Sed quia impoßibile erat totum biduum perducere, fingitur ante tempus adesse. Describitur autem huius adolescentis subitus aduentus ea causa, ut ipse incidat in medias querelas mulierc ularum de Eunucho, quæ in sequentibus scenis sequuntur.

ALIVD ἄσηλον.

Reperitur inconstantia & insania amatoris Phædriæ, qui statim ante biduum rediit, cum tamen animum obfirmauerat, quod uellet, si opus esset, expectare totum triduum. Sed quemadmodum supra Parmeno prædixit adolescentem amore perditum, non posse neq; se obfirmare, neq; perpeti, quin interea rediret, ita plane accidisse hic describitur.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D: ANDREAE MISEni, in Act: IIII. Scenam II.

Diuerticulum) Hoc loco significat domicilium, ein herberge oder kretzschmar, à diuertendo, &

est etiam apud Liuium in ea significatione ea uox. lib. 1. Alioqui significat, ein scheidweg oder abweg.

Extreme linea amare) Terentius hic utitur pro esse in aliqua parte non esse omnino excluſum. Quinq; lineæ perfectæ sunt ad amorem, I. Videre II. Colloqui. III. Tangere. IIII. Osculari. V. Coire. Vide Eraſ. in Adagijs.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT Textum Act. IIII. Scenæ II.

Hæc scena est simplex narratio figurata affectibus amatorijs, in qua exponit uim amoris. ἄλλως. Exhibet Poeta id, quod supra dixit seruus. Mox reuertare. Item, Hui uniuersum triduum, ut agnoscas stultum & ineptum amatorem. Reducitur autem Phædria propter sequentes turbas, quas facit Cherea, qui habitu Eunuchi indutus puellam uiciauit, ut ita habeat Pythias occasionem expostulandi cum Phædria, cuius consilio putat hoc esse factum. Gratus error, &c. ἄλλως. In hac Scena Phædria exponit, quid sibi acciderit interea, dum ab amica fuerit. Continet igitur picturam impotentiæ amoris & imbecillitatis animorum eorum, qui sunt dementati cæco amoris uinculo. Animus enim amantis omnia siniſtre interpretatur, sicut inquit Ouid. Res est solliciti plena timoris amor. ἄλλως. Est perpetua quædem narratio, in qua exponit causas, quare ante tempus cogitur redire. Prima est, quod maximo odio prosequatur riualem, & cupiat maximopere, ut sit totus excluſus. Secunda est,

da est, quod libenter uelit esse apud Thaidem. Dum rus eo) .i. abfuturus per biduum, discedens à Thaide, & uolens eijcere istam molestiam ex animo laboribus. Cœpi) Cogitationes amatoris. Inter uias) .i. inter eundem, vnterwegens. Est noua formula, etiam familiaris Plauto in Aululatia. Fit) .i. cum alijs hominibus. γνώμη. &wen einer mancherley grillen jm kopffe hat. Molestiæ)&wen einem etwas beschwerlichs anligt. Aliam rem).i.infinitas habui cogitationes, hundert durchs tausent. Molestiæ) .i. quando aliquis est perturbatus, Quando aliquid euenit,quod cruciat animum. Allegat hoc uulgare dictum tantum ad defensionem sui. Ea)Hoc est maxime amatorium,Quia sunt maxime suspicioſi.Partem).i. cœpi cogitare.

Quid opus) Melancholia amatoris, & formula præcisionis.Puto) pro reputo per ἀφαίρεσιν. Virgilius. Multa putans, sortemq; animo miseratus iniquam. Putamus enim instantia, inquit, reputamus præterita. Imprudens) .i. per imprudentiam. Villam) ein förberg, oder ein sitz, oder ein haus, &wie die Edelleute oder bürger haben, die so jr getreidichs &warten, & deriuatur à conuehendo. Abieram) .i. à uilla. Vult significare se tantum fuisse intentum in illas cogitationes. Sensi) .i. me præterijsse uillam. Redeo) kere ich wider vmb. Habens).i. quod ita præterieram uillam. Ich war vbel zu frieden,Mir war vbel zumuth. Diuerticulum) .i. ubi iam eram in propinquo domus. Signifi-

eat autem illam uillam, quæ est directa ad istam domum. Dicitur etiam deflexus uiæ ad uillam. der weg scheid. Occæpi) Hæc est summa cogitationum. Hem) Interiectio, qua significat se simul indignari, & admirari quoq;. Hem) Laborantis animi uox est. Soli) .i. mihi. Hic) .i. ruri, uel in loco solitario. Illa) .i. amica. Quid cum) Altera cogitatio, quia sunt uariæ. Postea) q. d. quare non possum hoc facere. Nihil est) .i. si solus maneam. q. d. ego profecto manebo. Quid? nihil) .i. redire. h.e. ut solus maneam per biduum. Corrigentis, Solt es eim kinder spiel sein. Copia) .i. potestas, facultas. Tangendi) .i. Thaidem absente milite. Eho) Quasi communicantis cum altero. Videndi) .i. copia. q. d. cum uolo pascere oculos interea. Si non) subiectio. Illud) .i. tangere. Hoc) .i. uidere. Licet) .i. propter militem. Saltem) zum wenigsten. Certe) Ratio. Haud nihil) .i. est tamen aliquid, nō est contemnendum. Amare) .i. frui amore, eo modo, qui pro temporis conditione conceditur. Amare) .i. potiri re amata. Extrema linea) prouerbium est significans esse ita contendendum, quocunq; modo id fieri possit, ne penitus excludaris, sed scis in aliqua parte apud amicam. Linea) Ablatiui sunt. Videndi) .i. uidere rem amatam aliquid magni est. Seine bulschafft konden sehen. Infra in Phor. Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere. Videndi) .i. si ad ipsum contactum uenire non datur rei concupitæ uel amatæ. Sed quid Paraseeue ad sequentem Scenam. Villam) .i. reuertor in

tor in urbem. Timida). i. commota, turbata, bewegt vnd besturtzt.

ARGVMENTVM IOAN. STIG: IN ACT: IIII. SCEN. III. Vbi ego illum, &c.

Hæc scena magis inserta est delectationis causa, quam ut ad dispositionem Comœdiæ magnopere facere uideatur. Repetuntur enim ea, quæ supra commemorata ac admissa sunt á Chærea. Phædria autem, quia de Chærea fratre nihil habet exploratum, grauiter commouetur in Eunuchum, adeo ut facile persuasus á Pythia, omnem in eum culpam conyciat. Locus communis est de iracundia & uindicta muliebri. Vt enim hic sexus facile ad iram commouetur, ita cupidissime affectat uindictam, ut Iuuenalis inquit, Satyr. 13. Vindicta nemo magis gaudet, quam fœmina. Abstinendum igitur esse á uindicta, ut á uicio animo liberali indigno uel huius mulierculæ exemplo obseruent pueri. Semper enim infirmi est animi, exiguiq; uoluptas ultio, ut idem inquit Iuuenalis.

ALIVD Caspari Crucigeri.

Hæc Scena Epitasin orditur. Existit autem prior motus de uirgine uiciata. Nam mulierculæ re comperta, postquam Chærea pro Eunucho suppositus aufugit foras, procurrunt cum tumultu, & casu in ipsum Phædriam incidunt ignarum, quid fuerit gestum. Principio exclamationes sunt mulierum, & expostulatio cum Phædria. Postea narratur factum & ad-

duntur

duntur signa, quæ rem certam arguant, sed quia Phædriæ non persuadent ab Eunucho, quem ipse putabat, uiciari uirginem potuisse, ideo illum euocat domo, ut ex illo rem extorqueat.

ALIVD Ambrosij.

Instituitur hic initium Epitasis de Adolescente Chærea, qui deductus pro Eunucho ad Thaidem uicium obtulit uirgini, atq; hanc rem primum omnium resciscunt ancillæ non sine maximo dolore, quæ omnino ignorant, quid Thaidi aduenienti sit respondendum si interrogauerit, quomodo custodierint in absentia puellam. Inprimis autem maxime dolet Pythias, quæ principio non satis potest mirari inauditam illam audaciam adolescentis. Deinde uero mirabiliter exaggerat facti indignitatem simul addens magnam suam cupiditatem uindicandi tam inauditum facinus. Postremo, quia casu in Phædriam incidit prorsus ignarum, quid accidisset, duriter cum eo expostulet. Huic breuiter narrat factum, & probat enumeratione multorum signorum uirginem esse uiciatam. Porro hoc totum factum uidetur Phædriæ impossibile & incredibile esse, uidelicet, ab Eunucho uirginem uiciari posse. Proinde statim & commotus & perturbatus Eunuchum, quem dono Thaidi dederat, euocat, ut rem penitus cognoscat.

ALIVD EIVSDEM.

Orditur hæc Scena Epitasin amoris Chæreæ, qui pro Eunucho ad Thaidem deductus uicio illo, quod

quod obtulerat uirgini, se imprimis in magnum periculum coniecit. Deinde etiam fratrem reddit perturbatissimum, in quem tota confertur culpa, quod tale munus Thaidi mittere ausus fuerit. Producitur autem Pythias ancilla admodum irata, quæ conqueritur de facti indignitate & quia statim incidit præter opinionem in Phædriam adolescentem grauissime cum eo expostulat, & ne quid dubitet, narrat illi rem ordine, quomodo fuerit uiciata uirgo per Eunuchum, & signa recensет, quæ rem certam arguant.

ALIVD ἄδηλον.

Initium Epitasis rerum Chæreæ describitur hic qui primum prnitus ignoratur, quod autor fuit uiciatæ puellæ. Postea uero ex confessione decrepiti Eunuchi res palam fit. Quare principio Phædria male audit in ædibus Thaidis propter Eunuchum, quem dono dederat. Omnes enim in ea sunt sententia, hoc scelus á nemine ortum esse, quam ab Eunucho, id quod significat Pythias in sua oratione, qua exponit admissum scelus, & expostulat cum adolescente Phædria.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. AND. MIseni in Act. IIII. Scenam III.

Scelus postquam ludificatus est virginem) Ludificari elegans uerbum est. Vsus est autem modesto uerbo in re inhonesta. Nam hæc est sententia, postquam uiciauit uirginem, Postquam eam habuit

pro

pro ridiculo ac delectamento, postquam expleuit suam uoluntatem in uirgine, do er seinen narren aus jhr gehabt hat, do er sie hat gehönet oder geschendet. Infra in Hecyr. Ludibrio habere. Quanquam & ludibrio habere non uitiare, sed illudere, seu irridere aliquem significat. Idem in Hecyr., Non sic ludibrio tuis factis essem habitus. Apud Liuium libro 4. Decad. 3. Est militare uerbum, Quæ hostes ingenti mole agerent, ipse perleui momento ludificaretur. Idem Liuius lib. 1. ab urb. cond. An quicquam superbius esse quam sic ludificari omne nomen latinum. Sic & infra Scena sequente usus est, Tu me hic etiam nebulo ludificabere?

Absente nobis] Pro, absentibus nobis. Donatus admonet ueteres solitos fuisse addere singulari ablatiuo plurale.

Quas turbas dedit] Formula latina est, Sumpra, Turbam facere. Er hat einen lermen angerichtet.

SCHOLIA Quæ explicant Textum Act. IIII. Scenæ III.

Supra ipse Chærea narrauit suum factum. Hic in persona spargitur, & idem factum narratur, dissimili figura orationis. Hic uideas, quanta sit Poëtæ copia. ἄμωσ. Generis iudicialis. Exordiri in genere, ab indignitate facinoris. Figurauit autem exordium multis interrogationibus, quæ reddunt uehementiam concitati animi. Supra in Andr. Act. 1. Scen. 5. Item Act. 4. Scen. 1 Hic tandem reditur ad contentiones. Nam

nes. Nam hæc tota Comœdia plurimum habet contentionum. Status est coniecturalis. Tractatur enim per quæstionem, An sit, Sicut quæstio est, An Lupi faculus disponat, qui incendia faciant, &c. Phædria simpliciter negat ex natura Eunuchi. Sed ancilla colligit ex signis. ἄλλως. Epitasis utriusq; partis in fabula, suntq; tantum narrationes facti. ἄλλως. Hic est conquestio de uiciata uirgine qui sunt mores iratarum mulierum. Quomodo uindictam quærant. Vbi ergo) Hæc Scena continet querelam ancillæ de uiciata uirgine, & ut res sit iucundior, additur error Phædriæ de Eunucho. Illum) .i. Eunuchum. Scelerosum) .i. erga Thaidem, Scelestum, plenum sceleribus. den schelmen vnd bösewicht. Orditur ab indignatione, querela & dubitatione. Scelerosum) .i. qui commisit tale flagitium. Impium) .i. erga uirginem, quod ad ipsum factum attinet. Est pulcra descriptio adolescentis Chæreæ. Facere) .i. designare, perpetrare. Quæram) .i. istum Eunuchum. Circumspicientis est, & quasi desperantis. Vbi) Fingitur statim intellecta re quærere Eunuchum. Hoccine] Amplificatio querelæ. Ne) .i. num est mirum. Eclipsis. Audax) .i. indignum. i. ausus est facere. Exclamatio. Facinus uocabulum medium est, significans tam factum uitiosum, quam quod laudem meretur. Perij) Particula est hominis subito perterrefacti. Ich weis leider nicht, was das wird sein. Incipit maxime esse perturbatus, Quia iam debet accedere Thaidem. Quid sit) .i. quod usq; adeo timida est Pythias.

Quin

Quin etiam] Exaggerat rem à consequentibus, & dicit signa non esse amoris, sed indignationis. Quin etiam] Alterum abundat per Pleonasmum. Scelus] Auxesis, pro scelestus atrocitatis causa. Ludificatus est].i. uiciauit. Vestem] .i. qua reluctata est uirgo. Misere] jemerlich. Tum] Colligit, quid sit summa indignitas. Primo, quod dicit esse impium. Secundo etiam fecit cum quadam iniuria. Conscidit] .i. traxit, á scindo. Hem] Admirantis cum indignatione. Qui).i. Eunuchus. Comminatio est. Detur] .i. obuiam ueniret, so er mir itzund keme. Vt].i. quam. Arma mulierum. Venefico] Synecdoche. Ponit nomen speciei pro nomine generis. Venefico). i. mutanti homines, & ex uirginibus mulieres facienti. Emphatico uerbo usa est ancilla. In oculos] Dicit de oculis, Quia amor dicitur esse in oculis. Vnguibus] .i. Quibus mulieres præcipue armantur. Inuolem] .i. irruam, pro eo, quod alias dicit, ego eruerem oculos. Turbatum] .i. quæ turbæ sint excitatæ.

Nescio] Admirabundus adstat & nescit, quid sit factum, & capit consilium, quod uelit aloqui ancillam. Adibo].i. Pythiam. Absente nobis] Archaismus, seu Enallage, pro absentibus. Istuc].i. Est, Quod ita ardes iracundiam. Quæris) Quia ancilla circumspicit. Alludit ad id, quod antea dixit ancilla, ubi quæram. Festinas] .i. properas, turbaris, & trepidas. Hem] Expostulatio Ironica, quæ multa in se comprehendit. Quæram) .i. interrogas. q. d. Rogas quare sim timida. Abi] Adijcit

Adijcit affectum iracundiæ, & ualedicit. Donis] .i. Eunucho. Lepidis] .i. uerecundis, pulchris, elegantibus. Man ſolte dir billich dancken, die &weil du der Thaidi ſolche ehrliche geſchenck geſchicket haſt. Amarulēter dictū eſt. Quid iſtuc) .i. Quod tā duriter mecum expoſtulas, das du alſo mit mir pulterſt. Iſtuc) .i. non intelligo. Eunuchum] Narratio ſeu propoſitio ſcelerati facti. Eſtq; Antiptoſis, cum accuſatiuum ponat pro nominatiuo. Rogas] .i. Quid iſtuc rei eſt. Narratio facti cum translatione culpæ in Phædriam, Qui tale munus Thaidi mittere ausſus fuerit. Virginem] Addit, quid fecerit Eunuchus. Viciauit] .i. Eunuchus. Heræ] .i. Thaidi. Quid ais] Interrogatio non credentis, ſeu admirantis. Perij] Significat ſe præ affectu non poſſe plura addere. Temulenta) Confutatio per obiectionem. Obiurgat autem conuicio aliquo ancillam, Quia non credit. Temulenta) .i. ebria à temeto, quod ſignificat uinum nondum dilutum. Vtinam] .i. ebrij malis. Breuis & acuta excuſatio, quæ dicit non eſſe fictam. Sic] .i. temulenti, uidelicet malo. Alludit ad id, quod non ſit temulenta uino, ſed indignitate rei & malo. Hau] Trepidantis & dolentis. Monſtri] .i. quod Eunuchus uiciauit uirginem .q. d. Quia pro Eunucho traditus eſt, & hæc fecit, quæ ſunt monſtra contra naturam Ennuchi. Inſanis] du haſt gar keine ſinne bey dir. Confutat aperte à conditione perſonæ. Qui] .i. quomodo. Iſtuc] .i. uiciare uirginem. Qui) .i. ille. Neſcio) .i. non

nouí. Illum) id est, Eunuchum. Res ipsa] id est, actus seu euentus rei, scilicet, quod uiciata est puella. Qui).i. qualis.q.d. Non disputo de persona, der handel weisset es aus, vnd zeigets an. Virgo) Signa, quibus probat rem non esse falsam, sed ueram. ἄλλως. Ostendit enumeratione signorum, uiciatam esse uirginem. Lachrymat).i. intus præ dolore. Diluit a signis consequentibus per concessionem, Esto Eunuchus fuerit, siue non, tamen res ipsa loquitur. Dicere).i. non audet fateri, quod factum est, præ uerecundia. Bonus).i. scelestus, Eunuchus. Ironia. Apparet].i. aufugit, aut non potest inueniri. Ego) Colligit aliud malum. Suspicor).i. Qui fuit ausus facere hoc, quod est maximum. Abeuntem).i. Eunuchum. Abstuliſſe] .i. fuisse furem, Habe etwas entragen. Etiam).i. insuper. Miseram se uocat ob eam causam. Quod habuit in mandatis, ut omnia absente hera diligenter curaret id quod factum non esset. Abstuliſſe) Venusta Periphrasis furti. Nequeo) Vtitur confutatione, & argumentatur non esse Idoneam personam ad illis res. Ignauus] id est, natura existens, qui ad omnia non est idoneus. Pulcher est error in adolescente. Quia errores maxime ornant Comœdias. Vise] Pythias iam penè recipit animum. Amabo] petentis seu adhortantis. Sit] id est, domi tuæ. Vise] id est, eas ad uidendum. Scies] .i. an sit domi meæ. Illa duo uerba sunt paresceue sequentis scenæ. Perij] condolentis interiectio. Eos] id est, Eunuchos. Mea tu) q.d. quid dicam. Terentius fingit meretrices non inhoneſtas

testas, nedum ancillas. Ideo tribuit ancillæ talem sermonem. At pol) Dicit, quomodo sit decepta, nempe nomine Eunuchi. Posse) .i. esse inutiles & castratos tantum. Alij legunt potesse, ut constet octonarius frati testimonio Prisciani & Plauti in Cistellaria & in Trucul. Vbi Dinarchus, An censuit, inquit, cælare se posse, grauida si foret? Præterea in Menæchmis. Venit) id est, ego id non cogitabam. Consilium post factum. Elegans iocus, qui conueniebat mulieri, sicut et sera deliberatio. Venerat) i. tale quiddam futurum, q. d. non putarem esse, lupum, alioqui non commisissem illi ouiculam. Concluserem) pro conclusissem, ut sæuam feram. Aliquo) .i. in aliquam cellam. Commisissem) .i. si sciuisset eum esse amatorem. Alludit ad prouerbium Ouem lupo committere.

ARGVMENTVM IOAN. STIG: IN ACT: IIII. SCEN: V.

Exi foras, &c.

Ostendit & hic scena copiam ingenij Terentij, ferè enim ea repetuntur, quæ supra sunt commemorata, sed alijs atq; alijs dilatandi rationibus. Primo autem Phædria stomachatur in Dorum Eunuchum, mox ut intelligit facinus esse perpetratum à Chærea obliquis interrogationibus deriuare conatur crimen à fratre. Et est elegans exemplum hic fraternæ beneuolentiæ, atq; amoris. Tametsi enim & Thaidem & se magna ignominia affectum à Chærea intelligit, tamen

ut eius famæ consulet consilio à tempore capto resciit culpam in Dorum. Talia exempla sunt obseruanda. M. Fabius Hetruscus Veientibus superatis delatum simili senatus, populiq; fauore triumphum noluit decere, quod in eo prælio fratrem fortißime dimicantem amisisset. Postremo Phædria inepte ut adolescens & amator ancillulam, adhibet in consilium, deliberans, quid faciendum sit de uiciata uirgine. Itaq; nusquam non memor instituti Terentius etiam hic obiter depingit amantium ineptias.

ALIVD Casp. Crucigeri.

Spargitur certa Epitasis in personas & Phædria Eunuchum, quem produxit, male tractat. Quia hunc putabat autorem tumultus. Atq; hinc oritur ridicula concertatio ex errore Phædriæ nata, cum muliercula negat se nosse hominem, quem ipse putabat deductum ad Thaidem. Itaq; res deducitur eò, ut Phædria ex ipse Eunucho quærere cogatur, & ex illius responsione intelligit fratrem pro Eunucho suppositum fuisse mutato uestitu. Sed Phædria apud ancillam conatur detrahere fidem confessioni Eunuchi, ac terrore & minis adigit hominem, ut idem negat, quod modo erat confessus, & ut satis faciat mulieri ac ipse honeste discedat, Eunuchum uerbis & uerberibus abigit.

ALIVD M. Ambrosij.

Audita oratione ancillæ grauiter accusantis Eunuchum, non leuiter perturbatur Phædria maximopere

mopere dolens in se transferri omnem culpam, simul cupiens se & uerbis & facto purgare. Prodit itaq; irritatus aduersus Eunuchum instituens grauem obiurgationem & expostulationem, quem insuper foras productum male tractat tanquam autorem istius tumultus. Cæterum oritur hic ridicula correctio ex errore Phædriæ nata. Muliercula enim uiso Eunucho negat se nosse hominem, neq; hunc esse deductum affirmat ad Thaidem. Econtra Phædria constanter defendit se nescire alium Eunuchum. Proinde res eò deducitur per ancillam, ut adolescens totum negocium quasi tormentis quibusdam adhibitis ex ipso Eunucho quærere cogatur, qui cum incipit loqui, statim palam facit fratrem Chæream mutata ueste deductum esse ad Thaidem. Qua re intellecta Phædria plus quam antea perturbatur propter fratrem. Atque huius causa ancillæ persuadere nititur, hoc totum, de fratre impudenter confictam esse. Quod cum parum fæliciter procedere uidet, tandem errore ac nimis adigit Eunuchum, ut reuocet, quod modo confessus erat de fratre. Postremo, ut aliquo saltem modo satisfaciat mulieri, & ut ipse honeste discedat, durioribus uerbis & uerberibus á se abigit Eunuchum. Hoc ita facto consultat Pythias cum altera ancilla, tacendum ne an euulgandum sit hoc indignum factum de uirgine. Quod cum intelligit non esse ex re puellæ, neq; sibi utile, facile concedit, ut hæc tota causa sepulta maneat.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

ALIVD EIVSDEM.

Admonitus Phædria de turbis, quas Eunuchus dederat in ædibus Thaidis, & durius obiurgatus recta domum tendit, ubi inuento decrepito suo Eunucho, quem constanter credit esse autorem uiciatæ puellæ, cum mox producit & uerbis ac uerberibus indignissime tractat, cupiens hoc modo ostendere se hoc factum iniquo ferre animo, & se instituisse dignum sumere supplicium de Eunucho. Hæc cum adolescens studiose & serio facit mulierecula contendit certis argumentis alium fuissa Eunuchum in ædibus Thaidis. Istum uero miserum hominem nunquam uisum esse. Hinc oritur ridicula concertatio inter adolescentem & ancillam. Res uero tandem eò deducitur ex multis interrogationibus ut ipsa adolescens clare intelligat minus uerum esse, quod affirmabat ancilla de alio Eunucho. Sed hoc dissimulat & perstat in sua sententia, ut aliquo modo honeste discedat.

ALIVD ἄδηλον.

Vt satis fiat Pythiæ, priusquam adueniat Thais, & se liberet adolescens omni suspitione, statim producit Eunuchum, inuentum in ædibus, in quo examinando (ut culpam ingenue fateatur) multis utitur interrogationibus. Sed ad omnia ita respondet Eunuchus, ut se probet innocentissimum esse. Hac re adolescens fit perturbatissimus, & satis inde intelligit, quod tamen nunquam cogitasset suum fratrem minorem natu esse autorem uiciatæ puellæ. Sed hoc in præ-

sentia

sentia ancillarum constanter dißimulat, ut honeste ab illis discedat.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. AND. MIseni in Act. IIII. Scenam IIII.

Male conciliatæ) der du bist zu einer böſen stunden gekauffet worden, infœliciter empte. Ita Plautus in pseudolo, Exite hinc, agite, ite ignaui, male habiti (vnwerde) & male conciliati, vbel erkauffte böſßwichter. Conciliare enim uel emere uel comparare significat. Est igitur sententia, Tu qui magno mihi constas, magno precio empte. Sic enim interpretatur Donatus. Alij, Magno damno empte. Sed eodem fere recidit. Alioqui late patet uis uerbi, Conciliio. Dicimus enim, conciliaui mihi eius amorem, Ich habe jnen mir zu freunde gemacht. Item, conciliaui mihi eius odium, Ich habe jnen mir zu feinde gemacht. Infra in Hecyr. ut pacem conciliem, h. e. ut componam eos, das ich ſie eins mache.

Ita iam ornabat fugam) Elegans formula latina est. Infra in Phor: similis formula est, quam hic fugam, aut furtum parat. Er hat ſich zur flucht geſchickt. Sic & dicimus, constitueram tecum breui uenturum, sed citius profectionem adornare non potui, Ich habe nicht ehe konden kommen.

Qui uestis mutatio est) h. e. cur mutasti uestem. Vetusta forma loquendi, qua etiam usus est Plautus in Trinumno, Quid tibi interpellatio, aut in consilium huc accesßio est.

Noſtrarum nunquam quiſquam vidit oculis) Pleonaſmus eſt. Supra Act. 2. Scen. 3. etiam eſt uſus, quiſquam, in genere fœmimino. Quandoquidem illarum neq; quiſquam te nouit, neq; ſcit, qui ſies.

Vietus) Vietum uocat Eunuchum annis obſitum .h. e. languidum, & quaſi flaccidis membris, qualia eſſe ſolent ſenum, quibus corrugatur cutis. Eadem uox extat apud Horat. in Epod. Od. 12. in deſcriptione de formis anus. Quis ſudor uietis & quam malus undiq; membris creſcit odor, &c. Et apud Ciceronem in libello de Senectute, Sed tamen neceſſe fuit eſſe aliquo extremum, & tanquam in arborum baccis, terræq; frugibus, maturitate tempeſtiua quaſi uietum & caducum, quod ferendum eſt molliter ſapienti. Vietus autem eſt uocabulum metaphoricum. Nam Vico uerbum ſignificat flecto, Inde uietum, molle, flexibile, das ſich leichtlich beuget, ut, Vietum uirgultum, contrarium eſt Vegetus, Vieta membra, quando membra flacceſcunt, quando naturalis uis in membris perit.

Veternoſus) h. e. plenus ueterni. Eſt autem ueternus, morbus quidam, quo maxime ſenes laborant, cum repueraſcunt .h. e. torpor quidam & obliuio eorum, quæ geruntur. Græci uocant Lethargum. Virgil. libro 1. Georg. Nec torpere graui paſſus ſua regna Veterno. Contrarium eſſe puto, Alacris & ſtrenuus, der vnuerdroſſen iſt, vnd hurtig.

Colore

Colore mustellino) .i. uario, pallido, lentiginoso, sprenglich.

Quo pacto honeste hinc abeam) Germani assequimur elagantiam uerbi, Abeam, hoc loco, cum dicunt, Ich weis nicht, wie ich sonst mit ehren daruon kome. h. e. quomodo expediam me ex hac turba, quomodo me expurgem, quomodo suspicionem istam à me transferam.

Parmenonis tam scio esse hanc technam) Τέχνη Græca uox est & sig. artem, & per metaphoram fraudem, seu dolum, ein betrug. q.d. Parmenonem esse autorem huius mali seu fraudis, der Parmeno hat das spiel angerichtet. Supra metaphoricæ dixit, Illic est huic rei caput.

Quod scis, nescis) prouerbium est, quo certam in tacendo fidem significamus, dum quis quod scit, proinde continet ac simulat, quasi nesciat. Infra in Heau. Act. 4. Scen. 4. Tu nescis, quod scis Dromo, si sapies. Est autem magna prudentiæ pars in rebus grauibus, difficilibus, periculosis & serijs, nescire quod scias. h. e. dissimulare interdum.

1. Redigis me eo) h. e. fere mihi persuades, du beredst mich schier. 2. Redigi partem ad inopiam. In Heau: Er bringet seinen vater in armut. 3. Hem, quo redactus sum. h. e. quam sum miser, Wozu ist es mir kommen. 4. Redigere ad insaniam. In Adelph. Eynen thöricht machen. 5. Redige in memoriam. h. e. injice, Erinnere mich.

1. Expedi mihi hoc) h. e. explana, & dilucide

explica, Sage mir das deutlich an, Berichte mich das eigentlich. 2 At iam expediam, h.e. reddam te quietum, Ich wil dir aus dem vnglück helffen. 3. Expedies iram. h. e. compones simultates, pacem conciliabis, du wirst friede machen, du wirst die vneynigkeit hinlegen, in Hecy. Expedi te hoc crimine. h.e. fac ne tale quidpiam de te suspicentur. In Hecy. 5. Vix expediui impeditum omnium. h.e. Vix cæperam amare uxorem, Ich hatte mich kaum aus dem vnglück gewirckt, vnd mein weib lieb gewunnen. In Hecyr. 6. Qui te expedias his æ= rumnis, h.e. ut liberes te ex his malis.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT Textum Act. IIII. Scenæ IIII.

Hæc Scena continet primum, illum errorem Phædriæ quia non uult persuaderi alium fuisse Eunu= chum qui ad Thaidem deductus est. Deinde illam pulcram contentionem ancillæ & adolescentis, Exi foras) Hæc uerba conueniunt adolescenti stomachan= ti super ea, quæ facta sunt in ædibus Thaidis propter suam personam, & ideo ita miserum hominem tractat, ut faciat sibi aditum ad Thaidem. Illa autem omnia di= cuntur, tanquã in aliqua Tragœdia. Sed hoc diligenter obseruetur, ut modus quidam sit plagarum. Scele= ste] Est uox uerberantis. Restitas). i. moraris, uel reluctaris, non uis sequi, aut quid circunspectas, & ver= stu dich. Restare est decompositum frequentatiuum. Fugitiue] Fugitiuo utimur pro quouis nebulone. Isti clamores Phædriæ denotant, quantum sit iratus, & dicit

& dicit illum fugitiuum, propterea quod ancilla antea dixit, illum nusquam apparuisse. Conciliate] id est, magno empte, ich hab mein geld vbel angelegt. Obsecro] id est, noli me trahere. Est præcantis & supplicantis. Oh] Interiectio dolentis, seu supplicantis. Vide] id est, aliquis possit uidere. Distorsit].i. studio deformauit, deturpauit, studio deformem se reddidit. Quia inde colligit, quod aliquid mali egerit. Quid] Expostulatio. Huc].i. ad me. q. d. Quare ad me redisti. Antique dictum est. Huc].i. ad meas ædes. Mutatio] Habebat enim Chæreæ liberi uestem, & Eunuchi deposuerat. Narras].i. respondes. Paululum] Vt satisfaciat ancillæ, deducit illum ad eam, & coram Pythia hominem accusat. Cessassem].i. cunctassem, si non cito iuissem. Offendissem].i. inuenissem. Domi] Ista dicit tantum, ut persuadeat ancillæ, se hoc indigne ferre. Habes] Lætantis. Hominem] Comice dictum est pro Eunucho. Quid ni].i. cur non. Ostendentis & affirmantis. O] Significat se uehementer gaudere. Pol].i. factum. Hæc ancilla semper fingitur adesse tribus aut quatuor uerbis. Vbi est] Dorum contemplata, ait, ubi est, Quia non ipsum, sed alterum nouit. Rogitas] Obiurgantis. Videas] δεικτικῶς. Videam].q. d. Ego non uideo Eunuchum. Hunc) id est, Eunuchum uideas. Hinc oritur ridicula conceptatio ancillæ cum Phædria. Quis hic) Statim incipit reprehendere omnia dicta adolescentis. Ad vos] id est, ad uestras ædes. Hunc].i. qui iam adstat. Summa est inficiatio. Vidit] Admi-

rantis

rantis q. fuistis omnes cæcæ. An tu) Vtitur communicatione. Hunc) .i. Eunuchum. Illum]. i. qui uiciarat uirginem. Habui].i. quem emi. Manet in sua sententia. Neminem) .i. Eunuchum. Quia non potest quicquam cogitare de suo fratre. Hau) Interiectio consternatæ mulieris. Descriptio Eunuchi, quam Phædria tenebat & alterius qui uirginem uiciarat. Hic] .i. quem tu adduxisti. Illum).i. alterum Eunuchum qui est deductus ad nos. Illæ] Collatio in qua colligit fuisse singularem adolescentem. Honesta)lieblich thugentsam, recht züchtig, züchtig von geberden, vnd schön von der gestalt. Dudum) .i. paulo ante. Varia uestis, ein geteilet kleid. Fædus).i. deformis, turpior. Illam).i. uariam uestem. Tace] Formula fiduciæ, & ocularis demonstratio. Estq; argumentum quo probat non esse istum Eunuchum, quem produxit Phædria, qui est ad Thaidem deductus. Intersiet]i. quasi non posset nosci hic Eunuchus ab altero. Ad me Propositio quam probat per collationem. Velles] .i. cuperes propter formam. Compendium de forma, & ætate. Deductus] .i. á Parmenone. Hic) .i. Dorus. Hypotyposis personæ.

Quem] Hoc est facere dictum. q. d. utinam tu tantum nouisses illum, & nunquam uenisset in nostras ædes. Hic).i. quia adstat. Vietus).i. flaccidus, flexibilis. Veternosus) .i. segnis, torpens, habens morbum ueternum. Superior uox ad corpus & membra pertinet, hæc ad animum. Est enim in animo senum ueternus. h. e. torpor quidam, quo correpti nulla

nulla re afficiuntur, verdroſſen, ſchlefferich, der alſo gehet, als were er zu ſchlagen. Senex) Propter morbum, altgefreſſen. Muſtellino] .i. ſubliuido, & uario colore, flauo, fleckich, ſpruſicht, bleich gehel. Ad ſimilitudinem muſtellæ. Lentigines ſunt maculæ faciei. Hem] Nihil habet, quod dicat adoleſcens. Ideo hæc tantum dicit, ut ſuſpicionem moueat ex animo ancillæ. Fabula).i. de altero Eunucho. Eho) Formula indignantis. Redigis) .i. uis mihi hoc perſuadere, &wiltu mich vber reden, Egerim].i. quem emerim uel miſerim. Eho tu] Interrogantis. Emiſti) Reſpondet ſimpliciſſime. Denuo).i. iterum, noch eim mal. Roga].i. interroga. Permittentis eſt. Negat).i. taciturnitate, uel nutu. Nihil enim loquitur. Ergo affirmat ſe non fuiſſe in ædibus noſtris. Alter] .i. non hic Eunuchus. Parmeno).i. tuus ſeruus, ne dubites aut dicas me mentiri.

Agedum) Alterum interrogatorium. Agedum] Dum eſt παρέλκον. Expedi) id eſt, declara. Iſtam) .i. nouam & Eunucho inuſitatam ueſtem, qua es indutus. Taces) id eſt, nihil reſpondes. Recte tacet, quia metuit Chæream. Monſtrum] id eſt, Eunuchus, quod uere neq; ſit Maſculus, neque Fœmina. Adhortatio cum quadam commination. Dicturus) id eſt, es. q. d. Non reſpondes. Venit) Timidus Eunuchus breuibus uerbis abſoluit. Ita] Affirmantis. Quando] .i. uenit. De circumſtantia temporis ideo interrogat, ut reprehendat Eunuchum in mendacio. Dudum) De horis & minutis interrogat.

terrogat. Modo] .i.iamdudum. Qui cum] .i. cum quo. Anastrophe. Parmenone) Manifestißime eos prodit. Non) id est,noui. Quis) Extrema negatio. Parmeno] Redit ad summam narrationis. Eum) .i. Chæream,tuum fratrem. Hanc).i. uestem. Quia Parmeno induerat Chæream alia tunica. Occidi) Non tamen metuentis, quam desperantis uox est. Meam).i.uestem. Ipse) frater tuus. Ambo].i. seruus & frater tuus. Iam satis] Conuincit eum responsionibus Eunuchi Pythias & admodum exacerbata expostulat cum eo, & obijcit ei, quod iniuste fuerit accusata, Sobriam)id est, non temulentam. Certum est).i.num dubitas. Age] Vox deprehendentis cum quadam adhortatione,ne credat. Belua] id est,stolida Pythias. Huic].i. Eunucho. Dicit de qualitate personæ. Isti).i. Eunucho. Res ipsa].i.quod uiciata est puella. Allegat experientiam. Concedo) .i.ad me,Phædria dubius animi non statim habet consilium,quod arripiat, & quo istam rem moueat ex animo mulierculis. Istuc].i.in istam partem. Nunc] .i.concede. Sat est)id est,resiste.Quia uidet esse satis tutum, ut colloquatur cum eo. Rursum].i. quod antea interrogauit. Detraxit) .i. meus frater. Ea) id est,tua uestc. Factum).i.quæsita est gratia in eadem responsione. Pro te)id est,loco tuo. Huc) .i. ad Thaidem. Deductus).i.per Parmenonem. Iupiter) Exclamatio dolentis. Sceleſtum).i. Parmenonem. Audacem) id est, Chæream. Væ] Dolentis. Bona huius Scenæ pars in actione consistit. Indignis modis]

nis modis] .i. indigne, præter nostra merita, vnbilicher &weise. Væ num] Aliter accipit exclamationem, & expostulat, Tu (inquit) autor es istarum maximarum turbarum. Mirum] .i. non est illi credendum. Iste] id est, Eunuchus. Quid agam) .i. quo consilio me expediam. Nescio] Hoc tacite secum loquitur. Heus] In aurem dictt. Rursum] .i. interrogatus. Possum] Fingit uultum adolescens & hoc dicit, ut significet se admodum laborasse in altera interrogatione. Exculpere verum] .i. extorquere confessionem. q. d. Torquendus & cogendus est. Malo] .i. tormentis uerberibus. Non potest] Adiectum est pro decoro. Video) i. intelligo. Fateri] .i. uerum Eunuchum. Sequere] q. ad tormenta corripit & abducit. Ait] .i. uidisse se fratrem. Verba sunt minantis. Negat] .i. non uidisse. Orà] Dicentis in aurem. Obsecro] Vox eiulantis. Vero] .i. tanquam admonitus. Intro] .i. in meam domum. Terribiliter loquitur, dum modo eum summoueat. Hei] Eiulantis. Alio] Postrema uox adolescentis, qui gloriatur ob hoc artificium, quo discedat à Pythia. Honeste) mitebren. Actum] Hoc rursus clare, & ste dicit, tanquam adhuc iratus Eunucho suo. Actum est) id est, de me. Confitetur hoc omnino esse uerum. Etiam) i. insuper. Hic] .i. in præsentia ancillæ. Alio] q. d. Nullo alio, scilicet, nisi per hanc fallaciam. Ludificabere] .i. manifesta confessione. Parmenonis) Disputatur iam non de adolescente, sed de Parmenone. Scio] i. ab eo ortum esse, Parmenonem esse autorem huius impo-

sturæ.

ſturæ. Viuere) Iurantis formula. Sic eſt) Conſenti-
entis. Inueniam) Comminantis. Gratiam) id eſt, ubi
par pari referam. Conſultatio ancillarum. Refe-
ram) .i. Parmenoni. Sed) .i. iam ſcimus ueritatem.
Ancillarum deliberatio iterum ad Oeconomiam eſt re
ferenda. Diſſimulant ſæpe & ſimulant, magno he-
rorum incommodo. ΟΥΤΙΣ omnia facit. Explica fig-
mentum repetita fabula ex Homero, ubi Vlyſſis ὄυλος
dicitur, cum effodit oculum Cyclopi, &c. Virgine)
.i. uiciata. Taceam) .i. quod ſit uiciata. Vtrum)
Summa conſultationis. Tu pol) Iam dicit conſilium,
& prudenter admonet ancilla, ut iſta tegat quibuſ-
cunq; tandem rationibus. Neſcis) Contentio eſt
uerborum .q. d. Quod ſcis, debes neſcire, id eſt, diſſi-
mula. Si ſapis) .i. ſi uis conſulere tuis rebus. Pruden-
ter dicit Chryſalus ſeruus in Bachidibus Plauti ad Ni-
cobolum ſenem. Neſcio. Nihil iam me oportet ſcire,
Oblitus ſum omnia, ſcio me eſſe ſeruum, neſcio etiam
id quod ſcio. De Eunucho) id eſt, quod Chærea ſit,
non Eunuchus. De uicio) .i. quod iam mulier facta
ſit. Hac re] .i. taciturnitate. Euolues) i. expedies,
liberabis te, facile cauebis omne periculum, non conci-
tabis contra te iram Thaidis, thue gleich, als wuſteſt
du nichts darumb. Metaphora eſt. Supra, expedi-
re ſe, emergere ex malis. Illi) id eſt, uiciatæ puellæ.
Feceris) id eſt, tacendo. Id) Occupatiuncula eſt.
Dic] id eſt, Interrogata à Thaide. Dorum] id eſt,
Eunuchum. Faciam) Approbat conſilium. Vi-
deon') Paraſceue ad ſequentia. Hoc) id eſt,

Chremete

Chremete. Chremem] id est, rusticum adolescentem ebrium illum Aderit]id est,statim sequetur. Quid ita).i. quare putas uenire Thaidem. Inde] .i. à milite,seu ex ædibus militis. Inter eos].i.inter militem & Thaidem. Ex hoc).i.adolescente. Aurum] .i. quod abstulerat à milite.

ARGVMENTVM IOAN. STIG: IN ACT: IIII. SCEN. V. At at data,&c.

In Chremete adolescente simplici & rustico obiter describit Terentius naturam ebrietatis, quam merito causam omnium malorum dixeris. Eius effectum graphice describit Plinius lib. 14. C. 22. negans ebriosos diu uiuere posse, cum potissimum uitæ tempus potationibus quasi quodam cruciatu corporis transigant, nec unquam intueantur solem orientem. Porro eius uerba sunt eiusmodi. Hinc pallor & genæ pendulæ, oculorum ulcera, tremulæ manus, & (quæ sit pœna præsens) furiales somni, & inquies nocturna. Postera die ex ore halitus fætidi, ac fere rerum omnia obliuio, morsq; memoriæ. Cauendum igitur esse tam horrendam pestem hac Scena admonemur. Nam(ut in prouerbio est)uino obumbratur sapientia. Scitum Anacharsis illud, qui dicebat uitem ferre tres uuas. Primã sitis, alteram ebrietatis & tertiam molestiæ sentiens frugalem uini usum conferre ad ualetudinem. Vinolentiam & ebrietatem parere lites, morbos, atq; alia innumerabilia incommoda, quæ animum

ne corpus dolore afficiant. Frugalitatem in commessando probauit & admisit Plato, teste Gellio, existimans modicis honestisq; inter bibendum inuitationibus refici animos ad instauranda sobrietatis officia, propterea idem luxuriam escam malorum appellasse scribit.

ALIVD Casp. Crucigeri.

Est breuis scena, in qua est nullus insignis locus, Tantum producitur Chremes, ut spectatores & lectores sciant, quid actum sit in ædibus Thaidis, postea ut habeat Thais, quem opponat militi.

ALIVD M. Ambrosij.

Chremes adolescens rusticus paulo ante ab ancilla deductus ad Thaidem, quæ erat inuitata a Thrasone, præbuerat occasionem iurgij. Existimabat enim miles sibi adductum ante oculos æmulum. Adolescens uero pro sua simplici rusticitate non magnopere curant iram militis moleste ferentis huiusce hospitis aduentum, largißime interim in conuiuio uiuebat. Tandem uero cum meretrix non sine magna indignatione è conuiuio surrexisset, ipse quoq; sed prius admonitus ad ædes Thaidis ire pergit, sed uix egressus domo mi lite sentit se plane ebrium. Quam rem tanquam nouam sibi potuisse accidere inter eundem admiratur. Quia uero obuia fit ancilla, huic prænunciat aduentum Thaidis. Cæterum adolescens eo consilio producitur, ut habeat Thais, quem opponat militi in sequenti tumultu.

ALIVD

ALIVD EIVSDEM.

Redit Chremes rusticus adolescens à conuiuio militis, qui etsi non erat admodum gratus hospes, nihilo minus tamen interim large uiuebat, omnino non curans iratum uultum militis. Tandem cum bibendi nullum faceret modum, nec sua sponte abire uellet, foras extrusus est à milite. Hic inter eundum intelligens se ebrium factum esse, admiratus est tantam esse in uino uirtutem, ut homines umcat. Veniens uero ad ancillam cuius conspectum sobrius ante uix ferre poterat, nunc blande eam alloquitur & simul recitat lites esse factas inter militem et Thaidem sæq; indigne foras extrusum esse.

ALIVD ἄλλο.

Chremes adolescens, qui apud militem erat uale de ingratus conuiua, quod existimabatur æmulus esse, tandem redit à conuiuio plane ebrius. Admiratur autem inter eundem tandem esse uim in uino, ut actiones animi & corporis impediat. Postea in colloquio admodum hilari primum ingenue fatetur, se admodum probare formam in ancilla. Deinde narrat, quod iam lites sint inter Thaidem & Thrasonem, & quod ipse à milite sit extrusus foras. Sunt autem in hac scena inprimis duo obseruanda. Primum de uino, quod uidelicet uinum accipiat uarias qualitates in ebrijs. Alij enim fiunt hilares. Alij feruent ira. Alij illachrymant. Secundum quod hac descriptione ebrij adolescentis præcipiatur abstinentia, ad quam

omnes conditi sunt, ut uituperetur ebrietas & usitata heluatio, quæ reddit feros mores totius uitæ & minus moderatos homines in omnibus actionibus, adeoq; affert multa commoda, cum potatur & cum uidetur deseruisse ebrietas.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D: ANDREAE MISEni, in Act: IIII. Scenam V.

Dum accubabam) *id est, in conuiuio. Compositum uerbum à cubo in prima declinatione. Nam ea, quæ in a mittunt, cadunt in primam declinationem. Sic est occubo, incubo, accubo. Quæ omnia, si m addas, sunt tertiæ declinationis, occumbo, incumbo, accumbo, discumbo.*

Neque pes, neque mens) *Descriptio est ebrij, huc atq; illuc mutantis, & qui præ temulentia rationis quoq; non sit compos, Ich kan wider gehen noch stehen, Ich weis nicht wo ich bin. Ouid. 1. Amorum, Certa tibi à nobis dabitur mensura bibendi officium præstent mensq; pedesq; suum.*

Sine Cerere & libero friget venus) *Horatius lib. 3. Carm. Od. 21. Ad Amphoram.*

O nata mecum consule Manlio,
Seu tu querelas, siue geris iocos.
Seu rixam, & insanos amores.
Seu facilem pia testa somnum, &c. Videtur autem Poëta respexisse ad disputationem Philosophorum de humoribus, quibus constituta sunt corpora humana,

humana, & eleganter expreßit ſingularum conſtitutionum naturam, mores, & ſtudia. Melancholiæ tribuit querelas, ſanguineis tribuit iocos. Choleræ rixam & amores. Phlegmati tribuit ſomnum, & torporem.

Iamdudum ætatem) Eſt peculiaris Phraſis loquendi & per pleonaſmum adijcitur nomen Aetatem, quod ſignificat diuturnum tempus. Supra fuerunt ſimiles Pleonaſmi, Minime gentium, interea loci. Nam ætatem, gentium, loci, abundant & etiamſi demas, nihil tamen decedet ſententiæ.

SCHOLIA Quæ explicant Textum Act. IIII. Scenæ V.

Ieiuna erat & ſterilis ſuperior ſcena. Igitur ut leuet lectori tedium, iucundum locum hic interſerit, qui maxime ad delectandum eſt accommodatus, id quod refert fieri in omnibus ſcriptis. Vide locum Cicer. 1. Tuſc. Quæſt. Grata eſt ſuauitas temulenti adoleſcentis, qui tam familiariter cum puella colloquitur, eius formam laudat, quam antea colloquentem, neq; ferre, neq; audire poterat. Elegans eſt illud quoq;, quod Thaidem ſibi innuiſſe dicit ſe ueræ intus non intelligere, non eſſe tam prudentem & peritum rerum. Militem autem ſe iſta docuiſſe extrudendo ex ædibus, &c. Deinde oportebat quoq; commode reduci Chremetem, ut intereſſet turbæ ſecuturæ, quæ ad ipſum potißimum attinebat, &c. ἄμωσ. Antequam Epitaſis gliſcat rurſum producitur Chremes, ut habeat, quem

at, quem opponat militi Thais in tumultu. Fingit autem rusticum adolescentem à conuiuio urbano ebrium reuerti. At at) Interiectio trepidantis, aut metuentis, & paulatim malum, & incommodum sentientis. Data verba) .i. falsus sum, deceptus, Ich habe es vorsehen. Mihi].i. qui antea fui sobrius. Pulcre autem potest uinum immodice sumtum fallere homines. Vicit vinum) Ich habe zu viel gesoffen, der Wein hat vberhand genommen. Bibi].i. apud militem. Prosopopeia. Ac dum) Redit ad id, quod dixit, uerba sunt mihi data. Vinum] Ebrietas causa hic uini ingurgitatio. Pulcre] id est, fortiter, & nimis. Videbar) Hoc dicit ita esse uisum, sed reuera non esse. Postquam] Periphrasis hominis ebrij. Surrexi) id est, à mensa, non mea sponte, sed compulsus à milite. Neque pes] Refertur ad incessum. Mens) Refertur ad linguam. Satis facit) Quia ebrij tamen aliquid possunt dicere, & cogitare. Dicit, quantum noceat ebrietas ualetudini, & corrumpit quoque animum. Mens) Ille locus debet monere pueros, ut detestentur ebrietatem.

Chreme] compellantis. Admiratur primum, sed tamen non audet iocari. Quis) Respicientis. Quia non satis potest uidere. Ehem) propinquissime accedit & inspicit. Pythias) Salutantis & blandientis. Vah) admirantis. Formosior) uide, quomodo etiam hic rusticanum ingenium in Chremete describat Poëta. Quomodo ebrius probet puellæ formam, quam antea uix ferre potuit. Dudum).i. paulo ante. Videre] obserua.

obserua dictum Theognidis, ὅταν μεδύῃ τὸ πρὶν ἄων σόφρων, τὸ τε νήπιος. Germani dicunt, wen der wein eingehet, so gehet die witze aus. Certe) fingit respondere ancillam pro sua persona. Hilarior] id est, uideris mihi. A causa ad effectum. Germani hoc tempore solent eodem modo perfectam ebrietatem mitigare hilaritatis uocabulo, cum dicunt, Vnser her ist frölich, vnser herr hat ein rausch. Vtitur autem ancilla isto artificio, quia metuit sibi.

Vnum] id est, prouerbium, quo tanquam loco communi iterum pro suo more illustrat & libere dicit, quanta turpitudo sequatur ebrietatem & in summa dicit de effectibus. Venus). i. amor, seu omnis uoluptas, non tantum libido. Baccho] id est, uino. Metonomiæ tres hic sunt, qua usus est Poëta nominibus inuentorum pro rebus inuentis. Cerere] i. cibo, seu luxu cibi. Hinc est, quod Aristophanes uinum appellat lac Veneris, eò quod alat libidinem, ἡδύστε πίνειν οἶνος, ἀφροδίτες γάλα. Huc referenda sunt multa dicta Germanorum, wen wein vnd bier sehet an zu regirn, da wil fraw Venus auch mit hoffiren. Item, wen man einen das futter zu hoch schüttet, so entpfelt jm der bauch. Item, wen man einem den korp zu hoch henget, so wird er dürre. Item, wen der bauch vol ist, so gehet der Esel tantzen. Huc pertinet locus Euripidis in Bachis.

τὴν παυσίλυπον ἄμπελον δοῦναι βροτοῖς
οἴνου δὲ μηκετ' ὄντος, οὐκ ἔστιν κύπρις.
οὐδ' ἄλλο τερπνὸν οὐδὲν ἀνθρώποις ἔτι. h. e.

Vitem ſedatricem dolorum dediſſe hominibus,
Vino enim ſublato non eſt Venus,
Neq; ulla alia uoluptas hominibus poſthac.

Friget] id eſt, inutilis eſt. Sumta metaphora à picatione uaſorum. Picare uaſa, die faß bichen. Ouid. lib. 1. de arte amandi, Illic ſæpe animos iuuenum rapuere puellæ, Et Venus in uimis, ignis in igne fuit. Sed Thais) percunctantis. Abijt) .i. Thais. Hoc pertinet ad ſequentia. Iamdudum ætatem) pro, iam longo tempore, admodum dudum, longe antea. Lites) dicit de cauſa abitionis. Facere lites) .i. ſerere, der ſach vneins werden. Factæ] ſie ſind der ſachen ſehr zu vnfrieden worden. Inter eos) id eſt, inter Thaidem & militem. Nihil) .i. non. Dixit] .i. tibi. Alia interrogatio, qua utitur Poëta, ut deſcribat iſtam ruſticitatem adoleſcentis. Nihil] .i. dixit. Innuit] .i. ut abirem, ſeu admonuit me nutu, quod deberem ſequi. Eho) reprehendit tarditatem ſuam, ſed admodum tecte. Sat erat) .i. nutu ſignificare abitionem. Dicere] .i. id uelle, ut ſurgerem, ac ſequerer ſeſe. Infra in Heau. Act. 3. Scen. 3. eſt elegantiſſima ſententia, debere nos eſſe edoctos ut ipſi non admoniti, non iuſſu uideamus, tamen, quid fieri conueniat, Item, quomodo & ubicunq; debeamus obſequi amicis. Correxit] id eſt, meam inſcitiam. h. e. docuit me, aut, expoſuit mihi illum nutum. Intellexi) .i. nutu Thaidis. Minus) .i. antea. q. d. non intellexi, me debere exire & ſequi Thaidem. Nam) Exponit, quomodo correxit. Sed eccam) .i. ecce eam. Paulum ad

lum ad se redit & est parasceue ad sequentem scenam. Ipsam) i. Thaidem. Huic) uctus constructio, pro, hanc. q.d. præcesserim eam.

ARGVMENTVM IOANSTIG: IN ACT: IIII. SCEN: VI.

Credo equidem, &c.

Hæc scena repetit argumentum Epitasis Comœdiæ. Nam Thais significat militem affuturum, & causa uirginis turbam concitaturum esse. Itaq; indicat Chremeti uirginem eius esse sororem, eumq; instruit, qua ratione sororem ab impetu temerarij militis defendat ac tueatur. Locus communis est de astutia mulierum & simplicitate rustica, quæ olim fuit. Multo enim animosior ac cautior inducitur Thais, quam Chremes, cum ingeniosam mulierculam per Thaidem, per Chremetem hominem simplicem designare cupiat Terentius. Natura enim ita comparatum est, ut mulieres ad fraudes sint instructissime, ut non male Propertius dixerit libro 2. Sed uobis facile est uerba, & componere fraudes. Hoc unum didicit fœmina semper opus. Sed hoc potissimum est intelligendum de inhonestis.

ALIVD Caspari Crucigeri.

Hæc Scena Parasceuen habet tumultus. Nam Thais rediens à milite prædicit illum aduenturum esse, ut uirginem ui eripiat, ac adolescentem uirginis fratrem confirmat contra illius impetum. Principium abruptum est, & concitatum mulieris aduenientis à iur-

gio cum milite, quo opponit illius minis suas muliebres minas. Postea sequitur narratio, qua Chremeti indicat de eius sorore, Estq; hæc occasio Catastrophes. Deinde Chremetem hortatur, ut animo forti & præsenti resistat militi, argumentis sumtis ex collatione utriusq; personæ. Sed sicut tota actio in Epitasi habet ridiculum motum, ita & hic ridicula est trepidatio Chremetis, cum uidet aduentare militem, &c.

ALIVD M. Ambrosij.

Mirabiliter in conuiuio miles irritauerat Thaidem suis magnificis uerbis ac minis, ideoq; ædibus iam egressa cum magno stomacho, secum deliberat quomodo possit quamprimum libera fieri à milite & qua tandem ratione minas de uirgine eripienda fortiter contemnat, ac uicissim illum habeat ludibrio. Hoc totum negocium communicat meretrix cum Chremete cui prædicit militem aduenturum esse, ut uirginem ui eripiat, idq; ob eam causam exponit, ut adolescentem confirmet contra illius impetum. Estq; pro decoro principium orationis, Thaidis admodum concitatum, quo exponit suas muliebres minas loquens superbissime & concitatissime de milite. Deinde in narratione exponit, quam ob causam miles ad iurgium tenderit, & quod puellam dono datam, quam intellexerat esse Chremetis sororem, eidem studuerit quam primum reddere. Postremo loco pluribus adhortatur Chremetem, ut animo forti & præsenti opponat se militi. Sumit autem argumentum ex collatione utriusq; perso-

ne,

sone, in qua mirabiliter extenuat uires Thrasonis, & simul improbat sententiam adolescentis, qui uolebat ad hanc causam aduocatos quærere docens, Quid facere in hac re conueniat. Porro trepidatio Chremetis admodum ridicula hic describitur, ut conueniat Parasceue cum sequenti tota actione Epitasis, quæ per omnia continet ridiculas turbas ac motus.

ALIVD EIVSDEM.

Discedit Thais á milite admodum irata constituens secum, quod talem amatorem perpetuo uelit excludere. Quia uero miles & ipse iratus inter cætera dixerat, se repetiturum suum munus summa ui, diligenter monet Thais adolescentem fratrem puellæ de toto negocio, & simul adhortatur, ut omnibus uiribus se opponat militi, neq; patiatur sibi eripi suam sororem. Hoc audito adolescens plus, quam opus est, militem metuit, Quod etsi dissimulat, tamen quia aduocatos ad eam turbam adducere cogitat, seipsum prodit, quod admodum formidolosus sit.

ALIVD ἄδηλον.

Discedit Thais á milite admodum irata constituens secum, quod posthac uelit talem amatorem perpetuo excludere. Præterea narrat adolescenti Chremeti totum negocium de contentione inter se & militem incendens hoc modo adolescentem, quem diligenter monet, ut si propter nullam aliam causam, saltem propter sororem, se opponat militi. Hoc uero audito, plus quam opus erat metuit militem,

militem, quem copias adducere existimat. Hoc etsi dissimulat nonnihil tamen satis apparet ex tota oratione, quam sit formidolosus.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. AND: MISE: in Act. IIII. SCEN: VI.

Ego ne ferre possum illius magnifica verba) Solte ich mich den an seine prechtige wort keren. Verba dum sint, &weils doch nur word sind. Nam si ad rem conferentur. h.e. Si praestare debet, quod se facturum interminatus est, si res uirum postulabit, wen es zur that wird kommen.

Turbam propter te esse factam) das sich die vneinigkeit deinet halben erhaben hat. Ad te attinere omnem rem, das dich die sache gar angehe.

Educta est ita) Obserua locum honestatis. Plurimum enim refert, ut puellae liberaliter educentur. h.e. Optimis moribus imbuantur, qui uel soli amabiles sunt in puellis. Supra in Andr. Bene & pudice eius doctum atq; reductum ingenium, &c. Supra, Cepit studi ose omnia docere & educare, ita ut si esset filia, &c. Infra in Heau. Ignaram artis meretriciae. Plautus in Anlu. Si bene morata ueniat, dotata est satis, &c.

Effer Cistellam cum monumentis) Monumentum uocant latini literas, statuas, imagines, & carmina, Epitaphia, quae posteritatem moneant rerum praeteritarum. Hic monumenta uocat literas, quibus fidem factura est alijs de parentibus puellae, esse eam ciuem

ciuem Atticam, geburts brieffe. Infra uocat signa. Cistella, ein klein kistlein.

Egon' formidolosus) Formidolosus hic significat Actiue. h.e. Qui formidat, seu timidus est, ein vorttzagter, oder furchtsamer. Eadem uox sæpe etiam passiue usurpatur. Valla lib. 1. Cap. 21.

Malo ego nos prospicere) Prospicere cauere significat, & prouidum esse, ne maiorem iniuriam perferas, sich fürsehen, oder einen schadem verhütten. Infra in Phorm. Prouisum est ne in præsentia hæc hinc abeat. Aliter infra in Heau. Prospexi tibi. h.e. curaui, ne egeas, ne tibi desint ea, quæ ad uictum, & ad cultum suppeditant. Ich habe dich vorsehen, das du kleider vnd schuch, essen, vnd trincken, vnd zimliche vnterhaltung habest. Item aliter infra in Adelph. Illa, quæ futura sunt, prospicere. h.e. Prouidere, seu iudicare de euentu rerum futurarum.

Apage sis] Apage uerbum comicum est, & deductum esse puto à Græco uerbo ἄγωγε καὶ ἀπὸ. h.e. abduco. Est autem idem, quod alibi dicit, Abi sis, Abduc te, recede, trolle dich, packe dich. Est autem quidam Pleonasmus. Nam uerbum, sis, abundat, cum posset omitti. Sic est infra in Phorm. Ne me posthac istoc nomine appella sis.

Ducito hominem in ius) In ius ducere aliquem est accusare, einen vorklagen, Trahere in ius. Cicero litem intendere, agere lege. Infra in Phorm. Dicam impingere, Dicam scribere.

SCHO-

ACTVS IIII. SCENA VI.

SCHOLIA QVAE EXPLI-

cant Textum Act. IIII. Scenæ VI.

Absoluturus picturam suam. h. e. descriptionem stulti militis supra intermissam, pro suo more se prodit Poeta, ne quid sit, quod lectorem fallat itaque subinde magno consilio alludit ad καταστροφὴν satis ridiculum ἄλλως. Parasceue motus eius, quem miles excitabat oppugnaturus ædes. ἄλλως. Quod sint in amores lites, admonemur, estq; hoc, quod supra dixit. In amore hæc omnia insunt uitia, &c. ἄλλως. Continet hæc Scena causam turbarum sequentium in Epitasi. Hæc autem fuit causa, quod miles alium noluit admittere, sed semper habere primas. Tantum hic dicit in persona meretricis de causa sequentium tumultuum. Pulcre profecto pingit cogitationes & gestus meretriceos, ut instruant adolescentes. Perpetua festiuitas est in hac Scena. Exordium enim conuenit cum illis, quæ antea sunt dicta & Thais iam producitur admodum irata & ideo inter eundem cogitat, quid faciendum sit contra militem. Facit autem Poeta meretricem admodum facundam ut quicquid dicit, hoc uideatur quasi fluere. Credo] Ex abrupto incipit & ironice loquitur. Ludit enim quod uelit repetere suam munus miles. Illum] .i. militem. Tapinosis. Illum enim dicit propter contemtum. Illam] id est, puellam dono datam. Veniat) Muliebres minæ. Ilico) Pæna plane muliebris. Fæminæ enim nulla alia arma habent, quam ungues & digitos. Vsque] Causa, quod sit iusta. Ineptias) seine schale possen-

possen. q. d. non. Ineptias) Repeticio illius descriptionis militis. Magnifica) .i. Thrasonica, arrogantia, sesquipedalia. Sunt) .i. ut uerba maneant. Rem) .i. si cessauerint esse uerba, si fuerit discessum à uerbis. Conferentur) .i. unam. Rem) .i. effectum. Vapulabit) .i. uerberabitur. Verba ad rem contulit] b. e. Aggressus est agere, quod dicebat, nempe, ut ex uerbis fiant uerbera.

Scin') Narratio figurata affectibus. Thais] Sequitur colloquium & sine salutatione. Orditur autem narrationem & colloquium satis pro imperio. O mi] Ipsa est blanda, & potest se attemperare ad illius personam. Vult enim aliquid extorquere ab illo. Te ipsum] Simulanter dicit, cum præ ira tamen uix potest loqui. Scin') Exordium quod pertinet ad causam narrationis, & facit illum maxime attentum. q. d. Tu es autor turbæ, Igitur maxime te adesse oportet. Omnem rem] .i. totum negocium. Ad me] .i. attinet. Interrogat & admiratur rustico more. Qui) .i. quomodo. Verba metuētis dolum meretricis. Istuc) .i. ego confecerim, aut incæperim, & ad me res attineret. Quia) Amplificat periculum in quo fuit. Tibi] quasi cupienti. Passa] .i. à milite. Hæc) .i. indigna. Restituere) .i. cum hoc uellet soror. Ea) .i. soror mea. Non tã interrogãtis, quã admirantis est. Quia cogitat eã esse in uicinia. Domi] Hoc putat meretrix gratũ futurum. Hem) Extimescētis. Quia male metuit sorori. Quid est) .i. quod extimescis. Educta pro educata tua soror. Confutat, quod ipse metuebat.

Quid

Quid ais) id est, educta est libere. Admiratur & indignatur, quod dicit esse in domo meretricea. Id] .i. ita est. Hanc) id est, puellam sororem. Abrumpit, quia non potest defendere hoc argumentum ualde ridiculum. Quia non potest integram tradere. Neque) Tantum ingeminat, ut amplificet hoc munus. Habetur] Hoc etiam est plane hominis incogitantis. Refertur] pro, referetur. Dicit autem refertur propter certitudinem. Habere gratiam refertur ad animum & uoluntatem. Referre autem gratiam refertur ad facultatem, & repensationem. Ad enim] Ille frustra animo est lætus. Fit enim iam plane mœstus. Caue] Admonentis. Hanc] .i. sororem. Hæc] i. tua soror. Vult præparare animum adolescentis. Quam] .i. sororẽ. Ereptum] .i. ut eripiat. Abi] ἀπόσροφὴ. ad ancillam. Monumentis] .i. signis, quibus probari posßit esse sororem Chremetis, & quæ sunt cum uirgine asseruata. Viden'] Ridicula trepidatio Chremetis. Illum] id est, Thrasonem. Trepidantis est. Sita] id est, Cistella. De loco quærit. Risco) i. in loco capaci in parietibus, quo res commode reponi possunt. Ein loch in der wand mit einem tuch zugedeckt. Cessas) Trepidantis. Copias) .i. exercitum .s. uides. At at) subijcit interiectiones timidi adolescentis, & propter illius timorem ipsa Thais sibi quoq; timet. Formidolosus) uenuste est excogitatum, quod maior sit animus in Thaide, quam in rustico.

Apage sis) Interrogatio qua significat nihil esse

esse tale, & dissimulat metum rustice. Formidolosus].i. essem. Nemo) Addit magnam hyperbolem suæ magnitudinis animi. Atque) Affirmantis. Opus) .i. in tali bello, ut minus sis formidolosus. Metuo) .i. ne ignara sis. Existimes] id est, putas me usq; adeo esse miticulosum. Imo] confirmat animum à collatione. Qui cum) .i. cum quo, Anastrophe. Hic locus est generis deliberatiui, a hortatorius, estq; argumentu n à connexis, ex circunstantia. Quis .q.d. non est tantus hostis, ut eum timeas. Ratio sumta est à conditione. Quia peregrinus est. h. e. non multum potest. Hoc magno contemtu dicit. Potens) id est, quod ad diuitias attinet. Notus].i. in ciuitate. Scio] penitus prodit suam timiditatem. Istuc) .i. ita esse. Sed tu] Alludit ad locum communem de prudentia, cuius proprium, ut ille inquit, est omnis fortunæ casus expendere, & nihil committere, cuius postea nos pœnitere possit. Nam euentus, ut inquit Liuius, stultorum magister est. Admittere] id est, periclitari, pati, exponere se periculis. γνώμη. Zweit daruon, ist gut für den schoß. Est exemplum hic comicæ prudentiæ. Vult enim significare, quod non uelit hoc tentare cum milite. Malo] Exponit prouerbium. Prospicere).i. cogitare de hac causa. Vlciſci].i. postea. Abi].i. quam primum. Obsera) sera ein schlos, Inde obserare, vorchliessen. Ego dum) Dicit, quid uelit agere .q. d. uolo diligenter præcauere, ne aliquid mali mihi accidat. Aduocatus, ein beystand, qui alteri adest in iudicio. q.d. defensores. Accepta iniuria) i.

postquam male mulctati sumus & accepimus iniuriam. Mane] Reuocantis est. Quia male habet mulierem, quod tam est meticulosus. Melius].i. ut adsint aduocati. Mane) Iterum reuocantis. Omitte]id est, sine me ire. Irascentis est. Iam].i. statim. .Istic].i. domi tuæ. Istis] .i.aduocatis, An istis.i.omnibus, quæ dixisti. Hoc] consilium. Modo] pro tantum. Sororem) Recitatiue est positum. Paruam].i. adhuc. Cognosce).i. esse tuam sororem. Ostende).i. si noluerit credere. Adsunt].i. monumenta. Pythias iam redijt. Cape).i.cistellam. Dicit ad Chremetem. Faciet).i. miles. gewalt thun. Ducito]klage jnen für gericht. Intellextin').i.quid ego dixerim. Probe) simulanter dicit. Hæc)id est, quæ dixi de sorore. Præsenti) id est, forti mit frischem keckem gemüt, manhafftig. Hoc monet, quod minime sit futurum. Attolle) hebe auff. Dicit ad Chremetem metuentem. Perij] Incipit pulcre exclamare de isto adolescente, & eius timiditate. Huic] .i. Chremeti. Patrono].i.qui aliquem defendit. Epiphonema est. Ex hac scena inprimis est obseruanda sententia, Quod cauere possis, stultum est admittere. Quia pertinet ad prudentiam, monetque in omni re diligenter cogitandum esse, quis sit rei futurus exitus. Scientia & sapientia uersantur circa uniuersalia. Ars & prudentia uersantur circa singulare.

ARGVMENTVM IOAN. STIG: IN ACT: IIII. SCEN. VII. Hancine, &c. Initio

Initio adducit Thraſo manipulum ſeruorum ad ædes Thaidis expugnanda, & erigiendam uirginem. Deinde orta controuerſia, quia Thais affirmat illum ius recipiendæ uirginis non habere, quæ libera ſit cognita & ciuis Attica, & eius rei argumentis animaduerſis Thraſo cum ſummo dedecore oppugnationem ædium relinquit. Vt autem plenius agnoſci poſſint Thraſonis ineptiæ, additur ei etiam hoc loco Gnatho, qui eum deridendum ſpectatoribus quaſi propinat. Tria autem hic obſeruanda erunt, gloriosi militis ridicula oſtentatio, muliebris pertinatia & uehementia, & in Gnathone adulandi pericia, & notandum eſt, eam nihil exiſtimationis mereri, quæ antequam ad rem accedas, ſatis uidetur futura ſtrenua, in ipſo uero periculo in deſperationem uertitur. Itaque Cato ſenior, cum quidam laudarent temere audacem, plurimum referre dixit, utrum quis magnifaciat uirtutem, an uitam parui pendat, ſentiens eos non eſſe fortes dicendos, qui temere uitam contemnent, ſed qui uirtutem tanti faciant, ut eius gratia uitam interdum negligant. Audendum igitur non eſt, niſi uirtutis cauſam & in hanc ſententiam intelligi debet Cæſaris dictum, qui celeriter, & audacter res aggrediendas docebat, eò quod periculi expenſio homines reuocaret ab audacia.

ALIVD Caſpari Crucigeri.

Si nullum aliud ſcriptum extaret de ſtupidis & ſtultis hominibus, qui in Thraſone repreſentantur, &

leuibus ac non stolidis illis quidem, sed tamen uilibus & abiectis, quos parasiti persona adumbrat, satis esse posset hæc unica scena. Proponuntur omnia duas ob causas. Prima est, ut in animos nostros imprimatur odium quoddam istorum uiciorum. Altera, ut habeamus tanquam tesseram quandam, qua inter hoc genus hominum, & constantes uiros, & ueros amicos discernamus. Sunt enim Thrasones & Gnathones, tanquam duo quædam extrema in humano genere. SECVNDVS locus est partim expostulatio, partim contentio de Iure sub Hypothesi, qui si referatur ad præcepta & retexatur simplicissime, est nihil, nisi concessio quædam in hunc modum, fateor Thraso sub ista conditione, ut tibi operam dem soli per hosce dies, puellam mihi à te dono datam esse, sed quod addis, ideo tibi aut pactum præstandum esse, aut uirginem reddendam, nego.

ALIVD Ambrosij.

Continet hæc scena integram descriptionem alterius Epitasis. Miles enim maxime iratus, quod in conuiuio interminatus erat Thaidi, nunc uenit reipsa hoc comprobaturus. Is principio maximis utitur minis, & magnificis uerbis, quasi uno impetu expugnare possit ædes Thaidis, & omnia in momento quasi euertere. Deinde planè Thrasonice de suo exercitu gloriatur, quam ridicule instruit nihil dubitans, quin meretrix præ metu ultro sit pacem petitura, sancte promittens se nihil posthac incepturam, quod militem offendere possit. Et ut maxime metuendus Imperator uideri

uideri posit, procedit comitatus suo sodalitio & graviter expostulat cum Thaide, ex qua quam primum certior fieri cupit, an uirginem sua sponte uelit reddere. In qua re exequenda miras agit Tragœdias, sed quod minime speraſſet miles, primum audit superbum responſum Thaidis. Deinde intelligit animum Chremetis in uirgine sorore sua defendenda. Porrò cum ad rem peruentum est, turpiter se dat miles, qui suasu Gnathonis dimittit exercitum, & ultro re penitus infecta discedit. Ita totus ille apparatus oppugnationis ædium & tota actio ridicula est.

ALIVD EIVSDEM.

Admodum uenusta descriptio est Epitasis de expugnatione ædium Thaidis, quæ consilia & cogitationes Thrasonis irati pulcre depingit. Primum producitur admodum iratus, sed comitatus ridiculo sodalitio, cum quo constituit sine magno labore expugnare ædes Thaidis, & eripere suam uirginem. Deinde cum ad rem uentum est, fingitur plane alius factus, ut qui mutato priori consilio tantum utitur expostulatione. Postremo loco à Chremete adolescente rustico, qui contendit puellam hanc suam esse sororem, contumelioſiſſime confutatus re infecta cum suis copijs ridicule discedit.

ALIVD ἄδηλον.

In hac scena est summa Epitasis, cum miles accedit ad expugnandas ædes Thaidis comitatus suo satellitio. Sed cum ipse apparatus oppugnationis, &

tota actio ridicula est, tum maxime quod instructa acie ultro discedit a uiolento principio, & ab armis ad uerba decurrit, quibus facile refutatur, ita ut re infecta turpiter decedat.

ALIVD ἄσημον.

Erudita & uenusta est descriptio exercitus Thrasonis, quem adducit ut statim sine magno negocio expugnet ædes Thaidis. In hac descriptione omnia sunt sapientissime cogitata & scripta, ita ut ferè nullum sit uerbum, quod non pondus aliquot singulare habeat. Intelligetur autem hæc descriptio melius, si transferetur ad exempla, quæ passim extant in historijs de illis naturis, quæ nulla uirtute, neque industria præditæ dirigunt consilia & actiones ad nullam ueram rationem, similis tamen uideri uolunt Heroicis naturis, in quibus est præstantia uirtutis & diuinum quiddam. Cæterum tales Thrasones, qualis hic describitur qui tantum amat præconia sui Gnathonis, & in quo mens est hebetior, non uidens uera bona, sed iudicans illas laudes esse magnum decus, passim regnare uolunt in aulis, in consilijs, & in rebus omnibus gerendis.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D: ANDREAE MISENI, in Act: IIII. Scenam VII.

Ego ne in me accipiam) supra possum ne ego ferre. Germani ferè assequuntur, cum dicunt, Solt ichs auff mir lassen bleiben, Solt ich die schmach leiden. q.

ten. q. d. ego ne patiar me tanta contumelia affici.

Aedes expugnabo) Expugnare ædes, das haus stürmen. Sic & dicimus, Expugnare urbem. Oppugnare item elegans uerbum est, ut, oppugnare mœnias urbis, Eine stad anlauffen. Inde per metaphoram ad animum quoque refertur, ut, Bonus uir oppugnatur quidem pecunia, sed non expugnatur. h. e. sollicitatur quidem eius fides muneribus, sed non patitur se corrumpi, non facit se obnoxium alijs accipiendis muneribus.

Male mulctabo ipsam) h. e. sumam de ea supplicium, ego eam tractabo, ut digna est. Mulctare alioqui significat pœnam pecuniariam irrogare seu exigere, Einen vmb gelt büssen. Inde mulcta proprie est pœna pecuniaria. h. e. illa pecunia quam reus condemnatus numerat iudicibus. Germani uocant, wette, oder, geld busse. Hic mulctare seu multare significat lacerare, mala tractare, & uerberare. Mulcta uero plagas seu supplicium corporis significat sicut & infra in Adelph. 2. Scen. Ipsum dominum atque omnem familiam mulctauit usq; ad mortem. h. e. uerberauit, mutilauit, & lacerauit. Sic & Liuius usus est lib. 9. Decad. 3. Lictoribus indignum in modum mulctatis.

In siniſtrum cornu) usus est Poëta in hoc loco uocabulis militaribus, quibus rem signate effert. Adeo eum non destituit copia uerborum de quouis argumento dicturo. Cornu uocat alteram partem acies, die spitze.

Vbi centurio est) *centurio à centum militibus, quibus præfectus erat, appellatus est, sicut & Græci à centenario numero uocant* ἑκατόνταρχον, einer, der hundert knechte vnter jm hat. Germani uocant, einen heuptman oder feldwebel.

Manipulus furum] *In legione sunt 60. Centuriæ. 30 Manipuli. 10 Cohortes. Manipulus igitur habet 200. milites. Cohors 600. Centuria 100 militibus constat. Inde centurio appellatus, qui præest centuriæ. h. e. 100. militibus. Plena igitur legio habet 6000. hominum. Vegetius lib. 2. Cap. 1. & 2. Romani legiones habuerunt, in quibus singulis, sena millia interdum, amplius militare consueuerunt. Sæpe autem Liuius aliâs 4000. hominum, aliâs 5000 peditum, equitesq; 300 Legionem uocat. Vt libro 8. Decad. 3. & lib. 8. ab urb. Cond. Item lib. 3. Decad. 3. Quin & lib. 9. Decad. 3. Sena millia, 200 pedites & 300 equites in una legione numerat. Prima autem cohors reliquas & numero et dignitate præcedebat. Veget lib. 2. Quemadmodum autem inter pedites Centuria uel manipulus appellatur, ita inter equites turma dicitur. Et habet una turma equites 32. Huic qui præest Decurio appellatur. Vege. lib. 2.*

Imperatoris virtutem noueram] *Virtus hic audaciam, seu animositatẽ, ut ita dicam, significat. Germani recte uocant, manheit & Manhafftig. Hinc Cicero lib. 2. Tusc. Quæst. Recte disputat, uirtutem à uiris nomen esse mutuatam. Sic & Liuius lib. 5. Decadis 3. In quibus uirtutem ostendant. Supra dixit.*

Hic

Hic uir uidetur esse quantiuis præcij.

Ego ero post principia] Vegetius lib. 2. de re militari testatur, principales in acie milites, proprie dici principia. Esse igitur post principia, est in tuto, & citra periculum esse. Nam summum periculum est ijs, qui in prima sunt acie. Quia igitur Poeta timidum Thrasonem describit, quantumuis ferox uelit uideri, ideo etiam collocat eum post principia. Nam ille locus timido nebuloni conueniens erat, Zweit darauon ist gut fur den schoß. Quod Græci dicunt, ἐξω βελῶν. i. extra teli iactum. Inde προμάχεσθαι Pugnare. Inde dicuntur πρόμαχοι, qui se in prima acie strenuos gerunt. Sic est apud Homerum libro 9. Iliad. μὴ δ' αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισι, μάχεσθαι. Eadem uox extat apud Salust. in bello iugurt. Aciam sicut instruxerat transuersis principijs in planum deducit, & in Catil. Versari in prima acie Principia significant etiam loca, quæ Græce ἀρχεῖα, corrupte arciua, in quibus seruentur leges, & acta publica & scripta, atque ipsi iudices eo lem solent ad iudicandum conuenire. Sic est in uita Galbæ apud Plutarchum. Sic Liuius lib. 7. Immiseriq; militi centuriones, nec non in circulos modo fremere, sed etiam in principijs, ac in prætorio sermones in unum confundere, &c.

Cauit sibi loco] .h. e. Prospexit sibi, ut sit extra telorum iactum, ne periclitetur, Er wil weit daruon sein, das ist gut fur den geschoß.

Idem hoc Pyrrhus factitauit] De summis

Imperatoribus ex colloquio Scipionis & Annibalis ex Liuio lib. 5. Decad. 4. Claudius secutus Græcos Acilianes libros P. Africanum in ea fuisse legatione tradit, eumq; Ephesi collocutum cum Annibale, & sermonem etiam unum refert, quo quærenti Africano quem fuisse maximum Imperatorem Annibal crederet, respondisse Alexandrum Macedonum regem, quod parua manu innumerabiles exercitus fudisset, quod ultimas oras supra spem humanam peragrasset, quærenti deinde quem secundum poneret? Pyrrhum dixisse, castra metari primum docuisse, ad hoc nemimem elegantius loca cæpisse, præsidia disposuisse, artem etiam conciliandi sibi homines cum habuisse, ut Italicæ gentes regis externi, quam populi Romani tamdiu principis in ea terra imperium esse mallent, exequenti deinde quam tertium diceret? Haud dubie semetipsum dixisse, tum risum obortum Scipioni, subiecisse quid nam tu diceres, si me uicisset? Tum me uero, inquit, & ante Alexandrum & ante Pyrrhũ, & ante omnes alios Imperatores esse, & perplexum Punico astu responsum, & improuisum assentationis genus Scipionem mouisse, quod e grege se Imperatorum uelut inæstimabilem secreuisset.

Hic nebulo magnus est] Nebulonem opponit uiro, id quod obseruandum est. q. d. Videtur præ se ferre magnam uirtutem, magnum animum, sed timidus nebulo est, nec est, quod uult uideri. Er ist ein loser ebentewer, ein vorzagter bößwicht, homo uentosus est. Nam uentosam linguam uocat

Virgilius.

Virgilius, quæ uerbis tantum est ferox re nihil præstans.

Facerent fugam] Vide Linacrum lib. 1. de modo potentiali. Cicero pro Domo facere fugam dixit, pro, facere ut fugiant, & penè fugare.

Principio dico eam esse liberam] per leges non licebat uendere liberum hominem. Si autem ignoras quis uenditus esset, licebat ei proclamare in libertatem & agere liberali causa qua in libertatem uindicebatur. Sic puella dono data Thaidi à Thrasone, qui eam emerat ut seruam, per fratrem Chremetem in libertatem uindicatur liberali causa, atq; ita restituitur libera, quanquam uendita & empta. Huc refer locum ex Adelph. Neq; uendendam censeo quæ libera est. Nam ego illam liberali asséro causa manu.

Animus est in patinis] Prouerbium, quo licebit uti, cum ob sollicitudinem ad id erit aliquis, quod agitur, in præsentia parum attentus. Erasmus.

Quam armis) Aut Antiptosis est armis, pro arma, aut Eclipsis, ut addatur uerbũ, agere, Donatus.

Hic furti se alligat] Plautina figura est. Sic enim etiam loquitur, Hic furti se adstringit. h. e. se obnoxium facit, reum facit, er schüldiget sich selbst. Est autem Metaphora.

Iam dimitto exercitum] Verbo proprio usus est, wir wollen abziehen. Sic & dicimus, Dimittere senatum, den rath auff geben. Habere senatum, radhalten, oder zu radhausse gehen. Vtrumq; est apud Ciceronem. Sic est in Epist. 2. libro 1. Senatus est dimissus, man

ſus, man hat den rath auffgeben, man hat ſie laſſen heim gehen.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT Textum Act. IIII. Scenæ VII.

Epitaſis ridicula. Thraſo uenit oppugnatum ædes Thaidis, eſtq; exitus harum minarum dignus Thraſone, ſicut uulgo dici ſolet, parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus. ἄλλως. Epitaſis prioris partis in fabula. Eſt autem perridicula, & Thraſone digna quid dimicare uelit cum multercula, & præſe ferat magnam uirtutem, uim, & ferociam cum re nihil ſubſit. Supra, Verba dum ſint. Infra, poſt principia. Item Nebulo magnus eſt. Item ſtolidus eſt, ſtertit noctes & dies. ἄλλως. In hac Scena Poëta abſoluit picturam ſupra cæptam. Deinde admirabilis eſt & inuentio. h e. res & uerba res ſignate efferentia. Adeo neutra pars eruditionis deſtituit optimum Poëtam. Semper habuit inſtructam, & diuitem ſuppellectilem optimorum uerborum dicturus de quacunq; re, ut prorſus nihil poſſit dici abſolutius, In loco militari ſeu caſtrenſi uſus eſt uocabulis militaribus, &c. Hanccine) Initium eſt Thraſonicum. Quia antea rem communicauit cum ſuo Gnathone, tanquam conſiliario. Sed Gnatho non ſui immemor monet potius, ut deſiſtat incipere bellum, quam adhortatur. Ibi crumpens ex affectu & ab abrupto corrigit Gnathonis conſilium, dicens, Magna iniuria affectus eſt. Igitur uindicabo. In me]. i. etiamſi tu aliud dicas, ſol ich das dulden vnd

leiden.

Leiden. Contumeliam].*i.* Thaidis. *Hæc uerba sunt accipienda pro hortatu Imperatoris.* Tam) *i. tantam.* Accipiam].*i. patiar.* Mori]Hoc *addit, pro illa simulata fortitudine & affirmat hoc iureiurando.* Satius).*i. quam ut patiar hanc contumeliam meretricis.* Si malio] Vocat *suos milites.* Nomina *autem sunt nenuſte cogitata à* Poeta. Iam primus præcedit Thraſo, *antequam adeſt periculum.* Si malio ἀπὸ τοῦ σι μοῦ *cuius nares inſtar ſimiliæ depreſſæ erant.* Donax *nomen habet ab arundine.* Syriſce] Diminutiuo uocabulo *ſignificat ipſum habere nihil uirium.* Sequimini] *id eſt, ego ero dux ueſter.* Proiecit ampullas, *& ſeſquipedalia uerba, ut ait* Horatius. Primum] Propoſitio, *quid uelit facere.* Aedes]*id eſt,* Thaidis. Expugnabo]*id eſt, equetur ſolo, ut ſit area tantum.* Recte] Ironica *aſſentatio, qua approbat ipſius propoſitum, quo uelit expugnare ædes.* Virginem].*i. dono datam* Thaidi. Probe] Aſſentantis *eſt.* Ipſam]*id eſt,* Thaidem. *Magnifica ſunt uerba, & re ipſa nihil.* Pulcre) Etiam *aſſentationis eſt. Hæc autem omnia ſunt dicta à* Poeta *tantum irriſorie. Quia non eſt rectum, expugnare ædes. Non iuſtum eripere uirginem. Non pulcrum, mulctare mulierem. Syriſci dicuntur ſerui oriundi ex Syria.* Donax) Compellantis. Eligit *autem illum ex magna multitudine, & inſtruit exercitum.* Agmen) *id eſt, ueni aut procede.* Vecti] *id eſt, mit einem rigel oder tremmel, ad expugnationem ædium.* Vecti].*i. haſta ex ferro facta, ſeu inſtrumento ferreo parietibus perfo-*

diendis

diendis apto. Si malio] Compellantis. Ipse autem non est armatus, sed tantum habet torturam oris. Cornu] id est, partem acici. Dextrum] .i. Cornu procedas. Cedo] id est, euoca, dic. Respicientis & gloriantis est, quod ita instruxerit exercitum. Cornua dicuntur ipsa latera exercitus, quorum unum habebat sexagenos milites secundum Strabonem. Centurio) Appositiue Turcis est wagar. á centenario numero nomẽ habens, cui præfuit. Sanga) Ein koch. Donax) .i. prodeas. Manipulum furum uocat gregem seruorum, quem secum trahere uelint, uel calonum, qui exercitum sequuntur, uel uelites, der verlorne hauff, der troß. Qui exercitum describit, utitur etiam his uocabulis. Calo ein trosser. Eccum adest] Germani in lustratione exercitus [wen man musterunge helt] Respondere solent. Alhie ist der man, uel, Ich bring den man. Furum) id est, seruorum. Adest) id est, centurio cum manipulis furum. Dicit de se & seruis suis.

Ignaue) id est, Sanga. Corripientis est. Ne) pro, num. Peniculo) mit einem schwamp, oder, fleder wische, oder fuchsschwantz. Peniculus est generis masculini, & hic est Enallage, Quia subijcit genus neutrum. Significat autem hic spongiam, qua utimur ad aliquid detergendum Istuc) .i. peniculum. Egone) .i. rogas, quare hoc faciam. Pulcrum est, quod respondetur á Sanga. Egone) id est, cogitarem pugnare cum pniculo. Imperatoris) Ironice hæc dicit irridens ipsum Thasonem. Noueram) .i. te Imperatorem.

Dicit,

Dicit quod se simulet esse Imperatorem. Vim].i. audaciam. Militum).i. tuorum erga hostes. Hoc].i. bellum. Vulnera) Vult significare, quod non ueniet ad plagas. Qui)id est, quo periculo. q.d. ego adsum tanquam Medicus. Abstergerem) Priscianus legit abstergere. Penultima longa a ueteri uerbo abstergeo. Apud Quin. Curtium quoq; libro 9. abstergeri in secunda coniugatione reperitur, ut & extergeri apud Marc. Varronem libro 3. de Re rustica. Vbi alij] Hoc ipsum est, quod uult significare Poëta, scilicet, eum esse tantum Imperatorem. Malum] Malum hoc loco stomachantis & indignantis interiectio est. Nos Germani sic uertimus. welche andere in Teuffels namen. Sic infra in Phorm. Quid tua id malum refert. Alij]id est, de quibus tu interrogas. Seruat) id est, remanet ut obseruet. Solus] Venustissime addit hoc, quo significat mendicitatem Thrasonis. Quia Thraso ipse quasi in lignari cæperat, neminem adesse.

Tu) .i. Gnatho. Hosce).i. Sangam & alios, qui uenerant, scilicet, manipulum furum. Instrue].i. ordina, colloca unumquemq; in suum ordinem, mache die ordnūg. Post principia).i. post primos aut præcipuos milites, im hinderſten hauffen. Cum propius accedit ad domum, tum cogitat stare in loco tuto & hoc admodum dehonestat Imperatorem Thrasonem. Hic plane nullum habet animum, & committit totum negocium Thrasoni. Principia] .i. in eo loco, qui est in ucie tutissimus. Dabo).i. ubi ego fuero in tuto. Signum] .i. aggrediendi, quomodo uobis sit pugnandum.

um. Ich wil jnen ein warzeichen geben, wie sie den angrieff thun sollen. Omnibus) id est, militibus. Illuc] Epiphonema, in quo irridet Thrasonem ad spectatores, indicans nullum esse animum in Thrasone. q. d. hoc est sapientis hominis. Vt] .i. postquam. Hosce] .i. milites, seruos. Loquitur δεικτικῶς. Cauit] Er vorsicht sich am besten. Exponit quod Thraso dixit Ero post principia. Allegat hoc tantum arrogantiæ causa. Pyrrhus) id est, qui noluit temere se cõijcere in periculum. Excusat suam turpitudinem ab exemplo Pyrrhi regis Epyrotarum. Hodie dicitur rex Albanorum. Pyrrhus] id est, ille præstans bellator. Viden'] Hoc dicitur, quod admodum sit meticulosus. Thais] communicantis. Hic] id est, Thraso. Agit) id est, rem seriam. In domo hæc loquitur. Nimirum] Laudat, quod antea dixit de occludendis ædibus. Rectum) id est, quod ego dedi. Consilium) q. d. sine dubio recte à nobis fiet, Er ist wol bedacht. Aedibus) id est, priusquam ueniret miles. Hoc dicit tanquam rusticus. Sane) Meretrix astute incipit reprehendere adolescentem, qui admodum timet. Sane] .i. hoc nihil est. Vir] id est, forti animo præditus, von dem du viel beltest, quod sit prægrandis. Hic) Confutat hoc & dicit, quod plerunq; solet accidere, ut prægrandes sint timidiores. Ie gröſſer, ie vngeſchickter. Nebulo) .i. homo nullius animi.

Quid uidetur) id est, de prælio ineundo. Ego sanè hoc militem puto dicere, quem paulatim á uiolentis atque acribus principijs ad terrorem, desidiamque perducit

perducit timor, Quid] Aptißimum eſt, quod incipit iam timere & dicit, ſe nihil ſcire, quid faciendum ſit. Fundam) Ein ſchlauder. Irriſio eſt. q. d. quandoquidem emimus uis congredi, admodum timidus. Dari) Significat Thraſonis timiditatem. Illos. i. meretricem cum ſuis. δειλιᾶσ. Facerent] id eſt, cogerentur facere. Eſt potentialis modus. Gnatho tantum ridet militem. Sed) Argumentum planè contrarium ijs, quæ antea dixit, & tantum aſpiciens eam neſcit, quid ſit faciendum. Video) Vox timidi Thraſonis. Irruimus] id eſt, in ædes, wollen wir doran, laſt vns ende geben. Argumentum à facili. Quia uidet militem Thraſonem admodum meticuloſum. Mane] Dehortatur & utitur tantum uoce Thraſonis. Vult enim ſignificare non fortitudinem aliquam, ſed timiditatem. Omnia] Sententia duce belli non indigna. Sapientem] id eſt, qualis ego ſum. Armis]. i. tentare uel agere, aut eſt ἀναχόλουθον pro, quam arma. Hoc tantum dicit, ut habeat operculum timiditatis. Sine vi] id eſt, ſua ſponte, non coacta. Faciat). i. Thais. Dij] Admirantis eſt. Imprudentißima autem aſſentatione prædicat illum militem eſſe ſingulari prudentia ornatum. Quanti eſt ſapere) id eſt, quam pretioſa res eſt ſapientia, wie ein fein ding iſt es vmb einen weiſſen man, der etwas kan. Abſcedo) Ridicule ei ſtolido ſummam tribuit ſapientiam.

Thais) πρέπουσ habet rationem, cum contumaciam affingit meretrici, eſtq; expoſtulatio ſatis dura. Cum tibi) Argumentatur ab eo facto, quo

conuenerit inter eos. Do] pro, darem. A promissis proponit. Dare te) i. operam daturam sine riuali, uel, excludere cæteros omnes amatores. Quid tum) contumaciter respondet Thais, & ita confutat illius interrogationes. Quid) Ridentis est. Dare te]. q. d. te nemimem alium admissurum. Rogitas]. i. quid aliud fuerit. Propositio expostulationis. Amatorem] i. Chremetem. Ante oculos]. i. coram, mirzu trotze. Quid]. i. Thrasone. q. d. Thraso non est dignus, cui respondeas. Hæc secum loquitur, ne audiat Thraso, quem contemnit & indignum iudicat, cum quo loquatur. Irridentis est. Eo] id est, amatore. Pergit in expostulatione. Libuit] Superbum & meretricem uerbum est. Pamphilam) i. dono datam á me. Ergo] id est, quia hoc non seruas, quod es pollicitus, & habes alium amatorem. Redde) Conclusio Syllogismi. Vi). i. uiolentia. Eripi] id est, Pamphilam. Minantis est. Tibi] q. d. non licet tibi tangere puellam, tantum abest, ut eripias. Chremes iam confirmatur, postquam audit illum esse fatuum. Illam] id est, puellam. Omnium) id est, perditissime, scelestissime, pessime. Apostopesis uel Eclipsis pathetica. Ah) Reprehendentis, estq; Gnathonismus ad Chremetem adolescentem. Tace]. f. rustice. Quid] Moris est magnas esse minas hominum meticulosorum. Ideo omnia uerba Chremetis sunt plena minis. Meam] id est, uirginem á me emptam meo ære. Quid] id est, quare non loquerer cum Thrasone. Tangam] Argumentatur á iure seu licito. Tuam] Hic locus est

generis

generis iudicialis. Habet enim controuersiam de puella, cuius sit. Est autem status negocialis. Tuam).i. tangeres, uel, audes dicere. Eclipsis est. Furcifer) conuicium conueniens rustico.

Caue) h. e. consulo, ut taceas. Obiurgantis est cum quadam admiratione. Extollit autem Thrasonem, tanquam regem. Sis) Blandientis est. Viro) .i. quam animoso. Addit ad id, quod dixit furcifer. Tu).i. Thraso. Interminantis uox. Scin) conuertit se ad Thrasonem. Cæperis] .i. tumultum excitaueris in uirgine eripienda. Hic) .i. ante ædes Thaidis. Faciam) uersiculus mutuo sumtus ex Plauto, id est, ex captiuis. Miseret) Ridet militem, & rusticum adolescentem. q. d. tu non deberes alloqui tantum hominem. Tantum] .i. tantæ autoritatis uirum. Homines) .i. existentem Imperatorem. Diminuam) Plautus utroq; usus est. Nam in Rudente, si præter hæc unum faxis hodie, inquit, ego tibi comminuam caput. Idem in Amph. Hac tegula tuum diminuam caput, ut cum dentibus linguam exscrees. Caput] Synecdoche pars pro toto. Abis).i. in tempore. Ain'] facit etiam conuicium & subsannat eum. Refertur hoc ad gestus Gnathonis. Canis uocatur, qui est impudens. q. d. furiose uel impudens, sicut apud Homerum sæpe est uox κυνὸς pro impudenti. Agis].i. insanis. Quis) id est, Chremes. ἐπιτροχασμὸς est, cum multæ interrogationes repetuntur. Tu] ad Chremetem respondit. Vis] id est, quid cupis. Illa).i. puella. Agis) id est, audes hoc interminari. Scibis].i.

dubies. Vide locum in Adelph. Act. 2. Scen. 1. de liberali causa, qua in libertatem proclamantes restituebantur liberi quanquam uenditi. C. de liberali causa. Liberam] primum argumentum sumitur á conditione personæ, Libera est. h. e. ingenua, natura uel conditione. Ergo nullam debes illi inferre iniuriam. Hem Illudentis interiectio. Ciuem] id est, dico. Secundum argumentum sumitur á patria. Hui] Eleuantis seu admirantis illius audaciam. Meam] Tertium argumentum sumitur á cognatione, genere, seu nobilitate. Quia soror est mea, cur ergo meam esse non dicerem & tangerem. Os durum] id est, impudentem hominem, mendacem, uanum. Estq; Synecdoche. Miles) Inuidiose dictum, & subijcit interminationes. Edico] compellatio cum magna ignominia. Nutricem) Nutricis fuerunt tanquam custodes additæ puellis. Signa) id est, monumenta, quibus probari posset hanc meam esse sororem. Loquitur autem de monumentis, quæ in cista erant. Tu ne) repetit, quod antea dixit. Prohibeo) ἐπίτασις est in (meam) quod uerbum cum non confutat Chremes, furti insimulatur. Audin'] Admonentis. q. d. ex uerbis poteris colligere esse reum. Abrumpit contentionem, ne fiat Tragœdia, & hoc facit astute Gnatho. Quia est memor conuiuioꝝ. Hic) id est, Chremes. Alligat) Ostendit Chremetem esse reum. Quia eam suam refert, quæ non est soror. Tibi) id est, intellexisti, quid uelit. Satis) id est, quod sit reus suis uerbis. Ais) id est, esse istius adolescentis uirginem. Tu] id est, Thais.

Idem]

Idem) *interrogatiuè hoc dicit.* Quærere] *Contemnit ac confutat eum, quasi indignum, cui uelit respondere. q. d. nolo tecum loqui.* Quære] *id est, alium, ego non respondebo tibi.*

Quid nunc] *Vide, quam ridicule remittat suum uanum impetum stultus & glorioſus miles, & quomodo infecta re dimittat popinarium ſuum exercitũ, cum neq; ædes expugnauerit, neq; ui eripuerit uirginem. Et adeo contemtim habetur à Thaide, ut ne responſo quidem eum dignetur aut colloquio.* Agimus) *Noua conſultatio & ridicula.* Quin redeamus) *Bembus legit. Gn.* Quid? *redeamus. Libenter uult eſſe in conuiuio. Igitur dat bonum & utile conſilium.* Redeamus] *id est, ad noſtras ædes.* Hæc) *id est, Thais. Obſerua frigidum & ridiculum turbæ exitum. Supplicem eſſe, est permittere hoſti poteſtatem uitæ & necis, idq; cum fit requiritur mitigatio, Sich in gnade vnd vngnad begeben.* Credin') *Interrogat, quia hoc aliâs nunquam factum est.* Supplicans) *Argumentum ab utili, tibi abeunti ſupplicabit. Additur ratio à natura mulierum, quæ parum ſibi conſtant.* Imo) *id est, credo futurum* Ingenium] *id est, naturam.* Bene) *Laudat conſilium.* Dimitto] *id est, qui illi erat mandatus.* Sanga) *Hoc pertinet ad Gnathonem.* Viciſsim) *id est, è contrario, dagegen. Valla libro 2. cap. 60.* Iamdudum) *Significat, qualis ſit miles.* Animus) *Iocus comicus est. In hoc enim loco uſus est hoc prouerbio, cum deſcriberet popinarium exercitũ, ut curã culinæ ſeu fõci, & patinarum ei tribueret.*

Frugi] *id est, miles.* Laudantis est. Vos] *id est, milites.* Redit ad *suam iactantiam.* Ergo *hæc scena referenda est ad disputationem de uera & simulata fortitudine, magnaq; est differentia inter eas ad discernendos homines mores, uoluntates, & ingenia. Alij φύσει. h. e. natura sunt fortes, ut* Cato. *Alij δόξᾳ. h. e. persuasione seu imitatione, ut* Brutus *imitans Stoicos.* Habebat enim *exemplum Catonis. Alij sunt fortes simulatione seu βούλησι, ut* Thraso *in* Comœdijs. *Alij προαιρέσει seu iudicio recto, ut* Cæsar. Ipsum autem *genus orationis in hac scena pertinet ad genus iudiciale.* Finis huius Scenæ est cognitio, *quod tantum sint apud* Thrasones *ineptiæ & magnifica uerba.*

ARGVMENTVM IOAN. STIG: IN ACT: V. SCEN: I.

pergin', &c.

In hac Scena animaduertit Thais uiciatam esse uirginem. Itaq; expostulat cum ancilla de custodia uirginis, grauiter obiurgans eam, quod Eunuchi rationem non habuerit, & pertinet ad genus iudiciale. Accusatur enim ancilla negligentiæ ac socordiæ, quæ tuetur sese á persona Chæreæ, qui ei traditus sit á Thaide tanquam Eunuchus, in eumque reijcit culpam. Cæterum obseruanda est curiositas muliebris in inuestigandis familiæ erroribus & famulorum in dandis de culpa admissa responsis, dißimulatio ac tergiuersatio. Porrò cum serui debeant rei familiaris quasi

quasi animata instrumenta esse, ut M. Crassus dicebat magna seueritate ac cura gubernari ac obseruari debent. Nusquam enim hodie est maior peruersitas, quam in ijs, qui seruuli conditione uitam sustentare coguntur.

ALIVD Casp. Crucigeri.

Sequentes scenæ usq; ad descriptionem καταστροφῆς absoluunt ἐπὶ τασιν posterioris partis in fabula de illis uidelicet turbis, quas adolescens Chærea in ædibus Thaidis excitauerat. Porrò in hac scena Thais omnium rerum ignara domum rediens ab ancilla sollicite inquirit, quomodo omnia domi sint curata. Cum uero ad uirginem uentum est, quam præceperat diligentißime curare, statim colligit coniecturis ac signis aliquid mali accidisse uirgini. Post uarias itaq; deliberationes & interrogationes serio expostulat Thais cum ancilla, quæ cupiens se hac turba euoluere, & uirgini gratum facere, nihil clare neq; de Eunucho, neq; de uicio uirginis principio fateri uoluit. Tandem uero intelligens se frustra tergiuersari, incipit fateri uicium oblatum esse uirgini. Vt autem se omnino liberet culpa & reconciliet Thaidem, Chæream digito ostendit, quem autorem accusat, omnium turbarum, quæ exortæ erant in ædibus Thaidis.

ALIVD Ambrosij.

Posteaquam Thraso infecta re unà cum suis discesserat non sine maximo risu, Thais interim in-

greſſa in ſuas ædes, uolens reddere Chremeti ſororem, puellam ſatis triſtem ac miſeram inuenit, & intelligens ex ancilla uiciatam eſſe, redditur perturbatiſſima. Ex hac re exiſtunt nouæ turbæ alterius Epitaſis in fabula. Primum enim ſerio obiurgatur ancilla. Deinde Chæreæ adoleſcenti maximum imminet periculum, uide tamen, cum oſtendit ſe ſupplicem, facile liberatur.

ALIVD EIVSDEM.

Poſt Thraſonis diſceſſum ilico Thais domum ingreſſa cupide puellam dono datam à milite uidere, & cum ea colloqui deſiderat. Hanc, quia triſtem & lachrymantem uidit, ancillam Pythiam, cui abiens curam domus commendaueret, ſollicite interrogat cauſam lachrymarum, & quid nam acciderit. Hæc uero, quia reſpondet primum perplexere tamen poſtea ingenue confitetur uiciatam eſſe puellam, durius obiurgatur à domina, quod in ea re probe curanda tam fuerit indiligens, ſed excuſat ſe ancilla mandato Thaidis, quæ abiens commendauerat puellam Eunucho. Præterea ut ſatis faciat ancilla Thaidi, & ut ipſa diſcedat nullo accepto malo, oſtendit auctorem uiciatæ puellæ, maximopere cupiens, ut propter illius indignum facinus nouo quodam modo ſupplicij plectatur.

ALIVD ἄλλο.

Sequentes Scenæ abſoluunt ἐπίτασιν posterioris partis in fabula, quas excitauit Chærea. Nam Thais nunc primum ex ancilla reſciſcit uicium oblatum eſſe uirgini,

uirgini, tametsi illa conetur tergiuersari. Itaq; hæc res male habet Thaidem, quæ iam cupiebat Chremeti fratri restituere puellam.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. AND: MISE: in Act. V. SCEN: I.

Perplexe loqui) h.e. Obscure, intricate, ut eum dico, Tam perplexe mihi respondet, ut non possim aliquid certi colligere. Contrarium est, aperte extricate. Vide Pro: ueritatis simplex oratio.

Quem lupo commisisti] Cicero 3. Philip. O præclarum custodem ouium, ut aiunt lupum. Ouid. Iisdem sub tectis hospes & uxor erant. Accipitri timidas credis furiose columbas, Plenum montano credis ouile lupo. Prouerbium autem hoc loco est, quo utimur significaturi creditam esse alicuius fidei eam rem, quam sibi commissam optabat, ut perderet, ut suæ libidini indulgeret, ut, si adolescenti puellam committas, si auaro Theologo curam ærarij, den bock zum gertner setzen.

Tum quæ eius confidentia) Confidentiam in uicio posuit contra Ciceronem. Sic enim inquit 3. Tusc. Quæst. Qui fortis est, idem est fidens. Quoniam confidens mala consuetudine loquendi in uicio ponitur, ductum uerbum à confidendo, quod laudis est supra in Andr. in laude posuit in descriptione Critonis. Ellum confidens, Catus. Infra in Phorm. Homo confidens.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT Textum Act. V. Scenæ I.

Innotuit Thaidi esse uicium oblatum uirgini. Expostulat igitur cum ancilla, estq; hæc scena præfatio quædam & aditus quidam ad sequentem turbam. ἄλλως. Nunc ordine dicit de periculis, in quibus uersatur adolescens. Est autem hæc scena tantum quædam expostulatio cum ancilla, quod non adhibuerit diligentiam in obseruanda puella. Pergin') Propositio expostulationis, scelesta uicium aperte loquere. Fingitur enim Thais maxime irata & significat sibi hoc maxime displicere, quod fuerit tam indiligens, & propterea iustas commeruisse pœnas. Scelesta) Compellantis uox, & præ nimia iracundia non nominat Pythiam. Perplexe) Admodum erudite dictum, non uerbis fateri uerum, ueritatis enim simplex est oratio. Fingitur, quod sit promissa aliqua longa excusatio ancillæ. Loqui) q. d. tu dissimulas uerum. Scio] Subinde dicis. Exponit mimesi, quæ sit illa perplexa oratio. Nescio] id est, stupratam ab Eunucho. Abijt) i. Eunuchus. Adfuit] A. domi esse factum aut admissum aliquid. Adfuit) id est, cum hæc fierent. Pharmaca, quibus cupit tegere mendacium. Non tu) Admonentis cum quadam interminatione. Quicquid) .s. factum. Virgo) Argumentum à signis præsentibus est consciscsa, 2. obticet. 3. lachrymatur. 4. Eunuchus abijt. Obticet) id est, pudet eam fateri. Reticere dicitur de ijs, qui nobis dolorem siue sollicitudinem af-

nem afferunt. Obticere uero de ijs, quæ nos pudet loqui, vorschweigen, das sich einer schemet zu sagen. Factum) id est, dicas mihi. Taces). i. non dictura es. Monentis iterum est cum interminatione. Quid) præcatur ueniam. Fingit se quoq; mirum in modum affici ista iniuria. Illum). i. qui affuit. Eunuchum) id est, missum á Thaide. Quamobrem) Epilogus. Non est igitur, quod factum dißimules. Quis). i. Si non fuit Eunuchus. Chærea) Magno cum dolore dicit. Ephebus). i. cui prima lanugo in barba incipit crescere. Phædriæ). i. amatoris tui. Ostendit, quare non fuerit uerus Eunuchus. Quid ais) Non uult credere, quia facile absoluet adolescentem. Venefica) Subinde exurgit oratio. Atqui). i. sed. Comperi) .i. esse fratrem Phædriæ. Obsecro) Dolentis est hoc loco. Is). i. Chærea. Quid). i. quare uenit. Nescio) Admodum meticulose respondit. Nisi) Corrigentis. Allegat causam. Amasse) id est, Chæream. Pamphilam) id est uirginem. Id) id est, propter id. Hoc dicitur ut significet esse uerecundam puellam. Sacrilega) id est, quæ permittis hoc fieri. Auxesis. Istuc ne). i. num istuc tibi comminata sum. Credita) id est, commendata, commissa est puella. Iusti) συγκοπὴ καὶ μεταπλασμὸς. Est acute hoc exeogitatum á Poëta. Scelesta] Reprehendentis. Cum enim nihil habeat, quod dicat domina, utitur superiore uocabulo & eam idcirco reprehendit, quod puellam tam indiligenter obseruauerit. Commisisti) q. d. Tu non recte curasti rem in mea absentia. Tu debuisses

isses longe aliud cogitare. Hoc prouerbio significatur, hoc esse illi concreditum, qui ipsemet opus haberet custode. Deinde cum putamus nos credere aliquid amico, qui tamen maxime est inimicus. Data) *id est, cum tale nihil curauerim, in alijs rebus fui diligentißima.* Quid hominis) *id est, qui homo indutus ueste Eunuchi.* Illic) *id est, qui hoc commisit. Iam uidet Thais indutum uestitu Eunuchi, & incipit mirari.* Dispudet) *id est, prorsus pudet. Parasceue sequentis Scenæ.* Hera) *Blandientis.* Tace) *id est, ne sis tam sollicita inuento iam Eunucho.* Habemus) *id est, reum Chæream. Fingitur enim Eunuchus sua sponte appropinquare & hoc dicitur de incessu.* Vbi is est) *Incipit secum disputare.* Hem) *Admonentis.* Sinistram] *id est, uides nobis esse proximum,* δεικτικόν. Video) *Assentientis.* Comprehendi) *id est, Eunuchum. Hoc facit ancilla, ut liberetur ipsa ab omni periculo, & dicitur hoc propter sequentes orationes ancillæ.* Potes) *id est, cito, nach dem vleißigsten.* Quid) *id est, iam comprehenso.* Stulta) *Reprehendentis.* Faciam) *id est, quod hoc iubeam, ut depræhendatur.* Vide) *Adhortantis, blandientis, & communicantis. Allegat, quare debeat comprehendi, & coarguit illius impudentiam.* Os) *id est, habitum oris. Ad mores pertinet hoc locus, cum impudentiam & immodestiam uicio uertit in adolescente. Nulla enim uirtus est tam admirabilis & spectabilis in tenella ætate, quam modestia. Supra in Andr.* Impudens) *id est, inuerecundus. Synecdoche.* Non est] *id est,*

impudens

impudens os. Inficiantis simpliciter. Oratio sibi non constat, id quod ad decorum personæ pertinet. Loquitur enim consternata mulierecula, quæ modo fatetur, modo negat. Tum)id est,præterea aspicere potes. Confidentia] id est, audacia. Exponit, quod dixit antea,os impudens.

ARGVMENTVM IOAN: STIG: IN ACT: V. SCEN: II.

Apud Antiphonem.

In hac Scena dispositio est, quod Chærea primum indicat causam, quare inter uias Eunuchi uestem mutare non licuerit. Deinde expostulat Thais cum Chærea promittens se ducturum uxorem uirginem à se uiciatam. Estq; hæc Scena Paraseeue uel initium Catastrophes,ad quam miro artificio festinat Terentius. Porro per disceptationem Pythiæ cum Chærea describitur natura garrulæ & loquacis ancillæ. Locus communis potest esse de moderatione adhidenda in puniendis delictis.

ALIVD Casp. Crucigeri.

Prior pars huius Scenæ ad Epitasin pertinet, cum Chærea ornatu Eunuchi oberrans in ipsam Thaidem. Et deprehensus pro Eunucho respondet, & quasi supplex deprecatur culpam. Et Thais primum dissimulat se nosse eum qui sit. Postea serio cum ipso expostulat, sed tamen mitius, quam pro re, ut illius animum, quem uidebat amare, magis alliciat ad nuptias.

nuptias. Huic subijcitur purgatio adolescentis, qui captandæ beneuolentiæ causa ostendit se cupere illam uxorem, & utitur inuersio, quod speret eam rem fore occasionem necessitudinis potius, quam irarum, & offensionis. Postea sequitur translatio ex statu qualitatis. Reijcit enim causam peccati in amorem. Atq; hinc ad καταστροφὴν acceditur. Incipit enim cum Thaide deliberare adolescens, quomodo uirginem ducat uxorem.

ALIVD M. Ambrosij.

Persuasus Chærea ingredi uoluit ædes parentum Antiphonis, ubi quam primum mutaret uestem. Pudebat enim adolescentem ire in publicum lacera ueste Eunuchi, ne cognosceretur auctor esse tam indigni facinoris, sed præter spem euenerat. Præsentia enim parentum Antiphonis obstabat, quo minus suam uestem potuit induere. Redit itaq; in uiciniam eadem ueste indutus partim dolens, quod non potuerit mutare uestem, partim etiam eis lætus, quod in tempore amici cuiusdam conspectum ueritus aufugerit. Sic autem oberrans in ipsam Thaidem incidit, á qua deprehensus pro Eunucho supplex deprecatur culpam. Hunc Thais primum dissimulat nosse, qui sit. Postea uero cum illo expostulat, sed tamen melius, quam conueniebat. Quod ideo facit meretrix, ut animum adolescentis, quem amore captum uidebat, magis alliciat ad nuptias. Cæterum diligenter purgat se adolescens & simul ostendit se expetere uirginem uxorem

propterea,

propterea quod hæc res occasionem possit præbere magnæ necessitudini. Causam peccati in amorem reiicit. Ita postrema pars orationis tota accedit ad κατασκευήν, Nam non obscure deliberare incipit cum Thaide, quomodo commodissime, & quamprimum uirginem uxorem ducat.

ALIVD EIVSDEM.

Videbatur imminere adolescenti Chæreæ magnum periculum propter uiciatam puellam. Verum is suis precibus & propter formam singularem facile liberat se omni periculo & bonis uerbis iratam Thaidem omnino placat, cum qua etiam quod iamdudum in animo habuit, consilium communicat, quod eam puellam uelit uxorem ducere, idque fieri posse affirmat uoluntate sui patris. Sicut autem admodum propitiam habet Thaidem, Ita econtra inimicissimam experitur ancillam Pythiam. Sed eius iram facile contemnit adolescens, cum in magna gratia sit apud ipsam dominam.

ALIVD ἄδηλον.

Expostulat Thais cum Chærea de uiciata puella, quæ audita excusatione adolescentis & animo cognitio, quod uiciatam uelit uxorem ducere, facile placatur, & desinit eum durius obiurgare. Hæc lenitas Thaidis admodum male habet ancillam, quæ nihil aliud capit nisi ut indignis tractetur modis. Sed facile contemnit adolescens iram ancillæ, cum habeat heram in omnibus propitiam.

ANNO-

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. AND. MIseni in Act. V. Scenam II.

Dedita opera] *supra in Andr. De industria. Liui. lib. 1. ab Vrb. Cond. Ex industria factus ad imitationem stultitiæ Sueton. in Calig. Ex industria componebat ad speculum. Idem in Claud. Ex compositio dixit Cicero lib. 1. offi. Atq; illæ quidem iniuriæ, quæ de industria inferuntur.*

In angi portum) *Latini dicunt angiportus & angiportum. Est autem angiportum angustus uicus non peruius, id quod apparet ex Adelph. Id quidem angiportum non est peruium,* Eine lucke oder ein enges geßlein, *das nicht durch auſgehet.*

Admittere noxiam] *& commitere idem est. Nam infra dicit, Niſi commiſſum non erit.*

Conijcio me in pedes] *pro eo, quod dicimus, in fugam me protinus confero, uel, fuga me in de proripio, do me in pedes, aufugio, mando me fugæ, capesse fugam, peto fugam, facio fugum fugio.*

Non te dignum feciſti) *h. e. non feciſti, ut te decuit, feciſti præter tuam dignitatem, Honesto loco natum, honestis parentibus ortum ingenium tale quidpiã non decebat,* Es ſtehet dir ſolchs ſeher vbel an.

Tu indignus qui faceres tamen) *q. d. illud tamen non decuit tuam perſonam. Facere contumeliam contra Ciceronem est, qui in 3. Philip. exagitat Antonium tanquam male locutum. Infra in Phorm.*

Iterum

iterum usus est Terentius, Neq; huius sis ueritus fœminæ primariæ, quin nouo modo ei faceres contumeliam.

Vt solidum mihi parerem beneficium] Parerem est à uerbo Pario. Sic est quoq; apud Ciceronem in 4. oratione contra Catilinam, Dum modo meis laboribus, uobis, populoq; Romano dignitas, salusq; pariatur. Est autem sententia, ut insigniter bene mereret de illa tota familia restituendo puellam, ut consiliarem mihi isto beneficio cognatos aut parentes puellæ, si eam restituerem ipsis, ut bene mererer de cognatis uirginis. Supra, Habeo hic neminem neq; amicum. Supra usus est uerbo parare ex prima declinatione in eadem significatione, Cupio aliquos parare amicos.

In eam partem accipio) Ich vorstehe es auch also, Ich neme es auch also an. Sic dicimus etiam in bonam partem, in malam partem accipere, für gut annemen.

Dabit hic aliquam pugnam] h. e. concitabit stuprum. Ita Plaut. Porrò etiam ausculta pugnam, quam uoluit dare. Item, profecto iam aliquid pugnæ edidit.

SCHOLIA QVAE EXPLICANT TEXTUM ACT. V. SCENÆ II.

Hæc scena tribus constat partibus. Prima est narratio Chæreæ de sua fuga & periculo. Secunda est expostulatio muliebris ipsius Thaidis cum Chærea, Tertia est parasceue ad Catastrophen. Nam fidem

dat Chærea se Pamphilam uxorem ducturum. Mœst Habet hæc scena expostulationem Thaidis. Expurgationem seu responsionem Chæreæ, quæ sunt generis iudicialis. Habet etiam Chæreæ petitionem, quam placatæ Thaidi is subiecit, Estque generis Deliberatiui. Apud) Dicit causam, quare ipse non mutauerit uestem, & inter eundem hæc loquitur. Apud) id est, in ædibus Antiphonis. Dedita] h. e. quasi antea sciuisset me uenturum, uel, quasi studio, quasi de industria, quasi ex composito, als hetten sie es miteinander abgredt oder verſprochen, als hetten ſie es alſo fürgenommen. Domi] id est, in ea parte domus, qua ego debebam ingredi. Possem) Quia stabant in ianua. Quin] id est, quo minus, uel, ut non. Interim) Dicit, quomodo fuerit sollicitus. Ostium] id est, Antiphonis. Sto] id est, expectans seu uidens, quomodo possem ingredi. Notus) hoc cum magno stomacho dicit. Sto) id est, cogitans mecum, quid facerem. Vidi] id est, illum. In pedes] id est, me conijcio plus est, quam cum dixisset, ego cœpi fugere. Periphrasis est adolescentis nequam. Quantum queo) pro, uelociter aufugio, pro mea uirili. Desertum) id est, ubi me non possunt agnoscere ciues. Angiportum] id est, fugi. Dicit de circumstantia loci. Inde] id est, ex uno angiporto. Pulcra Hypotiposis. Miserrimus] id est, fatigatus, fessus, & languidus sum, dum fugio. Fugitando]. i. ita semper fugiebam. Me] id est, meam nequitiam. Finis, quare ex uno in alterum angiportum concurrerit, scilicet, ne uideretur.

Sed

Sed est) *principale est hoc, quod ad hanc scenam attinet.* Ipsa) *subiectio.* Hereo) *id est, in dubio sum, hæsito.* Quid mea] *.i. refert.* Addit statim & corrigit suam sententiam, ut significet suam impudentiam. Faciet] *contemnentis ipsam personam Thaidis.* Adeamus] *id est, colloqui uolumus cum isto Eunucho.* Thais loquitur ancillæ. Bene) *Epitasis.* Omnia enim dicit ex magna ira. Salue) *Imprecantis.* Hoc enim iterum habet magnam ironiam. Dic) *id est, hoc expedi primum.* Dissimulat initio Thais se scire de uitio uirginis. Aufugisti) *id est, ex ædibus.* Hera) Quia defensio per se infirma erat. (Non enim factum negare poterat) ideo arripit deprecationem, quod solet in statu assumtiuo fieri, &c. Factum) *simpliciter confitetur culpam, & hoc dicitur cum aliquo gestu.* Satin') *perstet in illa indignatione.* Placet] *meinstu hast so wol daran gethan.* Non] *id est, mihi istuc placet.* Id) *id est, quod aufugisti.* Abiturum) *id est, condonatum iri hoc peccatum.* Alibi est impune habere pro, impultum auferre, ut alibi Terentius loquitur. Gratissimum argumentum sumtum á lege, quæ facineroſos punit. Vnam) *cessat á confessione, & precatur ueniam.* Noxiam) *id est, culpam, peccatum, scilicet, quod aufugi.* Mitte) *id est, remitte, uel, amitte.* Admisero] *id est, noxiam. Infra dicit, commissum.* Occidito] Addit grauissimam pœnam. Veritus) *id est, ut aufugeres.* Addit occasionem, ut magis se excuset. Non) *id est, ueritus sum.* Tribuit illi Poeta summam humanitatem. Quid) *id est, ueritus .q. d.*

quæ fuit occasio aufugendi. Hanc).i. Pythiam. Criminaretur].i. accusaret me, deferret me apud te, vorklagte mich. Criminari significat hoc loco calumniose reprehendere. Valde uenuste autem hoc excogitatum est á Poëta. Paululum).i. feci. Paululum).i. tibi uidetur. Iam aperit se Thais, & non amplius dißimulat. Tibi).i. apud te. Paululum).i. fecisti. Confutat extenuationes Chæreæ. Ciuem] Bene intulit ciuem, quod plus est, quam uiciare uirginem. Auxesis gradatim facta. Conseruam].i. non ciuem. Iterum inuenit excusationem. Conseruam].i. dicis, Ad turpitudinem pertinet, quod liber adolescens adeo se dedit meretrici, ut se eius seruum illiberalißime uocitet, ut omnino turpis amator describatur. Eò pertinet uox, conseruam. Item, cum se seruum fateatur esse tuum. Conseruam) Hoc pertinet ad ipsam ancillam. Vix) Minæ muliebres. Status huius scenæ est Iuridicialis assumtiuus. Nulla enim neq; de facto neq; de qualitate facti, neq; de obscuritate nominis controuersia est, se simpliciter Chærea fatetur crimen & utitur locis ijs, qui ad mouendam misericordiam faciunt. Primus est á persona Thaidis, quod humanam esse sciuerit. Alter quod ignarus conditionis puellæ istud, quod fecit, fecerit. Tertius quod amore impulsus sit. Contineo) Descriptio muliercularum iratarum, quomodo se ulcisci solent. Monstrum).i. propter morum turpitudinem. Enallage est. Derisum).i. ad deridendum. Abi) Thais fingitur esse admodum æqua adolescenti. Hinc] mandantis silentium. Insana] id est, nihil agis.

Abeam)

Abeam] Hoc dicitur, ut significet se etiam dicere, quæ ad rem pertinent. Ita) id est, nominas insanam me, cur discedam hinc. Credo) Ironia. Exaggerat enim delictum. Debeam] id est, an facio illi iniuriam, ego ne dem pœnas pro iniuria. Præsertim) Admodum callide dictum est ancilla. Fecerim) id est, si inuolarem in capillos. Seruum] id est, cum non sit liber. Credo hoc loco εἰρωνικῶς est, quomodo interdum apud Græcos οἶμαι. Ita Cicero utitur pro rege Deiotaro, At (credo) hæc homo inconsultus & temerarius non uidebat. Dicimus pœnas debere pro iniuria ei, cui iniuriam fecerimus, quas se non debituram Chæreæ, ut furcifero dicit Pythias, si illi cædem intulerit in seruili habitu constituto. Hactenus Donatus.

Missa] A persona eius captat beneuolentiam, & extenuat, ut acrius urgeat. Faciamus) id est, relinquamus Principalis obiurgatio & reprehensio. Hæc] id est, quæ sunt ridicula, uel puerilia. Statim significat ista dimissione se facturam in hac re, quod maxime conueniat suæ personæ. Non te) Querela per occupationem, seu expostulatio ab honesto. Fecisti] propositio. Nam] A condicionibus personarum exaggerat crimen. ἄλλως. Ratio obiurgationis per occupationem & collationem personarum. Ego) id est, existens meretrix. Indignus] id est, natura liber existens. Faceres] q. d. non te decebat, ut æquitatis & iustitiæ amatorem, admittere tale flagicium. Consilij) Ich weis meines dinges kein rat. Was sol

ich machen. Admodum tecte dicit, quod maximopere cupiat, ut ducam istam uiciatam puellam. Virgine) Dicit callide ad conciliandas nuptias. Ita) Argumentum ab incommodis Conturbasti) id est, omne mecum propositum, du hast mich gantz irre gemacht, tu, qui uiciasti puellam. Alludit ad principium, quod dixit se uelle hoc modo sibi consiliare multos amicos. Eam) id est, puellam. Exponit, quomodo conturbauerit rationes. Suis) Loquitur in plurali, cum tamen loquatur de uno fratre. Aequum) id est, honestum. Vt) id est, quemadmodum. Plane alludit ad id, quod nihil sit salui in muliere amissa pudicitia. Solidum) id est, constans, integrum, perfectum facerem, das ich mich wol vmb sie vordienete, das ich jm für voll &wolte dienen. Dicit hoc, quia uidet amicitiam non futuram perfectam. Beneficium) id est, restituendo suis.

At nunc) Inuersio, qua captat beneuolentiam Gratiam) id est, amicitiam, amorem, a fato argumentatur. Nam hoc in perplexis & arduis rebus fieri solet. ἄμωμος. Illa ipsa inuersio satis significat, quale sit adolescentis ingenium. Quia reijcit culpam in ipsum Deum. Dehinc). i. in posterum. Gratiam). i. fauorem. Sæpe) Addit rationem. Re]. i. turbulenta. Malo) es hat ein böß ansehen. Conflata). i. comparata, orta, contracta. Rara formula est. Principio) Sic ex malis moribus bonæ leges natæ sunt. Contra uero, ut Cæsar apud Salust. ait, omnia mala exempla ex bonis inicijs orta sunt. Parere). i. acquirere

seu

seu comparare. Et quid) Reiectio. Istis uerbis tacite ostendit, se illam cupere uxorem. Deus) i. amor. Dicit quod istæ impulsiones debeant ascribi Deo, & sic argumentatur, Deus hoc uoluit, Ergo non potui reluctari. Equidem) Hic omnino meretrix probat sententiam adolescentis. Accipio). i. interpretor tuum factum, quod aliquis Deus uoluerit. Est imago cogitationum humanarum. Catull. Odi & amo, quare id faciam fortasse requiris, Nescio, sed fieri sentio, & excrucior. Volo) id est, ut illa eueniant, quæ dixisti, scilicet ut sit firma inter nos amicitia. Imo) Translatio peccati in morē, quam etiam arripit. Nam & hæc ad statum assumtiuum pertinet. Quæso) id est, ut accipias. Ita] id est, in eam partem. Vnum] Purgat se per translationem culpæ in amorem, Nolui esse contumelioſus, sed amaui. ἀΛλως. Respondet ei, quod dicit Thais in contumeliam sui factam esse rem. Scito] .i. unum hoc crede. Compellantis cum quadam affirmatione. Amoris) id est, amor me compulit, non ista libido, de te merendi. Exponit, quod antea dixit, quid si hoc quisquam uoluit Deus. Scio) id est, assentior tibi. Ludunt inter se de isto delicto. Ignosco). i. quod culpa non sit tua, sed amoris. Pro decoro fingit meretricem iudicare de ui amoris. Propterea] id est, propter amorem. Virg. 1. Aene. Non ignara mali miseris succurrere disco. q. d. Non sum adeo plumbeo ingenio. Sum) Vtitur aptissima sententia, sed non conueniente suæ personæ. Adeo) πάνδοχος muliebre blandum. Valeat) id est, quanta uis sit amoris. Amor) Ad meretricem

tricem hoc pertinet. Valeat]id est, quantus sit ignis. Te) Gratiarum actio. Ita) Comprobatio cum iureiurando. Amo)id est, quia comprobasti hanc meam excusationem. Tum)id est,siquidem uult te amare. Isto)id est, adolescente. Ancilla uult ita aliquid facere,quod ægrę est adolescenti. Cauendum)id est,ne uestem & capillum dilaceret. Ausim)id est, aliquid mali admittere contra Thaidem. Aliquo modo dictum est turpe. Credo)id est,non habeo tibi fidem. Nihil) pro non. Desinas)id est,Pythia desine,aut fac desinas. Mandat silentium. Credo] id est,qui antea turpissimum facinus feceris. Nunc] Petitionem subijcit placata Thaide, Adiuua me, ut hæc mihi sit uxor. Fidei) id est,uoluntati. Me)id est,totum. Nunc]Præparatio,quod uelit puellam ducere uxorem. In hac re)i. quia puellam uiciaui. Te num) Argumentatur ab honesto,Tu mihi patrona eris. Plane autem dictum est pro decoro. Patronam].i.in illa causa. Obsecro) .i.ne me deseras. Emoriar) Argumentum à necessitate. Erumpunt autem nunc cogitationes,quas antea occultauit. Hanc)i.uiciatam puellam. Tamen) Cogitat tamen aliquo modo de iure naturali. Pater)id est, uoluerit, aut probarit nuptias. Vult inde colligere, non posse constitui nuptias, si non adest consensus patris. Pater]i. nolit Eclipsis aut Aposiopesis. Quid) .i.dicat. Ah].i.consentiet pater. Indignantis quasi. Quid).i.interrogas de patre. Ciuis].i.libera. Volet) .i.probabit nuptias. Alludit ad legem Atheniensium. Frater).i.Chremes. Opperirier) Paragoge.

Adcer-

Adcerſitum)*id eſt,uocatum.* Aluit)*id eſt,nutriuit, aufferʒogen.* Illam) Exponit *quod ſit nutrix.* Definitio *nominis eſt.* Cognoſcendo)*id eſt,ſigna,quod ſit ciuis,& non ſerua. Formula fiduciæ eſt.* Cognitor *hodie nominatur procurator iudicialis.* Gerichts procurator. Maneo)*id eſt,libenter.* Vis)*id eſt,manere.* Dum)*id eſt,donec.* Is)*id eſt,Chremes.* Oſtium) *id eſt,opperiamur.* Quam] Pythias *pergit obiurgare ob ſtultitiam ſuam.* Tu)*id eſt,hera.* Obſecro) Dehortantis *eſt.* Nam) Expletiua *eſt particula,nihil ſignificans.* Quid ita)*id eſt,quare diſſuades,quare hoc non facerem.* Rogitas] Reprehendentis *& habet dolorem quendam in reprehenſione.* Nunc].*i.tam malum adoleſcentem.* Poſthac].*i. poſt hoc factum,poſt hanc audaciam.* Cur non)*id eſt,reciperem.* Crede] Affirmantis *eſt.* Denuo).*i.ſecundo,de integro.* Dabit) Honeſto *uocabulo ſignificat rem turpem. h.e.excitabit aliquam tragœdiam, inducet ſtuprum,* Ahu) Interminantis, *& interiectio eſt perturbate mulieris. Mandat autem perpetuum ſilentium.* Eius).*i.adoleſcentis.* Videre) Pro *uideris .q.d. non ſatis perſpexiſti eius audaciam,& nunc demum uis experiri hominem.* Faciam).*i.nihil mali faciam in tuis ædibus.* Significatio, *quod ſic uelit pergere.* Credo) Derogat *adoleſcenti omnem fidem.* Commiſſum) Es ſey denn das ich ſehe,das es nicht geſchehen iſt,*ego non credo te eſſe fidelem cuſtodem ullius rei,niſi illius, quæ tibi non eſt commiſſa.q.d.ego tibi nihil credo. Supra dixit, Ad mittere.* Quin) Reuerberat ſatis ioculari dicto. Da-

re] *id est, committere.* Verba sunt iratæ ancillæ. Seruare]. *i.* uolo. Apage te). *i.* aufer te, discede. Significatio, quod non uelit amplius cum eo loqui. Apage] Græca uox, estq; repudiantis. Adest] Paraſceue ad ſequentem ſcenam. Optime] *id est*, in tempore. Frater]. *i.* Chremes. Perij[Est ſimulatio uerecundiæ, & ſignificatio perterrefacti animi. Propert. lib. 2. Omnes humanos ſanat medicina dolores, ſolus amor morbi non amat artificem. Veſte] .*i.* Eunuchi. Videat] *id est*, frater puellæ. Quamobrem] Ironia. *q. d.* quare non uis uideri in illa ueſte. Pudet) .*i.* quod ita es ueſtitus. Tacita irriſio. Id). *i.* pudet. Vero) εἰρωνικῶς Virgo) *i.* teſtatur, quæ est uiciata. Id ipſum) *id est*, ueſtis nunc te pudet, cum potius uirginis, quam uiciati, ſeu criminis, quod commiſiſti, debebat te pudere. Illudentis ſunt uerba. Virgo). *i.* ſatis probat, quam ſis uerecundus. Ipræ] Vult liberum ſine arbitris cum puella eſſe colloquium, & licitum amorem. Virgo) *q. d.* Ironia. De uirgine nihil dicis, De ueſte tantum conquereris.

ARGVMENTVM IOAN: STIG: IN ACT: V. SCEN: III.

Quid? quid, &c.

Exornat Cataſtrophen Poeta in gratiam ac delectationem ſpectatoris. Est autem hoc loco conſultatio ancillæ meretriciæ diſpicientis, unde uiciſim male faciet Parmenoni, cuius dolo Chærea ſubornatus familiam Thaidis, in periculum adduxerit. Et docet hæc

ſcena

Scena mulierum ingenia natura esse accommodata ad excogitandum dolos ac fraudes, ut inquit Seneca, Instruitur omnis fraude fœmina dolus.

ALIVD Casp. Crucigeri.

Vt sit plusculum motus in fabula & risus prolixior, nouum dolum comminiscitur muliercula, quo seruulum exagitat, & ludificatur ultra contumeliam acceptam.

ALIVD M. Ambrosij

Ancilla supra modum irritata propter uicium uirgini oblatum, nouum dolum comminiscitur, quo Parmenonem seruum exagitet & ludificetur cupiens hoc modo ulcisci acceptam contumeliam. Capit itaq; consilium, quomodo commodissime seruum posit dolo ulcisci, quem dignum iudicat, ut indignissime tractetur propter hanc solam causam, quod talem Eunuchum in ædes Thaidis introduxerit. Cæterum Chremes nutricem adducit, adferentem secum omnia signa, quibus id ostenditur, quod iamdudum fieri cupiebat Thais. Hæc autem omnia finguntur, ut plusculum motus & risus prolixior sit in fabula.

ALIVD EIVSDEM.

Supra ancilla minata est Parmenoni, quod uellit ei gratiam referre suo tempore. Nunc ergo producitur admodum studiosa & irata, nihil aliud cupiens, quam ut quamprimum ægre faciat seruo. Fingitur itaq; principio diu ac multum secum deliberare, qua ratione commodissime id faciat. Sed præter

hanc deliberationem ancillæ propter futuram Catastrophen ostenditur Chremetis reditus cum nutrice puellæ, quæ ideo adducitur, ut magis fiat certum, hanc esse & liberam, & Chremetis sororem.

ALIVD ἄδηλον.

Supra modum commota est ancilla, quæ cum adolescenti nihil nocere potuit, init nouum consilium, quomodo Parmenoni gratiam referat, cuius hanc esse technam de Eunucho omnino credit, sicut supra affirmauit Scen. 4. Act. 4. Sed præter hoc consilium & deliberationem ancillæ describitur reditus Chremetis cum nutrice, ut palam fiat puellam Pamphilam eiusdem esse & sororem Chremetis.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D: ANDREAE MISEni, in Act: V. Scenam III.

Si Dijs placet] Admirantis antiqui alicuius indignitatem uel temeritatem, aut indignantes, certo modo loquendi dicunt, si Dijs placet. Tale quippiam est, quod Germani extenuantes per Ironiam aliquam rem dicunt, ja hinter sich, ut, Dij boni quam prudenter, quam honeste, si Dijs placet, loquebatur. Valde bonus Theologus est, si Dijs placet.

SCHOLIA Quæ explicant Textum Act. V. Scenæ III.

Hæc Scena tantum paraſceue est ad futurum risum, quem concitabit Parmeno temere territus. Quia cogni-

cognitionem puellæ nõ exhibet, sed relinquit in Scena, aliter quam supra in Andr. Vbi Crito intus rogatus demum etiam prodit fidem faciens Glycerium esse ciuem. Hic ergo describit elegantem errorem, cum ab ancilla terretur seruus, quasi res seria agatur, cuius hæc Scena est aditus, sicut & sequens, in qua seruus producitur, ut querelæ confictæ puellæ interfit, atq; ita non tam ipse terreatur, quam deferat etiam rem ad senem. ἄλλως. Vt prolixior esset risus, spargitur καὶ τραγῳδία in alias personas, & terretur seruulus Parmeno, & ostenditur hic cupiditas mulierum de ulciscenda iniuria. ἄλλως. Tantum est descriptio cogitationum mulierculæ erga seruum, quem habet suspectum, quod non fecerit errore aliquo, sed summo studio. Quid?) Disputantis & interrogantis. Geminata est interrogatio, quam incipit à dubitatione. Quid) Primum utitur simplici. Deinde composito propter affectum. Quid nam) id est, quicunq; dolor, aut qualiscunq; contumelia. Quid nam). i. posit mihi incidere, δοκεῖ doch. Qui). i. quo, uel, ut. Sacrilego) Vsa est uocabulo, quod continet summum crimem. Referam) id est, ut male tractem. Illi). i. Parmenoni. Propositio est, referenda est Parmenoni gratia. Qui (Addit rationem, quare uelit referre gratiam, Quia Chæream deuirginatorem pro Eunucho supposuit. Hunc) id est, Chæream adolescentem. Supposuit) id est, dolo & astu quodam, Er hat felschlich beygebracht. Sueton. in Vitellio, pro auro & argento

argento ſtannum & orichalcum ſuppoſuiſſe. Supra in Prologo, puerum ſupponi. Infra in Heau: Act. 5. Scena 3. Subditum ſe ſuſpicatur. Suppoſititius puer, ein wechſſelkind. Moue] fingitur Chremes aduenire eum nutrice. Breuis autem eſt adhortatio. Quia anus fingitur ſic, quod non admodum poſſit properare. Moue) rege dich. Vero hoc loco eſt interiectio Stomachantis. Ocyus] bald. Comparatiuus eſt à poſitiuo Græco ὠκύς. gehe fluck von ſtatten. Liuius lib. 3. Decad. 3. Mouebant ſeſe iam ad bellum. Nutrix] compellantis, adhortantis, & ſimul obiurgantis. Eſtque Hypotipoſis. Moueo] id eſt, ſatis feſtino. Vox eſt, que ſignificat ſe facere quod poſſit. Video] id eſt, quod moueas. Promoues] id eſt, proficis, procedis. q. d. tu manes in eodem loco, du geheſt dennoch nicht fort. Iamne] Læta obuiam it, ut interroget, quid factum ſit. Signa] id eſt, quod ſit libera. Omnia] id eſt, oſtendi ſigna de omnibus, diligenter interrogaui. Ait) id eſt, ad illa ſigna. Cognoſcit] id eſt, ſigna quod ſit libera. Memoriter] Quod admodum mirum eſt in anu, die weis allen beſcheid darumb. Bene] Gratulatio. Nam] Ratio, quare libenter audiat. Virgini) id eſt, puellæ uiciatæ. Ite) Exequitur mandatum. Hera] id eſt, Thais. Virum] paraſceue ſequentis ſcenæ, reditq; ad inſtitutum. Dicit non tantum, quod ita cogitet, ſed quod conſtitutum ſit, ut ægre faciat ſeruo. Video) Lætatur ancilla, quod uidet ſeruum apto tempore. Bonum) Ironia. Incedere] gleich als were land vnd leute an jm gelegen. Ocioſus] i. ſecurus

curus, qui nihil mali timet, quam de nulla re est sollicitus. q. est minime ocioſus, est ualde intentus, & implicitus multis cogitationibus, ut aliquid inuenire poſſit, quo elabatur. Si dijs placet] Ironia qua ſignificat non futurum, ut perpetuo ſit lætus. M. Cicero in L. Piſonem, Appellatus est hic Vulturius illius prouinciæ, ſi Dijs placet, Imperator. Habere] id est, me inueniſſe. Qui] .i. quo, uel ut. Meo modo] pro meo arbitrio pro meo libito ulciſcar, ut dignus est, quemad modum uolo. Est indignantis & comminantis. Intro] .i. in domum Thaidis. Cognitione] .i. puellæ, quomodo ſit libera & Chremetis ſoror. Poſt] .i. poſtea, hoc cognitio. Sacrilegum] i. Parmenonem, den kelchdieb. Cognitio hoc loco proprie dicitur actio, & munus eius, qui cognoſcit.

ARGVMENTVM IOAN. STIG: IN ACT: V. SCEN. IIII. Reuiſo, &c.

Gloriatur in hac ſcena Parmeno de facto ſuo, quod Chæream ad uim ac fraudem inferendam meretricibus ſubornauerit. Deinde deſcribit meretricum ingenia & mores, ut quæ foris ſunt faſtuoſæ ac delicatæ, domi uerò nihil habent præter ſordes, ac meram inopiam. Itaq; monet adoleſcentes, ut ſibi ab eiuſmodi monſtris caueant & uere est Palmarium. h. e. laude dignum, cauere hoc hominum genus, quorum blanditiæ, ut Plauti uerbo utar, ex Bacch. nihil aliud ſunt, quam merus uiſcus, qui corpus & animum illaqueatum ad extremam perniciem adigat.

ALIVD

ACTVS V. SCENA III.

ALIVD Caſpari Crucigeri.

Prodit Parmeno ſeruiliter exultans de ſuo conſilio, cuius auctor fuerat Chæreæ, atq; interim ſuauiter Philoſophatur, cum deſcribit meretricum immundiciam, quam utile ſit adoleſcentibus noſſe, ut poſtea magis abhorreant.

ALIVD M. Ambroſij.

Parmeno ſeruus, qui nondum audierat mala, quæ impendebant Chæreæ ex amore, omnino exiſtimat conſilium de habitu Eunuchi induendo rectum eſſe ac fœlix. Ideo ſeruiliter exultat de ſuo hoc conſilio, ex quo exiſtimat adoleſcentem multa accepiſſe commoda. Inprimis uero admiratur, & gaudet, quod ſuo conſilio adoleſcenti certam uiam demonſtrauerit cognoſcendi meretricum immundiciem & mores, quibus cognitis futurum credit, ut animus adoleſcentis nihil delectetur illarum conſuetudine, ſed acerbiſſimo odio perſequatur, ac ſumma deteſtatione fugiat. Eſt autem in hac ſcena diligenter obſeruanda inſignis illa deſcriptio, quæ eſt locus communis de ingenijs & moribus meretricum. Hæc ſcena tota pertinet ad genus demonſtratiuum, Quia tantum eſt explicatio iſtius, quod conſtituerat ſcilicet, in dando conſilio.

ALIVD EIVSDEM.

Cum fruſtra expectaſſet ſeruus reditum adoleſcentis Chæreæ ipſe ſollicitus admodum pro eo, conſtituit

stituit ire ad ædes meretricis, ut cognsceret, quid interea esset actum, & quomodo callidum consilium de Eunucho processisset. Inter eundem uero iactabundus colligit á se factum esse sapienter & recte, quod introduxerit adolescentem ad Thaidem Eunuchi habitu, propterea quod ex ea re adolescenti multa sint reditura commoda. Estque usus loco communi de ingenijs & moribus meretricum, & simul tanquam insigni quodam præcepto diligentissime monet, quod in talibus descriptionibus maxime discendum sit, ut inde quisq; hoc colligat & fugiendum & detestandum esse consortium meretricum.

ALIVD ἄδηλον.

Parmeno admodum sollicitus fuit de adolescente Chærea, quem introduxerat pro Eunucho, cuius aduentum cum diu frustra expectasset, tamen accedit ad ædes Thaidis auditurus, quid factum sit de adolescente. Inter eundem uero mire sibi placet de consilio, si modo lætum habuerit exitum, addita enumeratione commodorum, quæ inde secutura sunt.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. AND. MIseni in Act. V. Scenam IIII.

Veram laudem capiet] *h. e. redibit ad eum magna laus*, Er wird ein groß lob daruon bringen. *Sic dicimus etiam, capio commodum ex ea re. Item composito uerbo principio sic utimur, percipit magnum fructum, magnam uoluptatem. Quia etiam*

dicimus, Redit ad me magnus fructus, ut, si pueri diligenter discunt, redit ex ea re ad eos magnus fructus. Infra, ex meo propinquo rure hoc capio cõmodi. Aliud est, cæpit me odium uerbis, Aut, percipit me satietas agri, cæpit me desiderium Athenarum. Supra si quando negocio odium cæperat, aut satietas hominum. Sic Cicero dixit, capere fructus lib. 1. Epist. 9.

Eam confeci] conficere elegans uerbum est. Nam late patet eius uerbi significatio. 1. Conficere, finire seu perficere significat, vorführen. Cicero libro 9. Epist. famil. Is bellum confecerit, qui Antonium oppresserit. 2. Interficere seu confodere. Cicero, plagis confectum ante oculos tuos ceciderisse. Inde per Metaphoram ad animum quoque refertur. Supra, Animus lassus, cura confectus stupet. Dicimus etiam conficere exercitum. h. e. cedere, fundere. 3. Simpliciter aliquid facere. Supra in Andr. Ex unis geminas mihi conficies nuptias. 4. Exequi, quod mandatum fuit, Etwas ausrichten, das dir ist befolen geweest. Cicero, si me amas, confice. 5. Colligere, auffbringen, ausrichten. Infra in Phorm. Id ut conficerem, confeci, affero. Sic est quoque apud Liuium libro 3. Dacad. 3. Mille equites confecit. Item, Ducentas naues uidabatur effecturus, Er hat tausent pferde auff bracht. Item, Liuius libro 9. Decad. 3. Negabat tantum militum effici posse. Cicero pro P. Quintio, cum ipse filiæ nubili dotem conficere non posset. 6. Consumere bona, luxu diffundere, vorschlemmẽ. Infra in Adelph. Conficere credãt argentum suum.

Quod

Quod mihi puto palmarium me repe-
riſſe) .h. e. nactus ſum uictoriam, conſecutus ſum
triumphum. Infra in Heau: Huic equidem conſilio
palmam do, hic me magnifice effero. Sic eadem me-
taphora libro 2. de Orat. uſus eſt Cicero. Infra in
prologo Phormionis, In medio omnibus palmam eſſe
poſitam.

Quo pacto ex iure heſterno) Heſterno pro,
pridiano. Vide Vall. lib. 2. Cap. 33.

SCHOLIA QVAE EXPLI-
cant Textum Act. V. Scenæ IIII.

Exhibet eiuſmodi & ſimilibus locis prudentiſ-
ſimus Poëta, quam nullum ſolidum, conſtans, & per-
petuum ſit gaudium, cum fingit in ſubitum malum
conuerti gaudium illorum, qui geſtientis prodibant de
nullo malo ſolliciti. Idem infra apparet, &c. Ser-
uus autem hic ob duas cauſas ſibi gratulatur. 1. quod
effecerit, ut adoleſcens potiretur ſua amica ſine eius
ullo periculo. 2. quo ſe maxime effert, quod effecerit
ut adoleſcens poſthac meretricibus parùm fidei habeat.
Nam meretricum ſordes hic deſcribuntur. ἄϋλως.
primum continet hæc ſcena cauſam, quare properet
ad ædes Thaidis. Deinde læticiam ſuam exponit,
quod bene ſperet de callido conſilio. Tertio addit
deſcriptionem meretricum, & quod maxime ob eam
cauſam introduxerit adoleſcentem, ut bene, non male
diſcat uiuere. Reuiſo) id eſt, redeo ad uidendum.
Gerat) id eſt, in ædibus Thaidis. Quod) ſtatim ceſ-

sat á causa, & properat ad id, quod magis est necessarium. Astu) .i. astute, prudenter, callide, caute, listig. Quia in ea re maxime est opus consilio. Tractauit] .i. effecit Chærea in ædibus Thaidis. Dij) Exclamatio admirantis. Parmeno) .i. ego. Quantam) id est, quam magnam. Nam] Addit, quare tantopere prædicet suum consilium. ἄλλως. prætericio & amplificat á circumstantijs. Omittam) h. e. ut ordine non numerem singula commoda, ut non dicam de singulis. Argumentum ab utili. Difficillimum) i. qui magno precio aliás constitisset illi. Carisimum] per appositionem .i. uirginem, existentem difficillimum. Auara] .i. impetraui. Carissimum) Quia amor constabat magno. Addit, ut & istis uerbis significet, quod susceperit magnum laborem.

Eam] id est, uirginem. Est expositio Rethorica, in qua significat se exultare, quod primum rem confecerit, & deinde nihil miseriarum reliquerit Chærea. Confeci] id est, ut amator ea potiretur. Hoc uerbum est gladiatorum, qui uulneribus confecti succumbunt, & usurpatur tanquam militare, quod ita fuerit circumuenta & omnino uicta. Molestia) on alle mühe vnd arbeit. Sumtu) patrifamilias faciendi sunt maximi sumtus in re domestica. Dispendio) id est, damno rerum suarum, one schaden. Alam tua studia, & quidem lubens, modo id fiat citra dispendium rerum mearum. Id) id est, tale est. Alterum] Altera pars, quæ continet locum communem de meretricum natura. Vero) præcipue ornatus causa interponitur.

Alterum

Alterum) pertinet ad infinitiuum. Quod).i. propter quod. Reperisse)id est, meruisse rem palma dignum. Ich habe preis ein gelegt. Palma coronabantur uictores & triumphantes, quod furori hostium non concesserat, sed pertinacissime restiterant. Palmæ arboris ea natura est, ut quantumuis præssa non cedat oneri, sed quanquam frangatur onere grauata, recta assurgit contra onus. Inde palmarium prouerbialiter, quod palmam meretur, uel, quod palma dignum est, ut Donatus interpretatur. h. e. propter quod triumphandum sit, supra sic dicit, Hic uero serio triumphat.

Quomodo)Locus communis de moribus meretricum. Recte uocat Cicero Comœdiam imitationem uitæ, speculum consuetudinis, imaginem ueritatis. Vide orationem etiam pro Roscio Amerino. Ingenium) die art vnd natur, wie sie gesinnet sind. Mores)Referuntur ad quotidianam consuetudinem. Maturæ].i.in tempore, ut ipse non cogatur experiri. Oderit].i.ut possit sibi deinde cauere. Applicatio & fructus Comœdiarum. Cognouerit).i.ingenia & mores. Oderit).i.tanquam præsens uenenum. Proprie significat, quare Poëtæ istas descriptiones edant, ut scilicet ipsi moniti his incipiant fugere sodalicium malorum. Planè Ethice dicit de hac re. Quæ]id est, meretrices. Foris)id est, cum cænant apud suos amatores. Mundius) reiniglichers .i. illis meretricibus. Videtur] Non enim sunt. Compositum].i. ornatum, decens, höfflichers. Pertinet ad gestus. Elegans]

.i.appositum. Pertinet ad sermonem. Liguriunt].i. suauiora more seruum multo fastidio dgeustant sie clementzen. Horat. Ser. lib.1. Saty. 3. Tepidumq; liguerierit ius .q.d. delicate & parce edunt. Supra, Patria qui abliguerat bona. Harum).i.meretricum. Ingluuiem).i.uoracitatem, edacitatem. Sordes significant non proprie immundiciem corporis, sed inopem, miserumq; uictum meretricum, quæ cum solæ domi sunt, sine ullo uitæ nitore, lauticiaq; agant. Sordes].i.miseriam uictis. Inhoneste).i.quam nil sit mundi apud eas. Exemplum est copiæ. Complectitur enim omnes species supra positas. Auide).i. uoraces. Atrum].i.mucidum, schimlicht brod. Salus) Es ist zu tregelich. Hæc].i. de moribus meretricum, ut discant istas deuitare. Exponit iam dicere, quod uoluit seruus. Ego Est plane Dialogicum, cum nunc sequitur & parasceue ad sequentem contentionem. Dictis).i.de moribus meretricum. Factis].i.quo confecit uirginem. Scelus).i.sceleste. Illuseris].i. ludificatus sis nos. Inos).i.meretrices.

ARGVMENTVM IOAN. STIG: IN ACT: V. SCEN. V. Proh fidem, &c.

Quod ubique in alijs comœdijs more suo facit Terentius, in hac etiam artificiose exornat Catastrophen, ut cum quadam iucunditate dimittat auditores. Itaq; ut magis ridiculus efficiatur exitus huius Comœdiæ, inducit Pythiam ancillam, quæ simulata animi pertur-

perturbatione torquet atque exagitat Parmnonem. Fingit autem Chæream ob uim illatam puellæ Thaidis á Chremete coniectum in uincula & extremo supplicio destinatum esse. Itaq; seruulus, qui illam deduxerat, deliberat, quid consilij in hoc periculo sit capiendum. Obseruanda autem est in Pythia calliditas ac malicia meretricum, quarum naturam describit Plautus in Milite suo his uerbis, si quid faciendum est mulieri malæ atque malitiosæ. Ea sibi immortalis memoria est, meminisse, & sempiterna, sin bene aut fideliter quid faciendum sit, eadem ueniunt, obliuiosæ extemplo ut fiant, & meminisse nequeant, & Terentius in Hecyra cum inquit, In eodem omnes mihi uidentur ludo doctæ ad malitiam. LOCVS communis est sub persona Parmenonis non esse temere credendum & maxime mulieri. Multis enim fuit exitio credulitas, ut historiæ testantur.

ALIVD Caspari Crucigeri,

Parmeno seruus, cum quasi re bene gesta & nihil metuens ociose triumphat, subito in terrorem conijcitur á mulierecula, quæ fingit Chæream adolescentem á fratre uirginis deprehensum male tractari.

ALIVD M. Ambrosij.

Pergit Parmeno constanter credere suum illud consilium nihil habere periculi, ideoq; quasi re bene gesta ociose triumphat nullum omnino metuens malum. Sed dum est maxime securus ac lætus, subito in terrorem conijcitur ab ancilla, quæ callide fingit ado-

lescentem Chæream à fratre uirginis deprehensum grauissimas daturum pœnas. Hæc sola res serui animum reddit perturbatissimum. Intelligit enim adolescentem male tractari, & se autorem huius negocij non posse abire, impune. Sed ante omnia cupit consultum adolescenti, cuius causa non dubitat quoduis adire periculum. Ingressus itaq; ædes Thaidis non sine magno periculo reimetur ab ancilla commemoratione periculi imminentis, sed tamen ut cosulatur saluti adolescentis, serio secum deliberat, & uidetur esse optimum senem rure redeuntem conuenire, ut is sua opera quam primum misero Chæreæ subueniat.

ALIVD EIVSDEM.

Subitus terror Parmenonis hic describitur, in quem conijcitur ab ancilla ficto, sed admodum uerisimili ad eam rem argumento. Fingitur enim astutissime adolescentem Chæream à fratre uirginis deprehensum indignis modis tractari. Qua re admodum atrocimotus seruus consilium capit conueniendi patris, quem in tempore propter certas causas uult admonitum esse de peccato & periculo filij, ne solus postea plectatur.

ALIVD ἄλλο.

Antea interminata est ancilla, quod pro dictis & factis Parmenonem ulciscí uelit. Inuento itaq; modo ulciscendi astute seruum aggreditur fingens adolescentem Chæream pro Eunucho deductum ad Thaidem nunc factum esse miserrimum, quem frater uitiatæ puellæ in ipso facto deprehensum colligauerit, & in animo ha-

mo habeat ex ipso uerum facere Eunuchum. Hac re in tantam tristitiam subito conijcitur seruus, ut quid agat prorsus nesciat, cupiens tamen adolescenti consultum constituit, quod in tempore admonere uelit eius patrem, ut quam primum adolescenti in summo periculo succurratur.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. AND: MISE: *in Act.* V. SCEN: .V

Quæ futura dicunt exempla] *h. e. pœnæ quæ statuuntur in aliquem, ut sit alijs exemplo. Supra in Andr.* Et *magnum exemplum continentiæ. Exempla dicuntur graues pœnæ, & supplicia, quæ cæteris terrori esse debeant, harte traffe, die man bösen buben anleget, das sich die andern dran stossen, Gell. lib. 6. Cap. 14. Plautus in Capti.* Quando ego te exemplis peßimis excrutiauero. *Item in Adelph. Exemplum omnibus curarem ut esses. Infra in Phor: Dij, Deæq; te malis exemplis perdant. Exemplum alioqui id significat, quod Germani uocant ein abschrifft, ut,* Mitte ad me exemplum tantum literarum, *si* αὐτὸγραφον *mittere recusas. Sic sæpe usus est Cicero in Epistolis. Rethoricum quoq; argumentum significat, quale est illud in Eunu. Terentij de Ioue commutato in aureum imbrem. Exemplar uero est, quod imitãdum proponitur. Græci* ὑπόδειγμα *uocant, ein muster.*

Nunc minatur facturum se id, &c. *Ex Nubibus Aristophanis adparet, adulterium pœnam fu-*

isse, si deprehenderentur, ut loris ex raphano consutis, crederentur. Deinde cinis in uulnera inspergeretur. Meminit etiam Lucianus de morte peregrini. In repub. autem Romana capite plectebantur adulteri, id quod apparet ex Lege Iulia de adulteris coercendis, quæ temeratores alienarum nuptiarum gladio punit. Vide institut. de publi. Iudi. Ad eam legem alludit Martialis lib 6. de Thelesina.

Iulia lex populis ex quo faustine renata est,
Atq; intrare domos iussa pudicitia.
Aut mimus, aut certe non plus trigesima lux est,
Et nubit decimo iam Thelesina uiro.
Quæ nubit toties, non nubit, adultera lege est.
Offendor mœcha simpliciore minus.

Eodem libro in Proculinam.

Quod nubis Proculina concubino.
Et mœchum modo, nunc facis maritum,
Ne lex Iulia te notare possit,
Non nubis Proculina, sed fateris.

SCHOLIA Quæ explicant Textum Act. V. Scenæ V.

Exhibet prudentissimus Poeta uersutiam mulierem, quam possint egregie dissimulare, ut uel solæ in confingendis huiusmodi technis regnent. Vides egregie attributos personæ muliebri muliebres affectus. Deinde magno consilio sic instituta est oratio, ut uera dicat aliqua, ut sic se melius insinuet in animum serui, ut reliqua quoque mendacia ueri similia uideantur, &c.

ἄλως. *Simulata perturbatione terretur* Parmeno, *& exagitatur, ut sit* κατασκοφὴ *magis ridicula. Ad delectandum autem magis est institutus hic totus locus, quam ad docendum, iuxta* Horatij *dictum*, Aut *prodesse uoluit, aut delectare Poetæ. Præstiterunt etiam tam re quam uerbis in huiusmodi locis, quod uoluerunt.* ἄλως. *Contentio admodum ridicula* Parmenonis *& ancillæ hic describitur. In comœdijs enim serui optime possunt aliquid proloqui & dicere cum uultu, sic etiam hic ancilla fingitur, & principio fingitur se implorare fidem* Deorum, *ut deterreat* Parmenonem. Proh) *Propositio figurata exclamatione, ut uideatur rem magnam agere.* Proh) *Interiectio, qua utimur in exclamationibus. Implorat autem auxilium* Deorum, *quasi in hoc negocio nihil posßit humanum consilium. Omnia autem sunt pronunciauda pauido & attonito uultu.* Deum) *Imploran-tis.* Fœdum) *id est, crudele, scilicet, quod uiciata est puella Habes hic exemplum breuitatis.* Infœlicem] *id est, post tantum gaudium. Est commiseran-tis.* Sceleſtum) *Hoc dicit, quod uidet astantem* Parmenonem. *Imprecantis est.* Iſtum] *id est, adolescentem. Addit rationem.* Adduxit) *id est, loco* Eunuchi. Quid est) *q. d. Quid significat illæ clamor* Pythiæ. *Primum incipit admirari, Perturbatur enim seruus audiens mentionem fieri adolescentis, prouenitque hæc perturbatio ex mala conscientia, iuxta illud conscientia mens ut cuique sua est.* Miſeret me). *i. adolescentis. Hæc omnia secum loquitur,*

quitur, & fingit se nescire, quasi assistat Parmeno. Viderem). i. supplicium sumi de adolescente. Viderem) Quia misere est excruciandus. Quæ exempla) .i. quas pœnas, quæ supplicia grauia. q. d. Indigna pœna afficietur, quæ alijs documento erit. Dicit de grauissimis pœnis, quæ alijs sunt documento Indigna. i. crudelia, horrenda. q. d. quantis pœnis est afficiendus, ne alij simile quiddam deinde committant. Plautus in Mostella: Exempla ædepol faciam in te. h. e. grauiter te quoniam, ut alij isto exemplo deterreantur.

O Iuppiter) Exclamatio & initium metuentis serui. Turba]. i. tumultus, geschrey, getummel. Illæc) pro, illa. Turba) id est, ancillæ. Ego) id est, seruus. Quid) Congreditur Parmeno. Exempla] id est, quis statuetur alijs exemplum, de quo ita sumetur supplicium, ut sit alijs exemplo. Fient) Diligenter percunctatur, quia metuit adolescenti. Rogitas] Pulcre fingitur aliquo modo leuare factum adolescentis & totam culpam transferre in Parmenonem. Perdidisti) Emphatice. Pro Eunucho). i. loco Eunuchi. Studes) Dicit de consilio, & causa finali, quare incæperit. Dum) id est, interea dum conaris in nos illudere, & nos decipere. Callidam narrationem instituit Pythias. Dare verba) id est, fallere. Quid ita) id est, dicis. Præ nimia perturbatione non capit sermonem. Credo) id est, dic periculum. Dicam) Narratio. Eam] Abundat per Pleonasmum. Ciuem). i. Atticam. Eius). i. puellæ. Nobilem) id est, ingenuum, qui ortus est ex bonis parentibus, Adprime) .i.

ualde

ualde. Nescio] id est, quod sit ciuis. Perturbatur Parmeno. Atqui] id est, uerum, Iedoch. Inuenta] id est, esse ciuem Atticam. Iste] i. Chærea. Vel Eunuchus, quem tu adduxisti. Frater] .i. puellæ Chremes. Violentissimus] .i. uehementißimus, inexorabilis, implacabilis, der nichts leiden kan. Factum] .i. uiciatam esse suam sororem. Quidnam] i. frater puellæ. Parmeno interrumpit sermonem. Quia suspicatur aliquid periculi subesse. Colligauit] id est, pedem constrinxit, Er hat jm lassen hend vnd füsse binden. Hem suspirantis. Colligauit] id est, adolescentem. Atque] id est, conligauit. Orante] id est, cum Thais oraret. Miseris] Iemerlich, erbermiglich. Quid ais] significatio perturbati animi. Porro] i. deinde. Dicit de summo supplicio. Id] i. facturum. Mœchis] id est, adulteris. Solet] id est, fieri, nempe, ut abscindatur ei uirilia.

Adulterorum pœna erat loris consutis ex raphano cedi, deinde inspergi in uulnera cinerem calidum. Vide Nubes Aristoph: & meminit etiam istius pœnæ in Pluto Verba Aristophanis hæc sunt in Nebulis, τί δ' ἢν ῥαφανίδω θῇ γε πείθομοι σοὶ γέφρατε τιλθῇ· ἕξει τινά γνώμην λέγειν, τὸ μὴ εὐρόπρωκτος εἶναι. h. e. quid si raphanis cederetur, qui tibi absecutus est & cinere uellicetur. Habebit aliquam rationem, quam dicat, quo minus sit adulter. Verba sunt iustæ causæ ad Iniustam in Nebulis Aristophanis. Interpres dicit ueteribus in more fuisse, ut

quos

quos in adulterio deprehendissent, eos raphanis cederent primum, Deinde uellicatis natibus cinerem calidum inspergerent, atque hæc adulterium fuit pœna. Quod) Decorum personæ. Vidi]id est,hoc factum esse tanquam cum mœcho. Velim]id est,opto uidere. Audet)id est,tentare adolescens Chremes quod solet fieri mœchis. Quid ita)id est,rogitas esse facinus. Maximum)id est,inauditum facinus (quod mœptat frater puellæ] Pro mœcho] id est,ut daret pœnas, quas solet mœchus. Argumentum sumptum est à loco, & significat, quod summa sit impunitas peccandi in domo meretricea. Quis) Alludit ad Etymologiam uocabli mœchi. Huiusmodi argumenta sæpe incidunt in grauissimas controuersias, ut, non fur, sed sacrilegus, Non homicida,sed parricida est. Mœcho].i. adultero. Nescio)i.uolo disputare hac de re. Pro decoro dictum est. Quia non honestum erat ulterius disputare de ea re. Ac]Iam ille seruus,qui est sollicitus pro herili filio serio mandat,ne quid faciant cum herili filio adolescente. Dico] id est, tibi Pythias. Edico) id est, omnibus tuis. Est plane seruile. Esse)i.moneo. Herilem).i. heri mei Lachetis filium. Illum]id est, Chæream. Hem]Hoc est quasi insultantis & ridentis. Is].i. Chærea non interrogat,quasi nesciret, sed illum ut rideat. Adeo)ꝥwar. Significatio irascentis serui. Adeo]i. quid ego incæpto. Eo).i.cur tantum dico puellæ;& non ea ad Thaidem,ut cum liberem. Vide) subinde pergit ridere,quem cupiebat. Parmeno)Reuocantis. Agas)i, ne cogites, ut ingrediaris domum

Thaidis.

Thaidis. Illi] *id est, Chæreæ adolescenti.* Nam) *causa, quare sit periculosum, ut ingrediatur.* Putant). *i. tota familia.* Factum) *id est á Chærea.* Ex te] *id est, te impulsore.* Ortum esse] *supra, Parmenonis scio hanc technam esse. q. d. te esse huius rei caput.* Ne rescisceret Parmeno *factum oportebat sic deterreri eũ, ne intraret. Deterretur autem non figmentis, ut supra, sed ueritate. Sciebat enim se impulsore & auctore adolescentem hoc facinus admisisse. Ideo dehortatur eum argumento petito á difficili, & ab incommodo secuturo. Nam sic in dehortando ijs locis uti solemus.*

Quid igitur) πάθος *seruile, & est,* ἀπορίαι. *Incipit enim Parmeno admodum esse anxius. Quia hoc maxime credit.* Faciam) *.i. si hoc uerum est, quemadmodum tu prædicas.* Incipiam] *.i. quale excogitem consilium.* Ecce] *significatio, quod lætetur propter præsentiam heri.* Estq; *paraseue sequentis scenæ, & iam se ipsum consolatur.* Senem). *i. patrem adolescentis.* Prosis] *id est, nec interuentu tuo quidquam proderis Chæreæ, & ipso magnum insuper uitæ discrimen aut capitis periculum sis aditurus.* Dicam] *id est, de amoribus Chæreæ & Phædriæ. Deliberantis est.* An non). *i. faciam.* Hercule) *Consilium.* Etsi] *Allegat suum periculum, & confert cum periculo adolescentis.* Malum] *id est, si dixero.* Paratum) *id est, impendere.* Subueniat). *i. auxilietur huic filio pater.* Hinc] *id est, Chæreæ.* Sapis) *.i. quod ista cogitas. Ancilla ridicule affirmat, & uehementer*

hementer gaudet, quod ita persuaserit Parmenoni. Intro] .i. in ædes Thaidis. Tu] .i. qui non audes ingredi. Est quasi ridentis. Isti] id est, seni. Narrato] Quia sciebat senem admodum ægre laturum duos filios simul amare. Argumentum in hac scena est, Mœchus seu adulter est, qui uiciat alterius coniugem, Chærea in domo meretricea coniugem non uiciauit, ergo Chærea non est mœchus. Ordine] Altero, narrato omnem rem, Poëta magis uti solet, ut, in Adel. Hegioni cognato huius rem omnem narrato ordine. Et paulo post, omnem rem modo seni, quo pacto haberet, enarramus ordine.

ARGVMENTVM IOAN. STIG: IN ACT: V. SCEN: VI.

Ex meo, &c.

Rediens ex rure suo urbano Laches senex commendat uitæ rusticæ commoditates securus animi ac omnino ignarus rerum omnium, quæ in urbe à filijs geruntur. Seu huic Parmeno ut erat falso persuasus à Pythia rem omnem de Chærea ordine exponit, satis temere ac incogitanter sese ipsum prodit, cognitio præter opinionem Chæreæ periculo senex grauissime turbatur. Ita enim plerunq; accidit, ut animi imparatiores ad fortunæ impetum grauius efficiantur repentinis malis. Itaq; perturbatus animus è uestigio fertur ad uindictam, quem hinc mouet dolor filij causa, illinc atque odium aduersus meretrices, perniciem. Quare eleganter hic exprimitur affectus paternus uel σοφα-

γαι

τοῦ φυσικοῦ parentum erga liberos, uel Octauius Balbus Romanus exemplo esse potest, qui cum proscriptus à Trium uiris, domoque elapsus fuge commodum initium cæpisset, falso clamore uiciniæ persuasus intus trucidari filium, reuersus est ultro, & se neci, quam euaserat, obtulit, occidendumque militibus præbuit.

ALIVD Casp. Crucigeri.

Ridicula est serui trepidatio, cum incidit in herum senem. Atque huic sese temere prodit indicans Chæreæ periculum apud meretricem, quod commenta erat ancilla. Est autem hæc occasio Catastrophes, cum senex ad Thaidem irrumpit. Nam intus res cum bona pace componitur & ipsius senis uoluntate conficiuntur nuptiæ.

ALIVD M. Ambrosij

Admodum ridicula est trepidatio serui. Antea enim seruum statuerat omnem rem deuincto Chæreæ ordine ac libere narrare seni. Nunc incidens in senem tantopere metuit eius conspectum, ut sæpius interrogatus nihil habeat, quod possit respondere. Ad se uero rediens ridicule ostendit suam innocentiam, & simul ostendit amorem filiorum. Quo nuncio audito supra modum pater perturbatur, cui inprimis dolet minorem natu filium incidisse in turpissimum amorem, unde, non sine dolore colligit actum esse de ingenio adolescentis. Intelligens autem seruum conscium esse istius facinoris indigni grauissimas pœnas

interminatur. Porrò maxime est sollicitus de Chærea, ideoque diligenter quærit de facto ipso, & quid mali acciderit. Huic exponit seruus totum periculum. Habet enim ex errore quodam pro uero, quod commenta erat ancilla. Ita senex bene cupiens filio ad Thaidem irrumpit, Estque hæc occasio καταστροφῆς. Intus enim præsente sene res cum bona pace componitur, & ipsius uoluntate nuptiæ conficiuntur.

ALIVD EIVSDEM.

Parmeno magis, quam ante periclitari incipit, postquam narrat parenti amorem filiorum suorum. Indignatur enim ut quam maxime pater hac re audita, & totam culpam transfert in seruum. Audiens autem inter reliqua filium minorem natu esse in magno periculo, absque ulla mora irrumpit in ædes Thaidis, ut cognoscat causam, & filium liberet. Sed hæc res seruum iterum reddit timidissimum. Veretur enim supra modum, ne ipse tandem male tractetur.

ALIVD ἄδηλον.

In maius conijcitur periculum Parmeno, postquam narrare incipit parenti seni de moribus suorum filiorum. Existimat enim seruum auctorem esse omnium istorum malorum. Porrò redditur pater tristissimus, posteaquam intelligit tam breui in tempore suos filios ita degenerasse, ut ferè nulla sit spes reliquæ

qua salutis, & grauissime admiratur quod eiusmodi uicia in talem ætatem cadere possint, á quibus tota natura adolescentulorum merito abhorrere debeat. Tandem audito periculo filij natu minoris quasi oblitus sui præ nimio amore irrumpit in ædes Thaidis meretricis tantum, ut liberat filium omni periculo.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. AND: MISE: in Act. V. SCEN: VI.

Ex meo propinquo rure hoc capio commodi) *senes delectantur agris.* Sic Homerus X. Odyss. describit Laërtem senem, patrem Vlyssis, reptare in hortis, & uineis, ut desiderium absentis filij, aliquo saltem modo ex animo eijcerit. Ita hic pro decoro Laches fingitur differere de commodis, quæ ex rure capiat: Vide locum Cicero: de Senectute. Vbi senum uoluptates describit. Illic enim locus Homeri á Cicerone repetitus est his uerbis, At Homerus, qui multis, ut mihi uidetur, ante seculis fuit, Laërtem lenientem desiderium, quod capiebat á filio, colentem agrum & stercorantem facit.

Saluum te aduenire gaudeo] *formula est, qua excipimus hospites. Supra,* Aduentum gratulantur, Bis mir Gott wilkommen.

Lingua hæret metu] Ich kan für furcht schier nicht reden, *metus impedit, quo minus loqui possim. Ita est & apud Virg.* Et uox faucibus hæsit. *Quia metus impedit linguam.*

An in astu venit] *sicuti* Alexandria *urbs, per excellentiam dicta est* πόλις, Roma *urbs, Ita* Athenæ ἄστυ. Venire igitur in Astu, hoc modo idem est, atque uenire in urbem, interpræte Asconio Pediano. Et per metaphoram, corruptum esse uitijs, & improbitatem eorum, qui in urbibus degunt, sicut ipse Poeta explicat, An scit ille quid meretrix siet. Magna autem quondam fuit benignitas & bonitas, atq; probitas eorum, qui rure uixerunt, præ illis, qui in urbibus ocio & uoluptatibus uarijs dissoluti, uarijs uitijs contaminantur. Hinc Virg. in descriptione uitæ rusticæ ait, Et fallere nescia uita. Sed hodie tam degenerauerunt rusticorum ingenia, ut nihil sit illis impudentius, improbius, & scelestius, atq; auarius, neq; ullum genus hominum.

SCHOLIA, QVAE EXPLICANT Textum Act. V. Scenæ VI.

Habes hic exemplum conciſæ narrationis, sed tamen simul admirabilis. Nam magna est in ea breuitate gratia, ut qua tamen complexus sit tanquam in fasciculum quendam summam ferè totius argumenti huius totius fabulæ, id quod solet fieri in fine fabulæ, ut reliqua pars commodius subijciatur. Græci autem Poetæ ubiq; fingunt senes delectari agris. Sic Laërtem fingit Homerus reptare in hortis & Vineis, qua de re Senectutem Ciceronis uide. Hic igitur est locus communis de commoditate agri. Duo sunt loci præcipui in hac Scena. Primus est, quod senex securus introducitur,

citur, ut magis deinde consternetur, ubi resciuerit suum filium in tanto periculo uersari. Secundus est, quod uoluit Poeta repræsentare in persona serui, qui sese prius excusat, quam accusatur, quid illi faciant qui sunt sibi male conscij. Donatus inquit, Imperatis mentibus mala grauiora sunt. Ex meo) Primum commendat suum rus & dicit se recte fecisse, quod emerit hoc rus. Ex meo) Vox summæ posteritatis & fœlicitatis. Hoc capio commodi) .i. tantam inde capio uoluptatem. Supra, ueram laudem capiet Parmeno. Propinquo) Commendat rus á propinquitate ciuitatis. Odium] .i. tædium, seu fastidium. Neque) Exponit illud commodum & hoc ideo dicitur á Poeta, quod postea experietur maxima damna & incommoda. Satias) pro, satietas. Vetuste per Syncopem. h.e. ubi cæpero fastidire. Est locus cõmunis, de uita rustica, quod sit iucunda & amœna. Pleniorem autem huius uitæ descriptionem uide apud Ciceronem in Dialogo de Senectute. Cæpit) Sueton: in Tiberio, Honorum satietatem prætendens. Commuto] .i. ex alio in alium cedo, Ich ghe von einem ort zu dem andern. Sed] Statim animus prædicit & præsagit aliquid mali. Ipsus) pro ipse, Archismus est. Quem] Percunctatur & quasi obiurgat seruum. Præstolari] Ab aduerbio præsto, significat præsto esse. Dicimus autem præstolor te & præstolor tibi. Quis] primũ ita fingit, quasi non uidisset senem. Ehem] Respicientis, Perij) Hoc secum loquitur ad spectatores, & est desperantis seu consternantis. Parmeno sese temere prodit. Terretur autẽ

etiam senex figmento muliebri, ut fiat res magis ridicula & iucunda. Hæret]. i. non possum ullum uerbum facere. Hem) Tertio percunctatur. Trepidas]. i. quod adeo non potes loqui. Metuentis & suspicantis est. Trepidare est uerbum historicum. Saluæ). i. integra ne sunt omnia domi. Donatus existimat hoc loco esse aduerbium producta e litera, & exponi debere pro integre, recte, commode.

Here) Decorum trepidi seruuli. Nam prius se excusat quam narrat rem, & ista præ occupatione Parmeno reddit se hero magis suspectum. Res]. i. ueritas. Huius) Est Pleonasmus, Genitiuus est generis neutri. Ita Thais supra, quicquid huius feci, &c. Here) Admonentis præ nimia autem trepidatione inuertit ordinem. Quicquid] Excusat se & prædicat suam innocentiam. Huius). i. rei, pro, in hac re. Quid). i. factum est. Culpa mea]. i. per me, me suasore uel impulsore. Quid] Cum quodam stomacho dicit. Recte corripit se. Nam ordine factum non est præ timore & conscientia. Recte] Parmeno iam redit ad se, admodum facete. Oportuit] Iam corrigit se ipsum. Prænarrasse]. i. ante exposuisse. Emit) Narratio facti. Huic). i. meretrici Thaidi. Emit). i. filius sine meo consensu & iussu. Emit] Indignantis. Perij) Indignantis cum dolore. Quanti]. i. Eunuchum emit. Viginti minis) . i. 200. coronatis. Quasi extenuantis est. Actum). i. de meo filio. Fidicinam] Extenuatio criminis, cum inquit fidicinam amare. Non autem addit ciuem & liberam, id quod diligenter est ob-

seruan-

seruandum in tota narratione. Nam ea, quæ inuidiosa erant, dissimulat omnia, ne animum senis alioqui commotum magis exulceraret. Id enim artis est in causa ista mussitare, quæ causam grauabant. Chærea] .i. alter filius. Hic] id est, in ædibus Thaidis, δικῶς. Hem) Admirantis cum indignatione. Grauissima uox est parentis. Quid] id est, tu dicis. Amat) .i. Chærea. Ille). i. in ea ætate existens. Hem] singula pronuncianda sunt, ut stuporem indignationis ostendat.

An in astu venit) Es hebet sich jmmer ein vbel vber das ander, wenn ich in die stad komme. Vsus est Græco uerbo. ἄστυ enim Græcis significat oppidum seu urben, cuius uocis postremam literam si in V mutes, fit Astu. Quia uero maior solet esse uafricies, malignitas, & improbitas illorum, qui in urbibus agunt, quam illorum, qui rure commorantur, ideo inde fecerunt Latini uocabula, Astus, astutus, astutia, & astute, dückisch. ab urbe urbanus, stetisch. Est igitur sententia, An in astu uenit. h.e. uenit ne in urbem Chærea de Peiræo, An scit ille, quid sit sectari meretrices, An intelligit quid meretrix sit, vorstehet er sich auch bereit auff die bulerey. Tale ferè est quod Germani dicimus, er ist hoffgescheide. h.e. est instructus uarijs artibus, fraude. Sycophantijs, dissimulationibus, quæ omnia in aulicos cadunt. Sic etiam est interprætatus hunc locum Asconius Pedianus. Festus autem Pompeius dicit Poëtas solere uti uocabulo Astu indeclinabili

ter pro dolis, malis artibus, & calliditate. Verum Athenienses astu appellabant urbem suam Athenas, id quod Cicero 2. de legibus indicat, ub ait, Itaq; cum ortu Tusculanus esset ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram iuris, ut uestri Attici, priusquam Theseus eosdem migrare ex agris, & in astu (quod appellatur) omnes se conferre iussit.

Aliud ex alio malum) Euclio in Aulu: perij oppido, Ita mihi ad malum malæ res plurimæ se adglutinant. ἐπιφώνημα λυπῶς uult significare, parentibus semper accidere, quod nunquam cogitassent. Aliud). i. oritur, nascitur. Here) Iterum repetit suam innocentiam. Impulsore) id est, suasore, mit meinem radt, meo consilio. Omitte) Præ indignatione non uult audire, estq; affectus iracundiæ. Furcifer) Minantis est. Si uiuo). i. male tractabo, te ulciscar. οἱ πίστις, estq; iuramentum. Te). i. puniam. Istuc) .i. de Chærea. Expedi). i. narra, expone. Is]. i. Chærea. Altera narratio. Illo) id est, quem emerat frater. Pro) Exhorrescit senex. q. d. filius est ne introductus. Est quasi abominantis. Sic est) Est affirmantis: Hunc .i. filium. Intus). i. in ædibus Thaidis. Comprehendere] id est, meretrices. Occidi) Eiulantis. Audaciam] Accusantis uox est, ut incendat senem aduersus meretrices. Iuuenalis, Nihil est audacius illis. Nunquid] Vltro interrogat, & tegit suum dolorem. Aliud) Dicit propter filium comprehensum. Damni) propter emptum Eunuchum. Quod). i. malum. Reliquum est] i. restat. Tamen). i. nihil amplius scio.

Cesso]

Cessō] *Indignantis, Erumpit enim tandem affectus paternus.* Irrumpere) *Quia stat ante fores meretricis, estq; oblitus decori propter iracundiam.* Non dubium] *secum hoc loquitur, & conijcitur iam in nouum periculum.* Ex hac re] *i. quod senex ingressus est in domum Thaidis.* Nisi) *Corrigentis.* Hisce) *i. meretricibus.* Gaudeo] *id est, ut succurratur Chæreæ periclitanti.* Propter me] *quia inuestigaui senem.* Facere) *i. ut ingrederetur senex propter Chæream adolescentem.* Senex] *id est, noster Laches.* Causam] *id est, occasionem, ut ulciscereturilla meretricem, quæ sibi filios corrumperet. Consolatio à necessitate & utilitate.* Insigne) *i. egregium factum erga meretrices.* Faceret] *Bembus faceret ijs, nunc repperit. i. occasionem an scit illæ, quid meretrix siet. Argumentum est sumtum à disciplina, & institutione, filius nosse cæpit, quid sit meretrix, Ergo desperatum est de meo filio. Grauissima est sententia, qua uult significare Terentius, quod actum sit de moribus & tota disciplina, ubi quis cognouerit, quid sit meretrix.* Aliud ex alio malum] *Sententia est, Nulla calamitas sola. Monet autem quod parentes etiamsi summam diligentiam (id quod debent facere) adhibeant, sæpius & plærumq; uideant secus accidere.*

ARGVMENTVM IOANSTIG: IN ACT: V. SCEN: VII.

Nunquam, &c.

Pythias posteaquam persuasit Parmenonem,

ut crederet Chæream in extremo periculo uersari, & incitaret senem ad liberandum filium, iam uoti quasi Compos triumphat, & insultat stulticiæ Parmenonis. Cum autem ad finem spectet Comœdia, uidetur producta esse Pythias ut simul significaret, quæ à sene in domo Thaidis ad componendas turbas & conficiendas nuptias gesta sint, ut eo commodius absolueretur fabula. Cæterum spectanda erit in hac etiam Scena fraudulentiæ & petulantia muliebris. Itaq; Vlyssem prudenter admonet Agamemnon, ne mulieri temere fidem habeat. Et in Prouerbio uidetur esse natum apud Græcos, Mulieri non esse credendum, ne mortuæ quidem, Vide Eras. in Chiliad.

ALIVD Caspari Crucigeri.

Progreditur ancilla risu & lachrimis exagitans seruulum, estq; hoc initium Catastrophes. Quia significetur rem intus compositum esse.

ALIVD M. Ambrosij.

Pater ueniens ad Thaidem serio incipit rem proponere de filio suo, quem credebat uinctum esse, & indigne tractari à rustico adolescente, adeoq; ab ipsis meretricibus, hocq; facit senex præsentibin ancillis, sed nimium perturbatus ac irritatus propter filium, non potuit ordine, maxime principio, cogitata proloqui, sed ut fieri solet, causam proposuit quadam indignatione hoc unum interrogans, quare uictus esset filius, aut qua audacia hoc fecerit. Hæc causa & expostulatio ipsi Thaidi ac reliquis ancillis plane noua uisa est, nec

poterant

poterant satis admirari, unde esset ille error. Pythias uero intelligens totum negocium, ualde læta est propter illam simplicitatem ac stulticiam serui. Hæc egrediens risu & cachinnis exagitat seruum, cuius consilio senex intro ad Thaidem uenerat, Estq; omnino læta, quod hoc modo ultra sit audaciam ac scelus Parmenonis. Cæterum totum negocium de nuptijs intus componitur, & impetrat tandem adolescens, quam antea expetiuerat, uirginem.

ALIVD EIVSDEM.

Fingitur Pythias admodum læta & hilaris, primum quia Parmenoni seruo alioqui callido hoc persuaserat tandem, ut omnino crederet adolescentem in ædibus Thaidis miseris modis colligatum esse. Deinde quod pater Adolescentis eodem errore in domum ingressus existimauerit filium suum misere uinctum esse. Quare ob eam rem Parmenonem facetissime, ridet, & simul significat non sine singulari uoluptate, quod nunc maius impendeat periculum, quam antehac unquam, propterea quod mentitus sit & fefellerit suum herum.

ALIVD ἄλλο.

Lætissima egreditur Pythias, quæ pulcre sibi placet, quod probe ulta sit Parmenonem callido commento de Chærea intus colligato. Ridet itaq; falsissime simplicitatem & stulticiam serui, simul monens hominem de malis impendentibus, adeoq; significans se admodum gaudere propter ipsius calamitatem.

ANNO-

ANNOTATIONES GRAMMATICAE D: ANDREAE MISEni, in Act: V. Scenam VII.

Mihi ſolæ ridicule fuit) *Archaiſmus pro ſoli, ut alibi.* Hoc *ipſa in itinere, alteræ dum narrat, forte audiui.*

Quos ludos præbueris intus) *h.e. quos riſus concitaueris nobis, &was du für ein gelechter dorinnen haſt angericht.*

An pœniteat te flagitij] *h. e. An non ſatis uidebatur tibi, an parum uidebatur, an exiguum quid piam eſſe credis, quod te impulſore & autore adoleſcens paſſus eſt ſe duci in ædes Thaidis habitu Eunuchi indutum. Sic eſt quoque infra in* Heau: Me *quantum hic operæ fiat, pœnitet. Plautus in Truculento, pœnitet ne, quod ancillam ſolam nimis erumpere. Item apud Cicero: libro 1. offic. Quoad quantum profeceris, non pœniteat.*

Indutum illam ueſtem] *Græca eſt conſtructio, pro indutum ueſte. Simile eſt, pluribus ille notis uariatum pingitur aluum.*

Eſt in diem) *h.e. in longum tempus, in longam dilationem, differretur, extrahetur in craſtinum. Infra in* Phor: *præſens quod fuerat malum in diem abijt,* Es iſt noch hinterſtellig. *q.d. aliquando forte iſtuc accidet, quod nobis minitaris, ſed ſupplicium tuum iam paratum eſt.*

Tu iam pendebis) *h. e. tu iam dabis pœnas*

utriq;

utriq;, uterq; pœnas á te reposcet, du wirſt müſſen hangen. M. Cicero. Tuſcul. Quæſt. Pœnaſq; Ioui fato expendiſſe ſupremo. Has igitur pœnas pendens. Sic infra in Heau: Act. 4. Scen. 4. Spe pendebit animi. Pendeo pendes idem ſignificat, quod ſum ſuſpenſus. Pendeo pendis. h. e. ſoluo ad pondus, unde pendere pœnas & penſio dicta.

Quaſi Sorex hodie perij] prouerbium eſt elegans in eos, qui ſuapte uoce produntur. Sorex uero mus eſt Sylueſtris á ſono, quem rodendo facit, dictus.

SCHOLIA, Quæ explicant Textum Act. V. Scenæ VII.

Quam titillet genus muliebre, ſiquando uindicarunt ſe. Nam ut ſupra mimas & uindictam ſperabat, Ita hic, poſtquam ultra eſt Parmenonem, riſus & gaudij neſcit modum. ἄμετρος. Error Parmenonis deriſi ab ancilla auget gratiam fabulæ. Nunquam] Pythias ſic orditur & exit, ut magis rideat Parmenonem. Aedepol] Gratulatio tota cum riſu & cachinno pronuncianda eſt. Eueuire) Breuis ſignificatio, qui ſolet eſſe animus erga eum, quem cupimus eſſe punitum. Magis] lieber. Quam) Geſtus in recitando multum lucis & delectationis afferunt. Ad nos) id eſt, in ædes Thaidis. Errans] id eſt, inductus in errorem, falſus, cum magno quodam errore, id eſt, exiſtimans filium miſere eſſe colligatum, Er iſt nicht recht bericht. Alludit ad id, quod dixit, ceſſo huc intro irrumpere.

Solæ]

Solæ)pro,soli. Archaismus. Quæ) Addit rationem in Heau. Alteræ. In Andr. Nulli consilij. Timeret) .i. senex. Quid] Ridentem miratur Parmeno,& tamen in magno metu est. Hoc)id est,quod ita egreditur Pythias. Nunc) ancilla pergit in ridendo. Id).i. propter id. Conueniam).q.d.ut magis præsentem rideam Parmenonem. Est].i. Parmeno. Omnia sunt uerba ridentis. Eccum)uerba lætantis. Video) id est, in tempore. Adibo) id est, redibo ad illum. Quid est)plane ficti gestus in ridendo. Quid uos) id est,quid hoc significat. Pergin')id est,non desinis ridere. Est obiurgantis & interrogantis. Defessa) propositio non possum amplius ridere. Quid ita).i. quare sic risisti. Rogas)id est,quare uideam. Nunquam)Generalis sententia,quam amplificat à persona. Tu es omnium stultissimus. Vidi) Addit causam, quare sic rideat. Stultiorem)id est,quam tu es. Ah) Ridentis est. Possum).i. præ nimio risu. Præbere ludos,ein spiel oder gelechter anrichten. Præbueris) q.d. dedisti nobis materiam ioci & risus. Intus].i. in domo. At) Amplificatiuncula stultitiæ. Callidum) callidus homo est, cuius animus multa consuetudine, & magno usu consuefactus est. Disertum) .i. prudentem,geschickt,Cicero in Orat: Disertos uidi plurimos, eloquentem, uero neminem. Quid)id est, quæ res est. Ilico) Addit obiurgationem, & exponit, quare iudicet illum esse stultum, quare non decet uirum tam leuem esse in credendo. Quid)Ille adhuc nihil intelligit. Dixi).i. ego Pythias mulier. Pœnitebat]

tebat) .i. uidebatur paruum flagicium. Virg. Nec te pœniteat calamo triuisse labellum. Liuius lib. 8. Decad. 3. pœnitebit te gloriæ tuæ. Adolescens] .i. Chærea. Indicares) i. proderes, verraten. Nam] Amplificat dolorem adolescentis. Illi] id est, Chærea. Quid animi) id est, quem animum habuisse. Vestem] i. Eunuchi. Quid) Insultantis. Hem) Indignantis. Nunc enim intelligit demum Parmeno, se delusum. Rides) id est, quasi re bene gesta. Stomachantis est. Scelus] pro, scelesta. Nos) Dicit in plurali numero, cum se solam putet. Lepidum) hat es dich also gut gedaucht. Nimium] gar gut, freilich, id est, hoc uisum est lepidum, perplacuit mihi. Cum risu profert.

Siquidem] comminantis particula, so ich es dir schencken werde .i. tum nimium est, Habueris] .i. tum hoc dicas. Istuc] id quod ita me fefellisti. Verum] Ironia uel interrogatio irridentis. q. d. num es iratus. Reddan) id est, rependam, Ich wil es dir wider vorgelten. Credo) id est, te aliquid facturum. Ironia. Sed) collatio imminentis periculi. In diem) .i. Es ist noch lang auff das, darmit du mir drawest. E[illegible] nodum amarulentum. Tu iam) Iam rursus repetit exagitationem. Iam] .i. sine dilatione. Pendebis) id est, dabis supplicium. Stultum) .i. propter ætatem. Nobilitas) .i. celebrem facis, reddis famosum & insignem flagicijs, du tadelst, du machest beschrichen, du bringest jnem in ein böß geschrey. Facis, ut sit in ore omnium, quod sit talis adolescens. Indicas) .i.

cas].i. prodis patri, Amplificatio sumta à supplicijs. Vterque).i. pater & filius. Edent).i. sument de te supplicium. Edere exempla est sic punire, ut sit alijs exemplo. Nullus) Desperantis .q.d. actum est de me. Hic) proprie sarcasmus. Munere].i. pro inducto Eunucho, Ich meine, ich habe dich gesalbet. q. d. Tu munere tuo nos delusisti, nos inuicem rependimus. Honorem hic uocat illas maximas pœnas. Hic honos].i. qualem uides, habitus. i. est à nobis, pro tuo munere. h.e. tuo tam lepido. Abeo).i. discedo hinc iam compos uoti, & te iam delusum relinquam cruci paratæ, in qua iam pendebis. Abeo).i. extra omnem metum. q.d. ego sum in tuto. Egomet) Hoc solet accidere in multis & magnis causis. Iudicio).i. per meipsum. Perij] Dicitur de illis hominibus, qui sibi uidentur esse admodum callidi, & non posse capi, postremo tamen capiuntur. Prouerbiale est ἐπιφώνημα.

ARGVMENTVM IOAN. STIG: IN ACT: V. SCEN: VIII.

Quid nunc, &c.

Hæc scena est præparatio ad militis & Gnathonis assertionem in extremum contemtum. Miles reuocatur sub exitum fabulæ in scenam, ut appareat, quam ridiculus soleat esse exitus inanis iactantiæ, & quam pernicioſa sit animis inconsultis adulatio. Seruat autem decorum ut ostendat ignauum militem, quod se tanquam uictum cupiat dedere Thaidi, & quia id minus honestum uidetur exemplum, more ignauorum se excusat.

ALIVD

ALIVD Casp. Crucigeri.

Vt absoluatur Catastrophe, rursum producitur miles cum parasito, per quem uix multis præcipibus impetrat apud Phædriam, ut aliqua parte amoris hæreat.

ALIVD M. Ambrosij.

Supra Gnatho militem consolatus est de Thaide, ne quid dubitaret de ipsius uoluntate. Idem nunc incipit auctor esse militi summæ desperationis, estque nullam ob aliam causam tam subito mutatus, nisi quod molestum erat diutius abstrahi á mensa. Miles enim ædium expugnationem maximopere sollicitus redditur, ne perpetuo excludatur. Ideoque rarius instruebat conuiuia, & raros inuitabat conuiuas, sed hoc unum sedens & inambulans meditabatur secum, quomodo posset placare Thaidem. Videns autem se non esse muneribus gratum apud Thaidem, nec terroribus metuendum, hoc quod reliquum est tentandum existimat, nempe, ut se supplicem in omnibus Thaidi ostendat, idq; se facturum credit cum maxima laude, cum idem olim & Hercules fecerit. Hoc iam facturus obuiam habet ex improuiso Chæream, cuius conspectu ue lut noui riualis uehementißime terretur.

ALIVD EIVSDEM.

Præmittitur Catastrophe ridicula interrogatio Gnathonis & consilium Thrasonis, qui re sæpe deliberata & aliquoties tentata ad extremum intelligens

se nihil aliud auferre præter risum & sui contemtum, omnino constituit, quod uelit esse supplex, & se totum dedere Taidi.

ALIVD ἄλλο.

Catastrophe de Thrasone præmittitur consultatio admodum ridicula, quod omissa oppugnatione ædium Thaidis uelit fieri supplex mulieri, quod ideo in fine additur, ut Thraso uideatur ubique esse sui similis. h. e. homo planè ineptus, nulla neque uirtute, neq; industria præditus, in quo mens est hebetior, carens uero rationis iudicio. Tantum enim amat præconia Gnathonis, & iudicat illas laudes esse magnum decus.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. AND. Misseni in Act. V. Scenam VIII.

Qui minus, quam Hercules seruiuit Omphalæ] Hanc fabulam de Omphale elegantissimis uersiculis sic describit Ouid. lib. 2. Fastorum.

Forte comes dominæ iuuenis Tirynthius ibat,
Vidit ab excelso Faunus utrunq; loco.
Vidit & incaluit, montanaq; numina dixit,
Nil mihi uobiscum est, hic meus ardor erit,
Ibat odoratis humeros perfusa capillis
Mæonis, aurato conspicienda sinu.
Aurea pellebant tepidos umbracula soles,
Quæ tamen Herculeæ sustinuere manus, &c.

Vide

Vide locum. Propertius lib. 3. his carminibus complexus est.

Omphale in tantum formæ processit honorem,
Lydia Gygeo tincta puella lacu.
Vt qui pacato statuisset in orbe columnas,
Tanta dura traheret mollia pensa manu.

Respexerunt autem doctissimi uiri Poëta hac fabula ad turpitudinem, & uoluptatem amoris, á quo etiam generosi & Heroici animi sibi uix temperare possunt. Nota est fabula de uocibus Syrenum, ad quas Vlysses obturauit aures. Item de Circeis poculis, quas fabulas etiam Horatius ex Homero repetiuit. Eleganter autem & proprie indicat Terentius, quanta turpitudo sit in illiberali amore, cum inquit, in Thaidi me dedam, Et, Hercules seruiuit Omphalæ, &c. Tam enim effæminatos reddit libido etiam generosos & liberales animos, ut se prorsus ueluti captos dedant turpitudini, & obliti sui decoris & officij, studijs muliebribus habeant occupatos animos. Quid enim turpius est, quam quod Hercules, cuius uirtus & fortia facta tantopere celebrantur, non dubitauit indutus habitu muliebri, sedens in Gynecæo Omphales cum alijs puellis ac pedissequis nere. Vide Ouid.

Me dedam) sic dicunt Latini, Deditio est facta, Sie haben sich ergeben. Tibul. lib. 3. Ele. 4. Sæuus amor docuit dominæ fera uerba minantis, seuus amor docuit uerbera posse pati.

SCHOLIA, Quæ explicant Textum Act: V. Scenæ VIII.

Hæc Scena est consultatio Thrasonis cum Gnathone, quid facere uelint. ἄλλως. καταστροφὴν oritur de milite. Coniungit egregie utranque Catastrophen. Quid) id est, quare hoc cæptas, aut, quid faciundum est nobis. Assentitur tantum propter uentrem. Quid) id est, facimus. Spe) zuuorsicht. Propositio consultationis per interrogationem. Consilio] meynung. Huc] id est, ad ædes Thaidis. Imus] Quia fingitur redire ad Thaidem. Spe] Interrogatio, qua significat summam desperationem. Cæptas] i. incæptas. Est uox quasi reprehendentis. Thraso] Vtitur nomine, ut significet, quod minime deceat suam personam. Egone]. i. quid faciam, rogas. Tribuit ei summam arrogantiam & stulticiam. Vt) id est, hoc cogito. Summa consilij est. Dedam] Proprie dictum est, propterea quod antea dixit de militia. Iubeat) id est, uictrix illa. Quid est) id est, quare hoc cæptas, Aliquo modo fingit se non intelligere, & significat, quod hoc consilium omnino non placeat. Quin minus]. i. inseruirem Thaidi. Probat ab exemplo, & argumentatur à maiore ad minus. Omphale Lydiæ regina fuit, quam adeo perdite adamasse dicunt Herculem, ut ea iubente clauam & leonis pellem deposuerit & inter famulas reginæ acceptis pensis neuerit. Respexerunt Poetæ ad illecebras libidinis & turpitudinem uoluptatum, à quibus etiam generosi & Heroici animi

animi sibi non possint temperare, á quibus etiam corrupti, tam effæminati redduntur, ut nulla habita ratione sui muliebribus studijs habeant occupatos animos. Exprimit autẽ Poëta turpitudinem rei, cum inquit Thaidi me dedam. Et, seruiuit Omphalæ. Item, Commitigari caput. Huc pertinet fabula de socijs Vlyssis conuersis Circeo poculo in bestias, & de Syrenum uocibus, ad quas Vlysses obturat aures. Vide Homerum & Horatium. Bocca. lib. 13. C. 1. Lactant. lib. 1. Cap. 9. Propert. lib. 3. Eleg. Exemplum) Probat consilium & simul ridet illum. Quia non serio dicit. Vtinam) Votum Gnathone dignum. Illa autem uerba dicit ad spectatores, & ut se depingat. Commitigari] id est, de mulceri, tundendo deprimi, contundi, zuschlagen, mit sporn reiten. Sandalio). i. calceamento muliebri, mit bandtoffel. Ab ea). i. Thaide, uel, ab ipsius Thaidis domo. Quid hoc) Paraseue sequentis scenæ. Mali) Dicit, quia neminem uult intromitti ad Thaidem. Est] id est, quid significat. Quid hoc] Subita perturbatio. Hunc]. i. Chæream. Et iam) Admirantis est. Hic] i. Chærea, qui habet uestem Eunuchi.

ARGVMENTVM IOAN. STIG: IN ACT V. SCEN: IX. O populares, &c.

Absoluit hic Terentius totius Comœdiæ Catastrophen, fitque omnium turbarum ad iucundum & tranquillum exitum Comica conuersio. Et primo producitur Chærea uehementer exultans inopinato gau-

dio, cum sibi contigerit id quod ubique summis notis expetiuerat ut uxorem ducat compressam á se Pamphilam. Narrat autem & Phædriæ amores in tranquillo esse, cumque accersi iubet, ut coram audiat suam fœlicitatem. Interuenit Thraso, qui posteaquam se repulsam ferre apud Thaidem intelligit, primo quidem ex desperatione supplex mox est & supplicando, quasi mancipium effectus Gnathonem obsecrat, ut precibus consequatur, quo hærere sibi liceat in aliqua parte apud Thaidem. Id postquam & Phædriæ & sui commodi coram parasitus impetrat, recipitur quidem in riualem glorioſus miles, sed contemtui habitus, ut dignus est, ab omnibus ludificatur.

ALIVD Casp. Crucigeri.

Catastrophe semel in omnes personas spargitur. Primum enim Chærea exponit, quomodo res intus sit confecta de nuptijs. Postea etiam Phædria iterum producitur, ut res de milite etiam transigatur, qui quamuis uideat se excluſum á Thaide, tamen per Parasitum impetrat, ut recipiatur in partem amoris.

ALIVD M. Ambrosij.

In hac ultima Scena κατάστροφὴ in uarias spargitur personas, ut cognoscatur exitus duorum fratrum in amore fœliciſſimus. Item ridiculus discessus ipsius militis. Principio Chærea propter res secundas in amore mirabiliter exultat, qui ueniens ad Parmenonem narrat suam fœlicitatem, quod præter omnem opinionem confectæ sint nuptiæ. Item, quod fratris

tris amor etiam sit in tranquillo. Deinde additur, quam ridicule tota res de milite transacta sit. Gnatho enim cum uidet Thrasonem supplicem esse factum Thaidi precibus impetrat, ut in aliqua parte amoris hæreat. Sic autem describit Gnatho Phædriæ Thrasonem, ut facile intelligat, sibi nihil esse periculi à stulto riuali. Itaq; miles discedit cum illa opinione, quod non plane sit exclusus, hocq; suo errore plane beatum in amore se esse existimat.

ALIVD EIVSDEM.

Descriptio est κατασκοφῆς, in qua primum puoducitur adolescens Chærea lætißimus propter impetratas nuptias, de quibus admodum multa apud seruum commemorat, quod uidelicet euenerint præter omnem exspectationem. Estq; in ea parte locus communis de fortuna. Voluit enim significare, multa sæpe accidere casu, quæ alioqui nullis consilijs confici potuissent. Deinde additur ridicula Catastrophe militis. Is principio à Gnathone ita pingitur, ut facile intelligat Phædria, sibi nihil esse periculi à tam stolido riuali. Postea fingit discedere maximo errore. Existimat enim se in aliqua parte hærere apud Thaidem, cum interim prorsus exclusus sit.

ALIVD ἄλλο.

Læta est κατασκοφὴ duorum fratrum Phædriæ & Chæreæ quorum alter natu maior Thaidem suam retinet, & non sine uoluptate intelligit ex Gnathone sibi à milite riuali nihil esse periculi. Deinde mi-

nor natu deductus ad Thaidem pro Eunucho puellam uiciatam, quam ciuem esse intelligit, uxorem ducit. Miles uero amator stolidis interim beatus est suo errore in amore, existimans se quoq; hærere in aliqua parte apud Thaidem, cum tamen omnino sit excluſus.

ANNOTATIONES GRAMMATICAE. D. AND. MIseni in Act. V. Scenam IX.

O populares] Populares hic uocat, quos supra in Andr. æquales uel sodales uocat. h. e. eiusdem conditionis & fortunæ. Sic infra in Adelph. Leno, Populares ferte misero atq; innocenti auxilium. Et in Phorm. Amicus summus meus & popularis Geta. Sic Saluſt. Populares Catilinæ uocat complices, & coniurationis socios, cum inquit, Ad iusiurandum populares sceleris sui addiceret Græci δημοτικὸς. h.e. Curiales uocant. h.e. qui sunt ex eadē curia uel tribu, id quod apparet ex oratione Aeschinis contra Cteſiphontem. Vox, Curialis, extat apud Plaut. in Aulul. & Ciceronem lib. 2. offi. Theophraſtus ſcribit Cimonem Athenis etiam in ſuos Curiales Laciadas hoſpitalem fuiſſe. Nam Græci Curias ſeu tribus δήμους uel φρατρείας uocant. Aliud eſt popularis magiſtratus. h.e. in perpetuo hoc agit in tractanda repub. Vt populū ſibi demereatur. Einer, der den gemeinen mã an ſich henget. Inde & popularis oratio. h.e. quæ ſeruit auribus populi, quam probat populus. h.e. Seditioſa, eine auffruriſche predigt oder rede, damit man den gemeinen man erreget.

In cli-

In clientelam) h. e. ut ametur & defendatur à patre, sicut solent cliãtes amari & defendi á patronis.

Dedit se in fidem nobis) Obserua formulam fidei. Liuius lib. 5. Decad. 32. Quæ etiam extat Gell. lib. 5. Cap. 13. Qui sese in fidem, patrociniumque nostrum dederunt. Liuius lib. 8. Decad. 3. dicit, Committere se in fidem, sich in eines andern schutz vnd schirm begeben. h. e. perfugere in fidem alicuius, sicut eodem loco dixit Liuius. Cum in fidem Aetolorum perfugissent. Sic & infra in Hecyr. Nunquam dices tam commode, ut meum tergum in tuam fidem committam. Aliud est capere uel accipere in fidem, quibus formulis ferè ubiq; utitur Cicero lib. 13. in omnibus Epistolis, Et lib. 1. offi. Vt hij, qui ciuitates sunt nationes deuictas bello, in fidem cæpissent, eorum Patroni essent more maiorum. Mutuo igitur se respiciunt hic formulæ Princeps accepit in fidem suos ciues, &, Dant se ciues in fidem Principi. Differunt autem hæ formulæ. Accipere fidem, &, Dare fidem, non addita Præpositione. In fidem autem accipere est, ein handgelübde, oder zusage von einem annemen. Dare fidem. h. e. sancte aliquid promittere, mit hand vnd munde angeloben. Vtrumq; extat apud Virgilium 8. Aene: Accipe daq; fidem. Et apud Salust. in Orat. Contra Catili. Data atq; accepta fide, societatem confirmarent, &c. Habere fidem. h. e. fidere alicui, Eimẽ glaubẽ geben, das ist, gleubẽ. Liberare fidẽ. h. e. Præstare quod spospõderas, fide tua interposita te facturũ. Cic. lib. 13. Epist. 7. Huc refer aliâs formulas fidei, præstare fidẽ, Habere fidẽ soluere fidẽ.

Accipit hominem nemo prolixius] h. e. reichlicher, liberalius, benignius. Infra in adelph. Age polixe Mitio. Sic & Cicero lib. 3. Ep. 8. usus est, Etsi de tua prolixa, beneficaq; natura limitauit, aliqnid posterior annus, &c. Et lib. 7. Ep. 5 Neq; hercle minus ei prolixe de tua uoluntate promisi, quam solitus eram de me polliceri. Et in oratione pro L. Flaccio sed etiam prolixe, cumulateq; fecit. Sic & apud Sueton. in Tito. Fouere prolixius supersedit. Et ad Plancum, Honoris nostri causa libenter prolixe, celeriter facias. Prolixe ὡς τὸ τοῦ ἑκτενῶς ponitur.

Quid commemorem primum) Amplificat dubitatione Rethorica, quæ mire elegans est, cuiusmodi extat apud Liuium lib. 8. Decad. 3. in oratione Scipionis, Nunquam mihi defuturam orationem, qua meum exercitum alloquerer, credidi, non quo uerba unquam potius res exercuerunt, sed quia prope à puericia in Castris habitus assueueram militaribus ingenijs, apud uos quemadmodum loquar, nec consilium nec ratio suppeditat, quos nec quo nomine appellare debeam, scio. Ciues? qui à patria uestra discisistis, An milites? qui imperium, auspicium abnuistis, Sacramenti religionem rupistis. Hostes? corpora, ora, uestitum habitum ciuium, agnosco, facta, dicta, consilia, animos hostium uideo. Quid enim uos, &c.

Dixin' ego vobis ni hoc esse Atticam] quod Cicero in Orato: ad Brutum cum alijs omnibus conferens sic definit, Ad Atticorum dures teretes, & religiosas, qui se accommodant, ij sunt æstimandi Attice di-

tice dicere, quorum gratia plura sunt, &c. Item, ornate uero & grauiter & copiose dicere, aut Atticorum fit, aut ne sit Aeschines, neue Demostenes Atticus, &c. Atticum autem dictum ab ea parte Græciæ, quæ Attica appellata est, uel ab Athenien sibus. Quorum semper fuit prudens, ut idem Cicero inquit, syncerumq; iudicium, ut nihil possent nisi incorruptum audire & elegans. Ergo nullum insolens uerbum, nullum ociosum in oratore ferebant. Hinc & Atticam Dialectum h. e. quæ Atticæ regionis fuit elegantißimam præ Ionica, Aeolica, Dorica & alijs esse iudicarunt. Vide Quintil. Hinc nata sunt prouerbia, Attica Musa, Atticus lepos, & Attica eloquentia. h. e. summa. Est autem acerba Ironia, qua impurus parasitus, insulsum & inuenustum, atq; iniucundum militem, ut eius Catastrophe omnino sit ridicula & misera acerbe irridet, ac deridendum atq; deuorandum propinat adolescentibus amatoribus, &c. (Si conferas etiam Musicos cum Iosquino, Poëtas cum Virgilio & Ouidio, Iurisconsultos cum Pontano, Theologos cum Luthero & Philippo, res melius potest intelligi)

SCHOLIA, Quæ explicant Textum Act: V. Scenæ IX.

Hæc Scena habet Catastrophen Chæreæ & Phædriæ satis iucundam & hilarẽ, ridiculam uero & miserem Thrasonis. Vide autem elegantißimam gratulationem Chæreæ, in qua sunt uerba rebus apte accommodata. Vide ut reuocetur oratio à Thesi ad Hypothesin,

theſin, ſum in magnis gaudijs. Subijcitur ſpecies, Pamphila inuenta eſt ciuis, ciuis ſponſa eſt mihi, idq; ſciente, uolente, & approbante patre (Nam hoc infra ſubijcit) Idem facit in ſecunda parte Cataſtrophes, quæ ad Phædriam pertinet. ἄλλως. Cataſtrophe, in qua Chærea ſibi gratulatur. Poſtea Gnatho impetrat à Phædria, ne Thraſo prorſus excludatur. ἄλλως. Gratulatio iuuenilis de fortuna proſpera. Sic in Hecyr. Omnibus nobis res ut dant ſeſe, ita magni atq; humiles ſumus. Hæc Scena autem plena eſt affectibus, qui pertinent ad gaudium & exponit Cataſtrophen. Et hic locus maxime tractatur, multa ſolere fieri caſu & fortuna. O] Gratulatio, quæ exordium habet ab exclamatione. Populares). i. æquales, ὦ ὁμόποι. Cicero facit duo genera popularium. Populares dicuntur, qui ſunt obtemperantes legibus, ſunt amantes publicæ tranquillitatis, abhorrent à ſeditionibus, non ſunt obærati, non ſunt cupidi tumultuum, qui ſentiunt cum potiore & meliore parte populi. Iidem dicuntur & à Cicerone in oratione pro Sextio, optimates. Iſti autem non uere ſint populares, qui turbulenta factioni gratificantur. Me) facit collationem. Quia in hac lætitia putat neminem eſſe, cui res eſſent magis ſecundæ. Nemo) Subiectio. Quiſquam] id eſt, inter omnes populares. Quiſquam, abundat. Propoſitio, Ego ſum fortunatiſsimus. Nam) Ratio Hyperbolica, quia mea fælicitas & lætitia eſt ſumma & maxima. Cui) Addit amplificatiunculam de qualitate & quantitate gaudij. Congruerunt] id eſt, in unum collata ſint, ſimul

simul uenerint commode simul euenerint. Alij legunt contingerint. Est autem conguere. h. e. conuenire, ut decet Sex. Pompeius, tractum a gruibus, quod id genus uolucrum minime soliuagum sit, quo in significato Poeta utitur hoc loco.

Quid) *id est, cur. Parmeno antea erat admodum tristis, nunc erit lætior.* Hic) *id est, Chærea.* O Parmeno] *Communicat cum Parmenone suam lætiam, refertq; illi acceptam suam fortunam. Quia. n. usus erat ipsius consilio, agit illi nunc etiam gratias.* Mi) *Gaudentis. Quia lætatur, quod ille prodeat, cui possit dicere hoc gaudium.* Inuentor] *Quia alicuius sapientiæ fuit hoc consilium inuenire. Est elegans hæc uocum gradatio. Incipere proprie est audaciæ, perficere est constantiæ.* Perfector) *id est, consumator.* Scin') *Iam orditur narrationem, cur gaudeat.* Me) *Aut est archaismus seu Pleonasmus. Me enim abundat. Alij putant esse enallagen Græcam accusatiuum positum pro nominatiuo.* Ciuem) *quia hoc erat præcipuum in nuptijs. Per distributionem spargit gaudium in omnes personas.* Inuentam] *.i. cognitam.* Audiui) *.i. quod sit ciuis.* Sponsam] *id est, desponsatam, pactam, promissam.* Mihi) *Amatorie dictum est.* Bene) *q. d. precor tibi omnia bona. Est gratulatio.* Sponsam) *.i. iuxta legem Atticam.* Ita) *Confirmantis est.* Audin'] *Hoc turbato uultu dicitur. Monet enim eum, quod subsit aliquod periculum, uultq; auxilium reddere militem, ut redeat ad conuiuium.* Illum] *.i. Chæream adolescentem gloriantem.*

Tum

Tum autem] *altera pars narrationis de Phædria, estq; secunda Catastrophe rerum Phædriæ.* In tranquillo) *id est, in tuto, die sache stehet wol, quod primas habet apud Thaidem. Metaphora sumta est, à nauigantibus.* Vna] *.i. est summa concordia inter fratrem Phædriam & Thaidem. Est conclusio extremæ fœlicitatis.* Domus] *id est, familia, geschlecht.* Thais) *Expositio.* Commendauit) *id est, ut ametur, ut defendatur.* Clientelam) *i. defensionem. Allegat patrem tanquam præcipuum defensorem.* Nobis] *id est, mihi & fratri. q. d. in nostra uult esse potestate.* Clientelam) *.i. ut pater sit illi patronus, In vnser schutz vnd hut.* Dedit] *Gell. 5. C. 13. Qui sese itidem in fidem, patrociniumq; nostrum dederunt.* Fratris] *Hoc colligit serius ex ista oratione.* Tota] *.i. neminem alium admittit.* Scilicet] *.i. certe, Assseuerantis est.* Iam) *Significatio summi gaudij. Sumto argumento à tuto, quia Thraso expellitur.* Aliud] *.i. alterum. Dupliciter dicit se gaudere.* Dum tu) *Finis narrationis.* Visam] *Offert suum operam ultro.* Nunquid) *Antithesis clara est, magna enim est commutatio animi Thrasonis, cum iam omnino succumbat & desperat.* Gnatho) *Vocat, ut det consilium.* Perierim *Dicit, quod erit posthac excluſissimus.* Dubio] *Confirmat desperationem.* Opinor) *.i. ita futurum esse.* Quid commemorem] *i. dicam, anfangen, Dubitatio, quæ grata est maxime in arduis rebus laudandis, sicut & uituparandis.* ἄπορος. *Redit ad descriptionem gestum Chæreæ, quam amplificat Rhetorica dubitatione.*

bitatione. Primum) Tractat eandem sententiam per locum communem. Et secum ista loquitur, estq; grata dubitatio amatoris. Laudem) .i. in illa causa. Illum .i. seruum Parmenonem laudem. Facere) .i. ut introducerer pro Eunucho. Me) .i. predicam. Incipere] .i. quod pro Eunucho sim introductus. Fortunam) Locus communis est. Gubernatrix) beystenderin. Proprie dixit de fortuna & reperit singulare uerbum istius negocij, das den handel auffs beste hat hinaus gefüret. Res) .i. fœlicitates, quæ euenerunt mihi. Tantas] id est, quas nunquam ausus fuissem sperare. Locus communis est de fortuna. Voluit enim significare Poeta, multa sæpe accidere casu, quæ alioqui nullis consilijs confici potuissent. Festiuitatem] .i. iucunditatem, læticiam, freundschafft. Festiuus, ein holdseliger, kurtzweiliger, freundlicher mensch. Facilitatem) id est, propensum animum ad id, quod uidebat me cupere.

O Iuppiter) præcatio, ut hæc gaudia sint perpetua, & hæc exclamatio est necessaria. Quia nihil est in rebus humanis constans & perpetuum. Supra, si nullo ægritudo &c. ἄλλως. Digna clausula, quæ additur, & admodum necesseria. Serua) .i. ne contaminentur aliqua ægritudine fac ut aliquandiu istæ uoluptates sint duraturæ. Dicit de inconstantia, & mutabilitate fortunæ. Dij) Admirantis est spargitur autem καταστροφὴ in personas, ut maior sit lætitia. Cito interuenit Phædria, utpote qui domi erat. Incredibilia] id est, sunt. Sed vbi) circumspicientis.

Adest)

Adest) Mutatio personæ. Gaudeo] Gratulantis. Credo).i.te gaudere. Nihil]primum narrat de Thaide ipsa,ne frater sit tristis. Dignius) die Thais ist es wol wirdig. Ita) Ratio, Quia nostræ familiæ fauet. Hui)significatio,quod nihil opus sit tali laude,& cōmendatione. Dicitur hoc pro decoro. Quia est amator Phædria: Mihi).i.amatori eius. Laudas)Ironia repræhendentis. Illam).i. Thaidem.

Perij) Tertia Catastrophe, eaque ridicula & misera,ut asinus indutus exuuio leonis,detracto eo agnoscatur & uapulet,&c. ἄλλως. πάθος animi omnino fracti,& desperabundi. Accenditur Thrasonis animus inopia,& desperatione. Quanto) Ex extrema quadam insania intelligit, se non esse in tanta admiratione,ut existimauerit. Minus) Ouid.2. fastor. Quoq; minor spes est,hoc magis ille cupit. Obsecro Poëta fingit semper hominem stupidum, nullius consilij arrogantem. Est enim illa supplicatio abiectißimi hominis. Quia non decet Imperatorem supplicem fieri seruo. Spes est]h. e. tua sententia aut uiuam, aut moriar hodie. Quid vis) ostendentis est,quid maxime deceat facere.q.d.quare cupis ut te adiuuem. Perfice)bringe mir das zu wegen,id est, apud Thaidem. Propositio petitionis est. Precibus) Mitis factus est Thraso. ἀσύνδετον est. Precibus]id est,precario, durch furbit, Precio)id est, pecunia, pollicitationibus. In aliqua) q.d. non peto,ut sim inter eximios, tantum ut poßim eam uidere, & interdum salutare, das ich müge ein wenig platz haben bey der Thaide.

Impoten=

Impotentia animi in Thrasone representatur. Tandem) id est, saltem, nuhr. In aliqua parte hærere significat aliquo loco esse apud Thaidem, uel, aliquo numero haberi. Nam numerus pro existimatione & autoritate interdum ponitur. Sensus igitur est, Effice, ut me aliquo numero habeat, ut aliquo apud se loco esse uelit. Posset sic quoque intelligi, ut hæream in parte aliqua tandem. h. e. si amica mihi non licebit soli tota, propriaque poliri, quin & Phædriam ad se intromittat, perfice hoc precio, precibus, in parte saltem ea ut potiri liceat. Sic apte etiam quadrabit illud Gnathonis, Militem riualem recipiendum censeo.

Difficile) Difficultatem solemus urgere in dissuadendo, sicut facilitatem in suadendo. Est) .i. hoc perficere. Quia autor fuit Thrasoni desperationis. Si quid) Prima ratio á facili & á commendatione. Collibuit). i. efficere potes. ἐυλειψις est. Bembus legit, collibitum. q. d. si intendis animum in aliquam rem. Noui] .i. te posse tale efficere. Hac uoce concedit summam sapientiam. Hoc] id est, ut hæream in aliqua parte apud Thaidem. Quoduis donum, præmium á me. Optato] Legit Bembus. Est autem pollicitatio á præmio. Feres) id est, auferes á me, idq; sancta polliccor. q.d. Non ero tibi ingratus. Itane] .i. polliceris, uel facturus es. Interrogantis est, ut magis expiscetur animum Thrasonis. Sic erit) id est tu feres id optatum. Efficio] parasiticum hoc est. Hoc). i. ut sis in aliqua parte apud Thaidem. Pateat). i. ut

poßim libere ingredi. Inuocato] id est, non inuitato ad conuiuium. Do fidem) Ia warlich, sancte polliceor, iuro, spondeo, confirmo. Significatio porrigentis manum. Futurum] id est, quod hoc optatum feres. Accingar] id est, experiar, apparabo, instruam me ad rem difficillimam. Sic parturiunt montes, & nascitur ridiculus mus. Præter magnifica, & sesquipedalia uerba nihil habet hoc genus hominum, si ad rem conferuntur, ridentur non tam ab alijs, quam à suis palponibus. Quem ego) Loquitur atrociter, & minaciter. Accingar] Loquitur tanquam de causa difficillima. Audio) id est, loquentem. Loquitur enim Gnatho, ut poßit exaudiri. Sequitur autem colloquium.

O Thaso] Non est salutantis, sed irridentis per magnam ironiam. Saluete) id est, tu Phædria & Chærea. Tu) superbe & minaciter hæc dicit adolescens. Hic) id est, in ædibus Thaidis. Scio) Dicit admodum tristi & demisso animo. Cur) serio agit cum Thrasone. Ergo] id est, cum antea nosti te exclusum esse. Conspicor) uerbum deponens est. q. d. was hastu hier verloren. Regionibus) id est, ubi ego impero. Alludit ad uocabulum militis. Vobis] id est, te & fratre. q. d. uestra comitate & liberalitate fretus sum, Ich habe mich auff dich verlassen, Ich habe mich ewer getröstet. Est stulta & timida responsio. Scis) satis pro imperio nunc omnia loquitur cum Thrasone. Vobis fretus] .i. uestra bonitate. Est autem ἀγακόλουθον. Nam non cohæret

constru-

constructio, conspicor, & uobis fretus. Quam] id est, quantum, was bedürffestu dich auff mich verlassen. Fretus] .i. nostra familiaritate. Post] .i. posthac. In platea] .i. ante ædes Thaidis. Dicas] .i. nullam habebis excusationem. Alium] .i. illis uerbis. Quærebam) .i. in hac platea. Peristi] .i. etiamsi hoc dixeris, non iuuabit te ista excusatio. Eia] Lenientis & dehortantis. Decet] .i. te sic esse iratum. Est quædam precatio, qua intercedit.

Dictum] .i. non puto consilium. Superbum) id est, animum, ingenium, morem, institutum. q. d. ego cognoui uos esse preditos summa humanitate. Vtitur stratagemate, quo possit capere animum adolescentis maxime iratum, & abalienatum á Thrasone. Prius audite] oratio est generis deliberatiui, cuius exordium habet insinuationem. Quia enim rem difficilem est imperaturus, igitur insinuationem utitur, qua non petit, ut consentiant, sed tantum, ut audiant. Sic erit] .i. plane nihil muto. Audite] Oratio est parasiti. Quia militem depingit hominem infantem & nullius animi, ut qui Phædriæ minaciter se appellanti ne uerbo quidem respondeat. Ideo Parasitus illius partes suscipi, sed magis sua, quam militis causa. Quare primum ab insinuatione orditur, qua illos in re non pausibili utilitatis mentione inuitat ad audiendum idque á suo ipsius exemplo. Postea propositionem subiungit, quæ est peticio & addit rationes, quibus utilitates exponit, quas ex militis conuictu capere possint. Tandem etiam suam rem agit, ut ab illis reci-

piatur. Prius) orditur ab insinuatione, & est, παρρησία. Nam confidenter sic loquitur, quasi sit certus, quod non sint negaturi, quod petit, præsertim cum audierint utilitates. Paucis) Attentio, & captatio benevolentiæ. Audiamus] Mutauit consilium. Quia terretur nouitate rei. Concede] Quia personam uidet esse impedimento. Istuc) Ostendentis locum. Principio) A suo exemplo attentionem facit, estq; præoccupatio, ne abalienetur à sua causa. Huius] i. rei, uel in hac re. Absolute ponitur. q. d. hoc quod facio. Mea). i. propter meam utilitatem. Verum) ἀπόπορ. Insciti a. i. stoliditas est, es ist ein vnuerstãd. Quid est]. i. quæ est illa causa, Suspenso animo adstat. Militem) Hactenus exordium fuit, nunc propositionem annectit. Ego. i. qui mihi & uobis bene cupio. Riualem]. i. uestrum socium in amore. Recipiendum) i. in familiaritatem. Censeo) Ich sehe es für gut an. Hem) Ille omnino negat se facturum. Recipiendum]. i. suades riualem. Cogite] Confirmatio, quæ habet locum utilitatis, quẽ egregie amplificat ductis rationibus à persona Phædriæ, Thaidis, & Thrasonis. Illa]. i. Thaide. Libenter) gerne, mit lust. h. e. laute & affatim. Victitas) i. apud Thaidem. q. d. Tu es assuetus, ut habeas apparatos cibos. Paululum). i. habes, uel est. Necesse) A necessitate, Quia non uult esse paruo contenta. Sie mus viel haben. Vt tuo] Vide quam ubiq; urgeat impurus nebulo argumentum utilitatis. Quia nulla honesti cogitacio incidit in talem animum, qui omnia tãtum quæstu suo, non honestate, metitur, &c. Posit] i.

Thraso

Thraſo. Suppeditare) i. ſumtus ſuggerere amori tuo, gepflegen, oder deiner liebe auswarten. i. ſufficere, uel, ut poßis manere apud illam. SVPPEDITARE. elegans uerbum eſt, quo Cicero ſæpe uſus eſt, habetq; uariam ſyntaxin. Nam actiue ſignificans cohæret uel cum Datiuo uel cum Accuſatiuo. Neutraliter uero ſeu abſolute, cum nullo caſu cohæret. Actiue autem poſitum ſignificat non maligne, ſed prolixe aut affatim præbere neceſſaria. Sic uſus eſt Terent. Vt tuo amori ſuppeditare poßit. Et infra in Heau. Si pergam illi ſuppeditare ſumtibus. Cum accuſatiuo eſt apud Ciceronem imperfec. Orat. Suppeditat magnam copiam orationis. Abſolute & neutraliter poſuit Cicero lib. 1. offi. Ob eaſq; cauſas ſtudeat parare ea, quæ ad cultum ſuppeditent. h.e. quæ uſui ſunt, & ſuppetant. Significat enim hic uſui eſſe, ſuppetere, ſatis eſſe, abundare, & non deeſſe. Sic etiam eſt in Orat. Cui ſi uita ſuppeditauiſſet. Cõſul factus eſſet. Et Quintil. Licet ſatis exẽplorũ ea lectio ſuppeditet, h.e. ſuppetat. Liui. lib. 1. Ab urb. cõd. Manubiæ uix in fundamẽta ſani ſuppeditauere. Cic. lib. 1. ad Atti. ſi unquã mihi ἐπιχορηγήματα ſuppeditauerũt illo tẽpore. Hoc uerbo etiã paßiue uſus eſt Cicero Græce imitatione, Nam Græci uerbis neutris, quamuis abſolutis, pro paßiuis uti ſolent, eãdemq; conſtructionem eis tribuunt, id qud obſeruatione dignum eſſe iudico, cum idem quoque inuenias apud Horat. in arte Poetica, Ego cur acquirere pauca ſi poſſum, inuideor. Et in lib. Epodon. Oda. 1. Militabitur bellum. Cicero in Catil. Ora. 2. paßiue uſus eſt, ſed ſi omnibus re-

bus omißis, quibus ſuppeditamur, eget ille ſenatu, &c. Et lib. 1. offi. in fine, Quod ſi omnia nobis, quæ ad cultum uictumq; pertinent, quaſi uirgula diuina, ut aiunt, ſuppeditarentur. Item in præfat. lib. 3. offi. Tantum fac, ut efficias, neue committas, ut cum omnia ſuppeditata ſunt á nobis, tute tibi defuiſſe uideare. Ad hanc imitationem plaudi paßiue dixit idem Cicero ad Atticum lib. 13. Populum uero (inquit) præclarum, quod propter malum uicinum, ne victoria quidem plauditur, pro plauſu excipitur. Vide Budæi Græca commentaria fol. 1234. Græci dicunt εὐπορεῖσθαι & χορηγεῖσθαι.

Sumtu] .i. incommodo, ſine tua pecunia. Hæc] .i. quæ opus ſunt in amore illo. Generalem ſententiam iam accommodat. Oportunus] Deſcriptio Thraſonis ab ingenio & natura ipſius. Ex tuo vſu) i. utilior conducibilior. ſ. quam Thraſo. Principio] Addit etiam fælicitatis argumentum, quod petiuit á perſona Thraſonis, atq; ita reſpondet etiam tacitæ occupationi. Habet] i. Thraſo. Largius] q. d. eſt prodigus. Fatuus] .i. Thraſo in uerbis .q. d. eſt homo infacundus. Inſulſus) .i. animo & corpore, vngeſchickt, mouens faſtidium ſuis ineptijs, der do keinen freuntlichen boſſen reiſſen kan. Tardus] .i. ad amorem, & uenerem, ein fauler lummel. Stertit] Er ſchlefft vnd ſchnarcht tag vnd nacht. Mulier) .i. Thais. Pellas] .i. poteris pellere. Modus potentialis eſt. Stertit] Magna amplificatio tarditatis in Thraſone. Neque] Argumentatur á mente Thaidis. Iſtum] .i. talem. Pellas) i. uno atq; altero uerbo. Quid agimus) Interrogat ſuum fratrem

& Gnathonem. Deliberantis est, sed eius, qui iam pro-pemodum consensit. Hoc] .i. considera. Etiam] i. habet commodum. Ego] .i. parasitus. Accipit) Vide quantum ualeat in omnibus rebus τὸ συμφέρον. Melius] .i. quam Thraso. Refertur autem uox, melius, ad apparatum. Prolixius autem ad copiam. Accipit) .i. inuitat, pascit, tractat. Accipere enim in hoc loco est in conuiuium ducere & pascere .q.d. nemo tractat homines tam laute. Plaut. in Cistella. Ita in prandio nos lepide, atq; nitide accepisti apud te, &c. Item, Ita hodie acceptæ sumus suauibus modis. Bene accipere aliquem einem gutlich thuen. Mirum] .i. non est dubium. Iam plane consentit. Illoc] .i. Thrasone, qui est tam frugi. Arbitror) .i. esse accipiendum, ut sit in nostra familiaritate. Recte) Flexo genu agit gratias. Vnum] petitionem subijcit, ne sui oblitus uideatur. Gregem] in ewer geselschafft. Cicer. At uellem te in ueterem gregem retulisses. Saxum uorso] h. e. cæpit me odium & fastidium meæ conditionis, satis diu seruiui militi, satis diu hunc laborem pertuli & sustinui. Hoc negocium iam dudum egi, ut à uobis reciperer. Igitur cupio liberari ista molestia, quam hactenus passus sum à Thrasone. Prouerbium sumtum est à fabula Sisyphi, qui ob latrocinia à Theseo occisus, hac pæna apud inferos plecti dicitur, ut grande saxum supra montem uoluere cogatur, nec quicquam proficiat. Quia cum ad apicem reduxit, continua relabitur, atq; ita miser in exhausto & inutili labore fatigatur. Vide Oui. lib. 4. Meta. & Virg. 6. Aen. Satis] Addit rationem con-

tentißimis uerbis. Voluo)*id est,tanquam Sisyphus apud inferos.* Recipimus).*i. te,*Libenter).*i.te recipio.* Isto)*Quia recepisti me.* Hunc).*i.fatuum Thrasonem. Parasitorum in Comœdijs assentatio non facetа uideretur, nisi essent milites glorioſi.* M. *Cicero in* Lælio. Propino).*i.præbeo,adhibo.* Græcismus est. *q.d.* Ich bringe euch den,Item, halt den narren feucht. *ille erit uobis fabula. Gnathonicum est dictum continens* Epiphonema *huius Comœdiæ.* Pollicetur enim *illis hoc,quod sciebat illis fore gratißimum. Obseruandum est autem hic, quam gratiam tandem consequantur illi,qui Gnathonibus faciles præbent aures, & totam substantiam in eos conferunt.* Placet).*i.ut sit ridiculas Thraſo.* Est ambigue dictum. *Thraſo accipit se laudari.* Dignus).*i.ut rideatur. Thraſo accipit,ut sit in noſtro conſortio.* Accede).*i.tandem.* Obsecro *Adhuc est in desperatione.* Quid).*i.dubitas. Vide maliciam assentatorum.* Isti].*i. adoleſcentes.* Ironia,*ſed quam non intelligit miles. Virtutes ironice poſuit pro uitijs. Gnathoniſmus est.* Facta).*i.militaria.* Virtutes).*i. bellicas.* Impetraui].*i.ut te reciperent,facile ut hæreres in aliqua parte.*

Nunquam] *Magnifice effert ſe, & prædicat ſuam ſapientiam. Videmus autem hic iactantiam militis ſtulti & inſulſi, in qua adparet, quam ſint omnium miſerrimi, qui gaudent palponibus,ut ſatius ſit incidere* εἰς κόρακας ἢ εἰς κόλακας. *Vide apologum de Vulpe & coruo.* Fui)*ſe quaſi Deum facit. Thraſonica gloriatio.* Narren muß man mit kolben lauſen. Dixin')

xin.) Acerbißima Ironia. Atticam)i. ſummam, ueram, germanam, excultam. Attica eloquētia eſt ſumma & omnibus numeris abſoluta. Fuit enim Attica ἀκρόλεκτος omnium elegantißima, qua uſi ſunt, qui Athenis floruere, Demoſthenes, Ariſtophanes, Aeſchines, & cæteri. Vide Eraſ. Attica Muſa, lepos Atticus. Quintil. lib. 2. C. 10. de Attico genere. Eloquentiam) ſagte ich nicht, wie es ſo ein beredter menſch were. Præter miſſum) i. in deſcriptione paraſiti & Thraſonis. Ite) Inuitat alios. Hac). i. commeſſatum ad ædes militis, gehet dohin. uel Thaidis. Commedendum). i. ut commeſſando uos oblectetis Bembus legit, Nihil præter promiſſum eſt, ite hac. Plaudite] Quando placuerat fabula, tunc ſolebant ædere plauſum.

PROLOGVS IN EVNVCHVM Autore Phil. Mel. de vſu huius Comœdiæ.

Saluere iubeo ſpectatores optimos,
Qui Scenæ ornandæ confluxere gratia,
Fauore noſtra ſtudia ut excitent ſuo,
Arteſq; honeſtas & benigne prouehant
Autoritateq; ut tueantur hunc gregem,
Qui ſcenicos ludos induſtria ſua
Inſtruxit hac in urbe primus, ut iocis
Salibuſq; perſonent hæc pulpita Atticis
Et barbaros plorare iußit, fabulas
Efferre qui uetabant in proſcenium,

Quæ cultiores iuuenum mores redderent,
Terentianam agemus Eunuchum modo,
Quæ fabulas latinas uincit cæteras
Sermonis elegantia & facetijs
Vel ipse quas Momus miretur ac probet,
Illoq; sentiat tinctas sale, quo satam
Amorum & illecebrarum matrem omnium
Venerem ferunt. Sed corrugare tetricos
Quosdam uidetis nares, immodestiæ
Hi nos accusant in theatrum quod iocos
Proferre liberiores paulo ausi sumus.
Moresq; criminantur uitiari bonos
Parum seueris dictis atq; lusibus.
Sed ô censores asperos & pergrauos
Qui quod reprehendunt in theatro ludunt domi
Et curios simulant, uiuunt bacchanalia
Ludunt Poëtæ. At lusus illi seria
Ducunt, simulq; morum tradunt optima
Vitæ præcepta, ut nihil melius Solon
Aut sanctius tabulis inscripserit æneis.
Sed asperam tamen uirtutem condiunt
Iucundioribus illecebris, ut solent
Medici daturi pueris tetra absynthia
Cum melle dulci & saccaro irritant gulam.
Faceſſant ergo iniqui iudices hinc procul,
Vt æquioribus spectandi dent locum:
Nos publici nostriq; causa commodi
Terentianam agemus Eunuchum modo,
Qui barbaram Thrasonis arrogantiam

Factum

Faſtumq; inanem irridet, hic eſt cernere
Perinde ut ſpeculo ardelionum imaginem.
Qui caudices, ſungiq; cum meri ſient,
Primas tamen ſibi rerum ubiq; uendicant.
Prouentus huius generis eſt uberrimus
Hoc ſeculo, cum ſe titulo ſapientiæ,
Muſarum, ubiq; uenditant, hoſtes feri
Prophana, diuinaq; miſcent omnia.
Vos ergo fauete ſpectatores optimi.
Adfertur utilis & iucunda fabula.

ARGVMENTORVM ANNOTATIONVM GRAMMATICARUM, & Scholiorum in Andriam & Eunuchum Terentij. Impenſis Iacobi Apelij Bibliopolæ Lipſenſis.

FINIS.

MVLHVSII.

Excudebat Georgius Nauſch, Anno M. D. LXVIII.

BIBLIOTECA ROMANIEI

